

IOANNIS ANTONII
BELLONI
I. C. TAVRINENSIS

Et

Olim in Patria, nunc in Parmensi Academia vespertini iuris ciuilis Interpretis primarij.

DE MANDATA IVRISDICTIONE.

Disputatio

Nunc primum in lucem edita.







PARMÆ,

Apud Anthæum Viottum. M DC XVI.

Cum Superiorum permissu.

SERENISSIMO
ET
INVICTISSIMO
CAROLO EMMANVELI
SABAVDIAE DVCI



Ioannes Antonius Bellonus S.



Ererer, PRINCEPS SERENISSIME, *ne inter efferuentes istos animi tui motus, et bellicos in propulsanda vi sudores, quo tempore non nisi tubæ, clangores, clamoresq. dimicantium auribus tuis personant, parum opportunus cum hoc meo munere salutator adessem, vt, qui sciam inter arma, strepitusq. bellorum vix posse legum, legesq. tractantium voces exaudiri, nisi te multis nossem argumentis, optimèq. scirem, qualiter te geras, quoties ad arma te, vel hostis, vel occasio trahit; Nec enim ita rem tractas militarem, vt animum a ciuilibus rebus auoces, sed vno, eodemq. tempore, & bellicas res disponis, & ciuilia negotia suscipis, militibus arma, ciuibus præscribis leges, vtrisq. agenda præcipis, et, vbi res in exequendo postulat, non tam principis, et ducis summi, quam priuati, fortisq. militis personam induis simul & prouidus consilio, & strenuus manu. Nec ita gaudes armorum strepitu, quin etiam legum voce delecteris, Armis effectu polles, legibus affe-*

tu faues, & belli, pacisq. studiosis parem voluntatem exhibes, æqualemq. distribuis dignitatẽ, vt proinde mihi, qui hæc scio, non sit verendum, quin ita gratum sit tibi in bello legale, vt in pace militare munus futurum. Cuius rei certissimum argumentum habeo, quod hoc ipso tempore, quo totus videris in armorum cogitatione defixus, & vultu, voce, manu terrorem hostibus, mortemq. minitaris, me pacis alumnum, & armorum nomen horrentem non tuo iure, idest imperio reuocas, sed honestissimis ad profitendum inuitas literis, tuum testantibus desiderium, ne in bello iaceant studia pacis, sed ita leges, vt vires, & arma dominentur. Cur ergo dubitem inermis armatum adire, & bellum gerenti pacis offerre munus? Adeo igitur, et tenuis ingenij partum quasi futuræ pacis prænuntium olea velatum offero, quem, si serena, vt spero, fronte susceperis, & sub fortissimo tuæ celsitudinis clypeo collocaueris, non erit, cur, aut ab armatis, aut a togatis militibus vim vllam, iniuriamvè pertimescat. Interim tu, qui ad immortalitatem natus es, longum vale, æternùmq. viue. Parmæ, Kal. Octob. M DC XVI.

LAVRENTII NOMII
I. C. PATRITIIQ. TAVRINENSIS

Et in Parmensi Academia iuris ciuilis interpretis

Ad Ioannem Antonium Bellonum pręceptorem suum.

Epigramma.



Vrilegas, celsis dirimunt quos rupibus alpes,
Exercent rixas, Ausoniaq. sophi.
Tu bellum sedas, pacis Bellone sequester,
Et sua vtrisq. probas iura, & vtrisq. negas:
Doctaq. dum docto componis iurgia libro,
Bellonam prodis pacis et esse Deam.



LAVRENTII ROSÆ
I. C. ET PATRITII PARMENSIS
De Ioannis Antonij Belloni præceptoris sui tractatu.

Epigramma.



Artus, quos spectas, ne dicas Belides esse
Bella mage hæc soboles, & generosa magis.
Non hic æthereà consortes luce priuentur,
Accipiant nitidum sydera sole diem:
Nec patris occasum portendant tristia fata,
Aeterna fœlix prole perennis eat.



INDEX

Capitum, & Quæstionum, quæ in hac disputatione continentur.



An

Quomodo iurisdictio mandari possit. Cap. 7.

Quæ mandari possint. Cap. 8.

Qui

Qui sint mandata iurisdi-ctionis effectus.
Cap. 9.

Quibus modis iurisdictionis mandatum finiatur.
Cap. 10.

INDEX

Locorum vtriusque iuris, qui in hac disputatione explicantur.



Ex Digesto Vetere..

L.eum

Ex infortiato.

Ex Digesto nouo.

Ex Codice.

Ex Institutionibus.

Ex Authenticis.

Ex decretalibus.

Ex Sexto decretalium.

Ex Clementinis.

 4 IN-

INDEX

Rerum, atq; verborum memorabilium.

Quæ in hac diſputatione continentur.

A

C

Causa

Coercitio,

Consi-

Delega-

Delega-

✣✣ Dele-

Sed

E

I N D E X

Iuris

index

L

M

Ma-

INDEX

INDEX

✣✣✣ Missio

N

Præ-

Quæ

INDEX

Q

R

S

T

V

FINIS.

ERRATA

Pagina	*Columna*	*Linea*	*Errata*	*Corrige*
2	2	48	nu.4.	nu.1.
5	1	26	arbitram	arbitrati
	2	18	descriminis	diserimınis
15	2	26	jubeatur	Jubeantut
19	2	29	litigatorium	litigatorum
22	2	5	ſunt	ſint
27	2	29	maiorem	maiorum
28	2	13	ff.Iuriſd.	ff .de Iuriſd.
32	2	2	horibus	honoribus
33	1	22	ſic minor	ſi minot
34	1	26	pronuntiæ	prouintiæ
43	1	44	etiam	eſſe
49	1	39	off.	de off.
	2	39	eſtimari	æſtimari
55	1	27	ſine	ſiue
58	1	20	vnam	vnum
67	2	2	monte	mente
75	1	28	dicicitur	dicitur
78	2	8	intellimus	iotelligimus
80	2	20	oſtendimus	oſtendemus
86	1	40	ſunt	ſint
91	2	45	judicandi	iudicandis
92	1	45	dibaotut	dicebantur
93	2	8	huic	hinc
102	2	11	cap. 2	cap.1.
111	2	34	ſeruatam	ſeruatum
113	1	39	quod	quos
115	2	35	vt noo releget	vt releget
118	1	10	nu.6.	nu.16.
124	2	34	quin	quia
130	1	41	ommodo	omnimodo
134	2	24	poteſt	nequeunt
135	2	42	in 10.cap.	in 9.cap.
136	2	34	inſtraordinarij	inſtar ordinarij
		35	cap.10	cap.9.
	2	7	cap. 10	cap.9.
138	2	22	obſura	obſcura
143	1	28	creabuntur	creabantur
145	1	1	cialiter	ſpecialiter
152	1	24	nominatam	nominatim
		29	cap. 13	cap.12.
157	2	35	dationis	dationem
165	1	45	S.C.cauſam	S.C.conſilij cauſam
166	1	2	accipiendum	accipiendus
		4	intelligendum	intelligendus
174	2	1	cogoitionis	cognitiones
193	1	9	edictio	edicto
194	1	14	proquitut	proſequitut
201	2	7	attinet ſecundam	attinet ad ſecundam
202	1	19	confeſſio	confeſſo
207	2	33	vt bæc	& hæc
216	2	1	aijs	alijs
219	2	48	Imo. de dam.	Imol.nu.1.ff. de dam.
212	1	47	ſun	ſunt
215	2	17	tranſerunt	tranſeunt
242	1	39	ſenteotis	ſententis
243	1	29	ab obediendum	ad obediendum
250	2	42	vetus	verus
260	2	33	probabilibus	probabilius
269	1	21	loquimur	loquimur enim
271	2	35	duri	duci
272	2	28	principum	principium
278	1	4	etiam liberos	etiam in liberos
280	2	27	poteſt	poſt

ERRATA

Pagina	*Columna*	*Linea*	*Errata*	*Corrige*
299	1	33	quem	quam
302	2	10	magistratiuum	magistratuum
318	1	6	iurisdictionem	iurisdictione
321	1	47	vlt.	§.vlt.
	2	27	nuncupatur	nuncupantur
328	1	42	pleriq;	plerisq;
330	2	22	transferantur	transferuntur
331	1	16	ideo ideo	ideo
332	2	11	procedant	procedunt
343	1	2	ne libera	libera
347	1	28	aepellari	appellari
356	2	47	in cum	in eum
368	2	2	quod quod	quam quod
373	1	8	finuiutur	finiuntur
379	1	25	delegatus	delegantis
395	1	48	minus	munus
396	2	18	adstictus	addictus
397	2	23	fit dominus	fit dominus
399	2	28	sunt	sint.



IOANNIS ANTONII BELLONI IVRISCONSVLTI TAVRINENSIS

Et in Parmensi Academia Vespertini Iuris Ciuilis Interpretis primarij.

De mandata Iurisdictione.

Disputatio.



SOLENT magistratus, qui iuri dicundo præsunt, vel per semetipsos iusdicere, vel partes, & vices suas alteri cõmittere, quod, cum agunt, mandare dicitur iurisdictionem. De hac re tam solemnis est in iure ciuili disputatio, vt rem studiosis gratam me facturum putarim, si, quæ breuibus olim scriptis, & compendiaria quodammodo traditione protuli, sub amplæ nunc disputationis nomine promulgauero; Quod, si dederit Deus, vt cum vtilitate studiosorum efficiam, non erunt ingrati labores, nec a maioribus, quæ iam iam absolutæ sunt, iuris ciuilis disputationibus in lucem proferendis deterrebor. Vniuersam autem hanc disputationem in decem capita distribuam: Quæram enim, Quid sit mandare iurisdictionẽ, & Quo iure, & Qua ratione; iurisdictio mandari possit, Quot sint eorum genera, quibus iurisdictio demandatur, A Quibus, & Quibus, & Quomodo, & Quę mandari possint, Qui sint mandatæ iurisdictionis effectus, & Quibus modis huiusmodi mandatũ finiatur.

Quid sit mandare iurisdictionem Caput Primum.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio mandatur exemplo aliarũ causarum.*
2 *Procurator non potest alium procuratorem substituere.*
3 *Iurisdictionem mandare quid.*
4 *Iurisdictionem dare.*
5 *Iurisdictionem transferre.*
6 *Iurisdictionem mandans retinet proprietatem.*

Mandare iurisdictionem qualiter dicantur magistratus Quæstio Prima.



MAndare autem iurisdictionem dicuntur magistratus exemplo aliarum causarũ
1 † *l. & quia 6. ff. de Iurisd. & scribunt Azo. in summa C. de Iurisd. om. iud. num. 12. Ang. in d. l. & quia 6. num. 4. Castr. in l. more 5. num. 11. in fi & ibi Alex. num. 5. Ias. nu. 20. Caccial. num. 5. Purp. num. 108. & Duar. ff. eod. Ias. in l. ait prætor. 5. in prin. nu. 6. & in l. a Diuo Pio 15. in prin. nu. 16. ff. de re Iudic. Alciat. ad l. imperium 3. numero 202. ff. de Iurisd. Purp. in l. 2. nu. 5. & ibi Iac. de Nigr. nu. 7. ff. de off.*

 eius,

eius, Iac. de Nigr. *in rub. ff. de off. eius,*
nu. 8. & ibi Cag. nu. 10. Seb. Sap. in l. 1.
in prin. nu. 70. ff. eod. Egu. Baro. ad l. le
gati 13. ff. de off. proc. & leg. Duar. ad
tit. ff. de iurisd. cap. 7. Cuiac. ad l. solet
16. ff. de iurisd. & ad l. aliquando 5. ff.
de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Pap. Do-
nell. lib. 17. comm. cap. 8. nam quem-
admodum in priuatis negotijs, qui
iusta de causa rebus suis adesse non
potest, vel non vult, solet aliquē pro
curatorem, quasiq; vicarium consti-
tuere, qui vice sua negotia gerat, vel
res administret *l. 1. ff. de procur.* ita, &
in publicis causis, idest in officio iu-
risdicundi, qui per se non vult, vel
non potest, iurisdictionem exercere
solet eam alicui demandare, idest cō
mittere, vt vice sua ius dicat, & par-
tibus suis in iuredicundo fungatur *l.*
solet 16. ff. *de iurisd. l. et si prætor. 3.*
ff. *de off. eius*, Vnde quemadmodum
procurator non proprium dicitur,
sed alienum gerere negotium *d. l. 1.*
ff. de procur. nec proprio quicquam
nomine, sed alieno tantum, idest,
mādantis agere, *vt scribitur in prin.*
tit. Inst. de ijs, per quos ag. poss. ita, &
is, cui mandata est iurisdictio, non
dicitur habere, aut exercere propri-
am iurisdictionem, sed alienam *l. 1.*
§. qui mandatam, & d. l. etsi prætor 3.
ff. *de off. eius*, nec proprio nomine ius
dicere, sed nomine tantum magistra
tus, qui iurisdictionē demandauit *d.*
l. & si prætor, Et, quemadmodū pro-
curator negotium sibi commissum
regulariter alteri mandare, sibiq; pro
2 curatorem substituere non potest †
l. si procuratorem. 8. §. si quis manda-
uerit ff. *mandat l. ab executore. 4. §.*
vlt. ff. de appell. l. quod quis sibi. 8. C. de
procur. c. 1. §. licet de procur. in 6. ita,
nec potest is, cui mandata est iuris-
dictio *l. vlt. in prin. ff. de off. eius, l. mo*
re 5. ff. de iurisd. Deniq;, vt procura-
toris officium soluitur reuocatione,
vel morte mandantis, *l. si verò non*
remunerandi 12. §. si mandauero ff.
mand. §. rectè Inst. eod. ita etiā pœni-
tentia, vel morte magistratus extin-
guitur iurisdicundi officium deman
datum *l. & quia 6.* ff. *de iurisd.* Man-
dare igitur iurisdictionē nihil aliud
est, quam vices, & partes suas in iure
3 dicundo committere † *d. l. solet. 16.* ff.
de iurisd. d. l. & si prætor 3. ff. de off.
eius, & scribūt Coras. ad rub. ff. *de* off.
eius, n. 4. & ibi Cam. Plaut. lib. 1. c. 13.
nu. 2. Egu. Bar. ad l. obseruare 4. §. vlt.
ff. *de off. proc. et leg. Cuiac. ad l. aliquā-*
do 5. ff. *eod in 1. li. Quæst. Pap.* quū sit,
4 & dari dicitur iurisdictio † *l. cogni-*
tio 4. in prin. vers. cum propriam ff. *de*
off. *eius, l. 2. ff. de iurisd. et scribūt Nic.*
Bell. lib. 1. supp. c. 11. nu. 2. Duar. ad d.
l. more. 5. ff. *de iurisd. Eduar. aduers.*
Gouea. lib. 2. fo. 61. Donell. lib. 17. cōm.
c. 8. M. Ant. Muret. ad l. cognitio. 4. in
5 *prin.* ff. *de* off. *eius.* & transferri † *l. 1.*
§. qui mādatam vers. verius, & vers.
Paulus ff. *de* off. *eius l. nemo potest 71.*
ff. *de reg. iur. l. solet 6. in prin.* ff. *de* off.
proc. & leg. non quidem priuatiuè,
quia magistratus retinet ipsius iuris-
6 dictionis proprietatem † *d. l. 1. §. qui*
mandatam ff. *de* off *eius, & scribunt*
Bart in l. solet 16. in prin. & ibi Castr.
nu. 1. Ias. in prin. ff. *de iurisd. Ang. in*
d. l. more 5. nu. 1. & ibi Alex. nu. 2. Ias.
nu. 1. Dec. nu. 3. Caccialup. nu. 3. ff. *eod.*
Ias. in l. ait prætor 5. in prin. nu. 2. &
in l. a Diuo Pio 15 in prin. nu. 3. ff. *de*
re iud. & in l. 1. §. qui mandatam n. 2.
ff. *de* off. *eius Vaco. a Vacu. lib. 6. decl.*
iur. ciuil declar. 84. nu. 1. Ant. Gou. ad
l. & quia 6. nu. 5. & 7. ff. *de iurisd. M.*
Ant Muret. ad l. 1. §. qui mādatam in
vers. verius, et ad l cognitio 4. in prin.
ff. *de* off. *eius Donell. d. lib. 17. cōm. c. 8.*
nec cumulatiuè, quia retinet eā inso
lidū, sed, vt ita dixerim, executiuè:
nā is, cui mādata est iurisdictio, solā
dr̄ habere iurisdictionis alienæ exe-
cutionē *d. l. si prætor, 3.* ff. *de* off. *eius,*
& nos latius dicemus in 9. c. q. 4. n. 4.
SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem mandare, & dare iudicem nõ differunt, sed contra nu. 7.*
2 *Mandare, & delegare non differunt.*
3 *Iudex dicitur, quasi ius dicens.*
4 *Declaratur tit. ff. de off. eius, cui mãd. est iurisd.*
5 *Delegare est vices suas committere.*
6 *Declaratur l. vlt. C. vbi & apud quẽ,*
8 *Iurisdictio mandatur generaliter iudex verò datur specialiter, Sed contra nu. 11.*
9 *Iudex specialis dicitur, qui datur ad vnam speciem.*
10 *Declarantur l. solet 16. & l. prætor 17. ff. de iurisd.*
12 *Iurisdictionis mandatæ, & iudicis dati discrimen in quo consistat.*

An differant mandare iurisdictionem & dare, siue delegare iudicem. Quæstio Secunda.



VNc autem, cui mandatur
iurisdictio, veteres passim
iudicem delegatum appel
lant, idemq; putãt esse mã
dare iurisdictionem, & dare, seu de-
1 legare iudicem, † *vti videre est apud
gl. in rub.* ff. *de off. eius, & ibi Bart.
Alex. nu. 1. & 12. Ias. in prin. & magis
in specie, Dec. num. 10. vers. sed ista,
Cagn. nu. 15. & 23. Paul. Oria. nu. 12.
vers. hoc pacto Sebast. Sap. nu. 1. Alb.
nu. 27. Martin. Monter. nu. 72. Ias. in
l. a iudice 5. nu. 10. vers. 8. limita. C. de
iudic. Seb. Sap. in l. 1. §. qui mandatam
nu. 13.* ff. *de off. eius Vaco. a Vacu. lib.
6. declar. iur. ciu. decl. 84. nu. 2. Nico.
Bell. lib. 1. Supp. cap. 11. nu. 1. Aemil.
Ferr. in rub. C. de mand. princ. nu. 22.
& 25.* Quæ sententia videtur hisce
fundamentis posse comprobari, &
Primo vi nominum: Quid enim aliud est mandare, quam dare? *d. l. cognitio. 4. in prin. vers. cum propriam*
ff. *de off. eius, & nos diximus, in q. præ-*
2 *ced. nu. 3.* & delegare? † *l. 1. in prin.
vers. & ideo* ff. *de off. eius l. 1.* ff. *de diuis.
inf. & scribunt gl. in l. nec mandante
8. in prin. in gl. 1. ff. de tut. et cur. Purp.
in d. rubr.* ff. *de off. eius nu. 4. et ibi Cag.
n. 23. Egu. Bar. li. 1. var. q. fo. 42. Cuiac
ad aliud l. more. 5.* ff. *de iurisd.* & qd iu
3 dex q̃ ius dicẽs? † *c. forus §. iudex De
verb. sign. & scribunt Bart. in l. 1. nu.
1. & ibi Ang. nu. 3. vers. in gl. 1. Alex.
nu. 6. Ias. nu. 1. Dec. nu. 9. & 10. Cagn.
nu. 23. Seb. Sap. nu. 6.* ff. *de iurisd. Cag.
ad Rub.* ff. *si quis iusd. nõn obtemp. nu.
11.* Quo posito ita argumentor. Mãdare, siue delegare iurisdictionem dicitur is, qui constituit iusdicentem
idest, eum, qui vice sua ius dicat *l. &
si prætor. 3.* ff. *de off. eius.* Sed hoc agit,
qui dat iudicem, scilicet, quia iudex
nihil aliud est, quam iusdicens. Ergo
qui dat iudicem, mandat siue dat, &
delegat iurisdictionem.

Secundo videtur id ipsum cõceptione titulorum comprobari: nam
titulus, qui *De officio eius, cui mandata est iurisdictio*, concipitur in Pandectis, inscribitur, *De officio & potestate iudicis delegati*, in decretalibus,
4 & tamen ijdem sunt tituli, † *vt post
gl. in d. rub.* ff. *de off. eius, Bar. ibi Alex.
nu. 1. & 12. Ias. nu. 1. Paul. Oria. n. 12.
vers. hoc pacto cæteriq; frequentius
censuerunt.* Non differunt igitur iudex delegatus, & is, cui mandata est
iurisdictio.

Tertio probare videtur hãc eandẽ
sententiam id ipsum, quod agitur:
nam, vt is, qui mandat iurisdictionẽ,
vices suas alteri committit, *d. l. & si
prætor 3.* ff. *de off. eius,* ita & is, qui de
5 legat iudicem † *cap. si pro debilitate.
3. cap. quamuis 6. cap. super quæstionum 27. §. si verò, & cap. venerabili.
37. de off. & pot. ind. deleg. cap. statutum 11. §. in nullo de rescript. in 6. c.
iudex 5. cap. quamuis 6. de off. & pot.
ind. deleg. in 6.* cũ delegare nihil aliud sit, quam vices suas committere
l. delegare. 11. ff. de nouat. & scribunt

Alcia.in d.rubr.ff.de off.eius nu.4.et
ibi Purp.nu.12. Et, quemadmodum
is,cui mandata est iurisdictio, dici-
tur fungi vice mãdantis *d.l.folet.16.*
ff.de Iurisd.d.l.etsi prator 3.ff.de off.
eius, ita & iudex delegatus gerit vi-
ces delegantis *cap.fanè 11. de off. &*
pot.iud.deleg.

Quartovidetur eadẽ esse potestas:
nam,vt mandatam sibi iurisdictionẽ
alteri mandare nemo potest *l. vlt. in*
prin.ff.de off.eius, ita nec iudex de-
legatus alium iudicem dare potest *l.*
a iudice 5.C.de Iudic,

Quinto fortissimũ huius opinionis
argumentum haud dubiè præbet *l.*
vlt.C.vbi,& apud quem, vbi Iustinia
6 nus ait † licere iudicibus vel a se,
vel a magistratu delegatis de in in-
tegrum restitutione cognoscere, *sine*
hoc specialiter eis fuerit mandatum
(quod & veteribus non fuerat inco-
gnitum) vel, si generaliter dati sunt
iudices, quibus verbis significat, in
integrum restituere non solum eos
posse,quibus hoc ius specialiter mã-
datum est a magistratu, quod & o-
lim obtinebat,sed etiam eos, quibus
generalis mandata fuit iurisdictio,
quod olim erat controuersum, *vti*
nos latius ostendemus in 9.cap.q. 1.
num.8.& 9. Vnde, cum hos iudices
datos appellet, intelligimus eum,
cui generalis mandata est iurisdi-
ctio, sine dubio iudicem datum esse.

Verũ his non obstantibus a vete-
rum opinione recesserunt ferè om-
nes recentiores, apud quos est in
confesso longe aliud esse mandare
iurisdictionem,aliud dare, seu dele-
7 gare iudicem. † *Ita enim, post vete-*
res quosdam, quos refert, & sequitur
Soc.in l.1.ff.quis,& a quo app. docue-
runt Alcia.in l. Imperium.3. nu.171.
& ibi Longouall.nu.21. ff. de Iurisd.
Alcia.lib.2.Parad.cap.5.nu. 1. Purp.
in d.Rub.ff. de off. eius num. 5.& ibi
Iac.de Nigr.nu.4.Camill.Plaut.lib.1.
cap.5.nu.1.& 5. cap.7. nu.1. cap. 12.
nu.4.cap.13.nu.5.& cap. 14. num.1.
Coras.nu.5. Claud. Cantiun. lib.2. de
off.iud.cap.2.num.17.Io.Gillot.lib.1.
de Iurisd.& Impor.cap.22.nu.1.Egu.
Bar.a d.l. more.5. & ibi Duar. Coras.
nu.2.& Cuiac.ff. de Iurisd. Duar. ad
tit.ff.de Iudic.cap.de Iudicibus datis,
& ad tit.ff.de Iurisd.cap.vlt.& ad l.
solet 16.ff.eod.Egu.Bar. lib.1. Var. q.
fo.29.& ad l.legatus 12.ff. de off.pro.
& leg.Ant.Gouea.lib.1.de Iurisd. nu.
35.ad l.1.nu.11.ad l.2. nu.1. & ad l.
solet 16.nu.1.ff.de Iurisd.Coras.ad l.
legatus 12.nu.2.ff.de off. proc. & leg.
Cuiac.ad l.& quia.6. ff. de Iurisd. &
ad l.cum prator. 12. ff. de Iudic. ad l.
aliquando.5.ff.de off.proc.& leg. in 1.
lib.q.Pap.Donell.lib.17. comm.cap. 8.
21.& 23.Petr. Fab. ad l. nemo potest.
71.ff.de reg.iur. M. Ant. Muret. ad l.
vlt.ff.de off.eius.Andr.Fac.lib.1.cõtr.
cap.78. & Io.Vaudus praceptor meus
numquam a me satis laudatus in ille,
quem adhuc adolescens,& nondũ Lau
rea decoratus edidit quaestionum libel
lo,q.10.num.14. & 20.lib.1.& est de
mente Men.de prasum.lib.6.prass.30.
nu.9. Quorũ sententiã,non solũ esse
verã, sed etiã indubitatam puto, si
de ordinarijs iudicijs, quibus vete-
res vtebantur,& eo iure, quod a cõ-
pilatoribus ex antiquis Iurisconsul-
torum libris translatũ est in Pande-
ctas,loquamur; nam eo iure, quem-
admodũ aliud est ius dicere,aliud iu
dicare, *vti latius in hoc cap.q.4. nu.*
*15.demonstrabimus,*ita aliud est,mã-
dare iurisdictionem, aliud dare iudi
cem, *vti latius ostendemus in q.5.*

Seddifferentia nõ in eo consistit,
quod iurisdictio generaliter, & non
ad certam litem demandetur, iudex
verò ad vnam tantum causam dele-
8 getur, † *Quomodo sunt arbitrati Alc.*
d.lib.2.Parad.cap.5. Longouall.in d.
l.Imperiũ 3.n.21.ff.de Iurisd.Claud.
Cãt.d.li.2.de off.iud.c.2.n.8.12.et 17.

Io.

*Io. Gilbe. lib. 5. de Iurisd. & Imp. cap.
22. nu. 5. & Coras. in d. rubr. ff. de off.
eius nu. 5. et 6. in l. legatus 52. nu. 2. et
3. ff. de off. proc. & leg. in l. more 5. n. 2.
& in l. eum qui. 13. nu. 8. & in l. solet
16. nu. 3. ff. de Iurisd. & effectu sentit
Cuiac. in l. aliquando 5. ff. de off. pro. &
leg. in 1. lib. q. Pap.* quia licet verũ sit,
iudicem ad vnam tantum speciem,
siue litem delegari. Quamobrem iu
dex specialis, quasi ad vnam speciẽ
9 datus appellatur † *l. vlt. ff. de off. præ-
to. & dicemus in hoc cap. q. 4. nu. 7. &
latius in 7. cap. q. 2. nu. 6. & 7.* non ta
mẽ verum est ad speciem vnam nõ
posse iurisdictionem demandari, *vti
constat ex l. solet. 16. & l. prætor 17.
ff. de Iurisd. & nos etiam dicemus in
7. cap. q. 2. nu. 4. & seqq.*

Nec est, quod respõdeas speciẽ ibi
de certo genere iurisdictionis acci-
pi, veluti de danda bonorum posses-
sione, vel de mittendo in possessio-
nem, *secundum l. cognitio. 4. §. vt pos-
10 sessio ff. de off. eius,* † *Quomodo sunt
arbitram plerique quos referemus in
eod. 7. cap. q. 2. nu. 5.* quia præter id,
quod speciem cum dicimus in hac
materia, certam litem intelligimus;
vnde & specialis iudex appellatus
est, *vti supra diximus*, constat etiam,
ex ipsa met l. prætor ff. de Iurisd. loqui
Vlpianum de iurisdictione, quæ mã
datur in vna tantum causa: nã, *Præ-
tor*, inquit, *sicut vniuersã iurisdictio-
nem mandare alij potest, ita & in cer
tas personas, vel de vna specie potest,
maximè, cum istã causam susceptã
ante magistratum aduocationis alte-
rius partis habuerit.* Aduocatio. n.
in singulis causis, & litibus suscipi-
tur, & ideo tunc dicitur legitima iu-
risdictionis de vna specie mandan-
dæ causa, cum prætor ante susceptũ
Magistratum in ea lite, & causa fuit
alterius partis aduocatus, quo casu,
quia mandatur iurisdictio, intelligi-
mus etiam ad certam litem, & cau-
sam posse iurisdictionem demãdari.
11 † *Quamobrem supradicta opinio non
immerito fuit a Purp. in d. rubr. ff. de
off. eius num. 8. & ibi Martin. Monter
num. 75. vers. 7. Cam. Plaut. lib. 1. cap.
12. num. 11. & alijs improbata.*

Differentia igitur consistit in eo;
12 † quia qui mandat iurisdictionem,
committit officium iurisdicũdi, qui
verò dat iudicem, iniungit munus
iudicandi, quæ, quoniam in ordina-
narijs iudicijs multum inter se di-
stant, ratio postulat, vt omnem anti-
quorum iudiciorum ritum, & ordi-
nem diligẽter exponamus: ita enim
facile erit intelligere, quid esset in-
ter eos, quibus mandata erat, iuris-
dictio, & iudices delegatos discri-
minis.

SVMMARIVM.

1 *In ius vocare quid.*
2 *In ius vocatio fiebat a parte.*
3 *In ius vocatus statim sequi debuit vocantem.*
4 *In ius vocatus, ni statim esset, rapi poterat, & trahi.*
5 *Magistratus maior non potuit in ius vocari, & cur.*
6 *Pater nõ potuit in ius vocari sine venia, vt nec patronus, & cur.*
7 *Filius debet reuerentiam patri, & libertus patrono.*
8 *In ius vocarè de domo sua nemo potuit, & cur.*
9 *Extrahi de domo sua nemo debet.*
10 *Domus tutissimum cuique refugium.*
11 *Antestabatur actor prius, quam raperet in ius.*
12 *In ius rapiẽdi mos vnde profluxerit.*
13 *Interrogabatur reus.*
14 *Interrogatoria actio.*
15 *Interrogatio fiebat in iure.*
16 *Interrogatio fiebat coram pratore.*
17 *Edebatur actio.*
18 *Edebatur instrumenta futura litis.*
19 *Editio cur fieri soleret.*

De vetere ritu, & ordine iudiciorum. Quæstio Tertia.



Etere igitur iudiciorum ritu, & ordine, qui cum alio de re priuata disceptaturus erat, primum omniũ aduersarium suum in ius vocabat, idest vocabat ad eum, qui iurisdictioni præerat, puta prætorem, aut
1 alium magistratũ † *l. si quis ex aliena. 5. ff. de Iudic. l. 2. in prin. ff. si quis in ius voc. non ier. §. vlt. Inst. de pœn. temc. litig. & scribunt Feuest. de magistrat. cap. 3. Duar. lib. 5. disp. anniu. cap. 5. & ad tit. ff. de in ius voc. cap. 2. Ant. Gou. lib. 1. de Iurisd. num. 34. Cuiac. lib. 10. obs. cap. 10. Vuesemb. ad tit. ff. de in ius voc. num. 5. Bret. de ordin. iud. cap. 22. Vand. lib. 2. quæst. iuris cap. 26. num. 4.* Vocabat autem non per apparitorem, sed per semetip-
2 sum † *vt scribunt Carol. Sigo. lib. 1. de Iud. cap. 18. Brisso. lib. 5. de formul. fo. 450. Duar. d. lib. 1. disp. ann. cap. 1. & ad d. tit. ff. de in ius voc. cap. 2. & ibi Vues. num. 2. Rauard. ad leges 12. tab. cap. 5. Bret. d. cap. 22. de ord. iud.*
Vnde Plautus in Trucul. Act. 4. Sc. 3.

In ius, inquit. *D. quid vis in ius me ire? tu es prætor mihi. ,,eamus.*

Et Terent. in Phorm. Act. 5. Sc. 8.

In ius eamus P. in ius? huc, si quid lubet.

Martial. lib. 1. Epigr. 104.

In ius, o fallax, atque inficiator eamus.

Debebatq; vocatus statim sequi vo-
3 cantem, † *vt scribunt Carol. Sigon. d. lib. 1. de Iudic. cap. 18. Brisso. d. lib. 5. de formul. fo. 411. Rauard. ad d. leges 12. tab. cap. 5. Cuiac. d. lib. 10. obs. cap. 10. Petr. Fab. ad l. nemo de domo 103. ff. de reg. iur. Donell. lib. 23. cõm. cap. 2. Bret. d. cap. 22.*
Vnde Plaut. in Pers. Act. 3. Sc. vlt.

Age, ambula in ius leno D. quid me in ius vocas?

Et paulo post,

Sum surdus, ambula, sequere hac.

Et Cic. pro Quinct. *debere tibi dicis, Quinctium, procurator negat, vadari vis, promittit, in ius vocas, sequitur, iudicium postulas, non recusat.* Cœterum, si protinus, & sine mora secutus non esset, poterat actor in eum manus inijcere, & eum rapere,
4 inuitumque trahere in ius, † *vti cõstat ex l. si verò 5. §. vlt. ff. qui satisd. cog. l. si quis instituatur 23. §. vlt. ff. de hered. inst. & ex tit. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. est vi exim. & ex Gell. lib. 13. Noct. Attic. cap. 13. & scribũt Carol. Sigo. d. lib. 1. de Iudic. cap. 18. Brisso. d. lib. 5. de formul. f. 415. Duar. d. lib. 1. disp. ann. cap. 5. Rauard. ad leg. 12. tab. d. cap. 5. Ant. Gou. lib. 1. Var. lect. cap. 47. Cuiac. lib. 7. obs. cap. 16. & d. lib. 10. cap. 10. Donell. dict. lib. 23. comm. cap. 2. Bret. d. cap. 22. de ord.*

ord.ind. Vnde Plaut.in Rudent.Act.
3.Sc.vlt.

Rapier hinc obtorto collo manis au trahi?
Vtrumuis opta

Et paulo post

Ego hunc scelestum in ius rapiam exulem
Age, ambula in ius

Deinde sequitur

In iure causam dicito, hic verbum sat est,
Sequere L A. obsecro te subueni mi Charmides
Rapior obtorto collo

Idem in Penul.

Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem
Prius, quam obtorto collo ad prætorem trahor.

Terent.in Phorm.Act.5.Sc.8.

In ius eamus P.in ius? huc si quid lubet
D. Assequere, ac retine, dum huc ego seruos euoco
C.At enim nequeo solus, accurre huc, P.vna iniuria est,
Tecum C.lege agito ergo P.altera est tecum Chreme
D.Rape hunc P.itane agitis.

Et in Eunu.Act.4.Sc.6.

Si vim faciet, in ius ducito hominem

Hinc factum est, vt neq; maior ma-
5 gistratus in ius vocari posset † *l. 2.*
ff. de in ius voc. l. nec magistratibus
32.ff.de iniur.l.sed & si per prætorem
26.§. hac clausula ff. ex quib. caus.
maio. l.qui accusare. 8.§. alij ff.de ac-
cusat.l.si reus. 12.ff. iud.solu.Gell.d.
lib.13.cap.13. neque parens vel pa-
6 tronus sine prætoris venia; † *l. qui-*
que 4.§. prætor ait ff. de in ius voc.l.
nequaquam 27.ff.de excu.tut.d.l.sed
& si per prætorem 26.§.hac clausula
ff.ex quib.caus.ma. nam, neque ma-
gistratus, si non isset in ius, salua ma-
iestate imperij sui trahi poterat, *vt*
ait Gell. d.lib.13.cap.13.& scribit
Bret.d.cap.22. neq; parens, aut pa-
tronus salua reuerentia, quam ei fi-
7 lius, vel libertus exhibere debet † *l.*
parentes.6.l.generaliter.13.ff.de in
ius voc. l. 1.ff.de obseq. a lib.vel lib.
par.& patr.præst. & scribunt Duar.
d.lib. 1.disp.ann.cap.1.Bret.d.cap.
22. de ord.indic. Eadem ratione fa-
ctum est, ne quis de domo sua in ius
8 vocari posset † *l.plerique 18. ff. de*
in ius voc. l. qui in domum. 23. ff.
de iniur. & scribunt Carol. Sigo. d.
lib.1.de Iudic.cap.18.Cuiac.lib.7.obs.
cap.16.& lib.21.c.38.Petr.Fab. in d.
l.nemo de domo 103.ff.de reg.iur.Bret
d.cap.22.de ord.ind. scilicet, quia vis
illa in ius ducendi, tametsi iusta, nõ
iure inferri videtur ei, qui est in pro
pria domo: nemo enim de domo
9 sua extrahi debet † *l.sed etsi is 21.ff.*
de in ius voc.l. nemo de domo 103.ff.
de reg.iur. quippe cum domus tutis-
simũ vnicuiq; debeat esse refugiũ,
10 atq; receptaculum † *d. l. plerique; 18.*
ff.de in ius voc.& declarant Duar.d.
lib.1.disp.anni cap.1. Cuiac.d. lib.7.
obs.cap.16.Petr. Fab. in d.l. nemo de
domo 103.ff. de reg. iur. Bret. d.cap.
22.de ord. ind. vnde Quint.l.7. c.8.
Maioris pugna est, inquit, *ex scripto*
ducere, quod scriptum non est; Qui pa
trem occidit, culeo insuatur, matrem
occidit. Ex domo in ius educere ne li-
ceat, tabernaculis eduxit. Et Cic.in
Vatin. *Miserisq; viatorem,* inquit,
qui M. Bibulum domo vi extraheret,
vt quod in priuatis semper est serua-
tum, id te tribuno plebis consulibus
domus exilium esse non posset. Et pro
domo sua. *Quid est sãctius, quid om-*
ni religione munitius, quam domus v-
niuscuiusq. ciuium. Hic aræ sunt, hic
foci, hic Dij penates, hic sacra religio-
nis ceremonia continentur. Hoc perfu-
gium est ita sanctum omnibus, vt in-
de abripi neminem fas sit. Prius ta-
men, quam obtorto collo raperet
actor in ius vocatum, debebat ante-
stari, idest, rogare astãtes, vt præbe-

rent testimoniũ spretæ vocationis,
his verbis, *Licet antestari?* & vbi re-
spondissent, licere, auriculam ab ijs
oppositam leuiter actor apprehen-
debat quasi in memoriæ subsidium,
deinde statim manus in vocatum
11 inijciebat, vt eũ raperet in ius; † *Ita*
scribunt Carol. Sigo. d. lib. 1. de Iudic.
c. 18. Brisso. d. lib. 5. de formul. f. 411
Rauard. d. cap. 5. ad leges 12. tab. Cu-
iac. d. lib. 7. obs. cap. 16. Bret. d. c. 22.
de ord. Iudic. Vnde Horat. lib. 1. Ser-
mo. Sat. 9.

„ *casu venit obuius illi*
Aduersarius, inquit, *et, Quo tu, turpis-*
sime? magna
Exclamat voce, &, licet antestari? ego
vero
Oppono auriculam, rapit in ius, clamor
vtrinq;
Vndiq; concursus.

Et Plaut. in Curcull. Act. 5. Sce. 2.

PH. Ambula in ius M. non eo PH. licet
antestari? M. non licet
PH. Iuppiter te malè disperdat miles,
intestatus viuito
C. At ego, quem licet PH. tu accede huc
Curculio M. seruũ antestari? C. vide
Hem, vt scias me liberum esse M. ergo
ambula in ius, Hem tibi
C. o ciues, ciues, M. quid clamas?
PH. quid istum tibi tactio est?
M. quia mihi libitum est

Idem in Persa

„ *tuane ego causa carnifex*
Cuiquam mortali libero aures atteram
Qui hic commerearis ciues homines li-
beros.

Videtur autem hoc ius trahendi prę-
uia antestatione vocatum ex lege
12. tab. descendisse, cuius hæc fuisse
verba constat. *Si in ius voces, vtque*
eat, ni statim eat, encapito antestari,
si caluitur, pedemvè struit, manum
12 *endo iacito.* † vt scribit Festus, *& tra*
dunt Carol. Sigo. d. lib. 1. de Iudic. cap.
18. Rauar. d. cap. 5. ad leg. 12. tab. Cu-
iac. lib. 7. obs. cap. 16. & lib. 10. cap.
10. & ad l. si caluitur. 233. ff. de ver.
sign. Petr. Fab. in d. l. nemo de domo
103. ff. de reg. Iur. Hoto. lib. 1. Amic.
resp. cap. 30. & Ill. q. 34. Bret. d. c. 22.
de ord. Iud. & fragmenta leguntur *in*
l. si caluitur. 233. ff. de verb. sign. Vbi
autem in ius ventum erat, actor in-
13 terrogabat reum. † *l. 1. in prin. ff. de*
inter. act. & scribunt Brisso. d. lib. 5.
de formu. fo. 442. & Bret. cap. 26. de
ord. Ind. & inter formulas interro-
gandi connumeratur hæc, quæ fie-
bat in auctorem præsentem, *Quan-*
do te ĩ iure cõspicio, postulo, anne fies
auctor? vti constat ex notis Valerij
Probi, *& scribunt Brisso. d. lib. 5. de*
formul. fo. 442. Rauar. cap. 5. Protrib.
Hoto. lib. 7. obs. cap. 5. & ad prin. tit.
Inst. de actio. enunt. 1. Dicebatur au-
tem hæc actio, idest formula inter-
14 rogatoria, † *l. 1. § 1. ff. de Int. actio.* Vn
de Cic. pro Cecin. *Actio*, Inquit, *est*
in auctorem præsentem, his verbis,
Quando te in iure conspicio, & fiebat
15 in iure † *l. 1. in prin. l. voluit. 4. §. vlt.*
l. si quis in iure 7. l. si defensor. 10. §.
denique l. non alienum. 11. l. si is, cu-
ius. 15. l. si ante 16. l. si seruus 17. l. qui
seruum. 20. §. in iure ff. de inter. act. l.
quidam 30. in prin. ff. de donat. l. non
solum 39. in prin. ff. de procur. Hoto.
lib. 1. obs. cap. 22. idest coram præto-
16 re † *l. si sine 9. §. 1. l. si defensor 10. § il*
lud l. de ætate 12. §. qui tacuit §. qui
interrogatus ff. de Inter. act. Post res-
ponsionem autem cogebatur actor
17 ei actionem edere † *l. 1. in prin. ff. de*
eden. & scribunt Carol. Sigo. d. lib. 1.
de Iudic. cap. 19. & Bret. de ord. Iud.
cap. 26. idest, significare, quo genere
actionis vellet aduersus eum expe-
riri, & cum actione, si hoc petijsset
reus, cogebatur etiam edere ratio-
18 nes, & instrumenta futurę litis † *l. 1.*
§. edenda ff. eod. Carol. Sigo. d. lib. 1. c.
19. ad hoc, vt reus intellecta spe-
cie futuræ litis deliberare posset,
vtrum cedere, an contendere debe-

ret,

19 ret, † d. l. 1. in prin. ff. eod. l. edita. 3.
C. eod. Non cogebatur autem actor
hanc editionem reo facere, ante,
20 quam in ius veniſſet, † vti rectius
Carol. Sigo. dict. lib. 1. de Iud. cap. 19.
Rauard. cap. 4. Protrib. Bret. d. cap.
26. de ord. Iud. quam Duar. ad tit. ff.
de Edend. & Cuiac. lib. 10. obſer. cap.
10. & cap. 14. cenſuerunt: nam id
probat locus Plauti in Perſa, vbi

S. Age, inquit, ambula in ius leno.
D. Quid me in ius vocas?
S. illic dicam apud prætorem, ſed ego in ius voco.

Et licet interdũ præcederet vocationem, vt apud Teren. In Adelp. Act. 2. Sc. 1. dum ait.

Quid? ſi ego tibi illam nolo vendere
Coget me? AES. minime S. namque id metui AES. neque vendendã cenſeo.
Quæ libera eſt: nam ego illam liberali aſſero cauſa manu.
Nunc vide, vtrum vis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo, leno.

Nõ tamen ex hoc rectè quis inferet, neceſſariò præcedere debuiſſe, cũ ſit verius id in actoris fuiſſe poſitũ arbitrio. Fiebat autem hæc editio in iure, ideſt, apud prætorem, vt relatus Plauti locus oſtendit, & indicãt illa Vlpiani *in l. 1. §. edẽda ff. de Edẽd.* verba, *Edenda ſunt omnia, quæ quis apud iudicem editurus eſt.* Qua facta, ſi reus intra deliberandi tempus a prætore datum ſtatuiſſet potius cõtendere, ac litigare, quam liti cedere, poſtulabat actor a prætore iudicium, ideſt, actionem, & iudicem,
21 † vt ſcribunt Carol. Sigo. lib. 2. de antiq. iur. prou. cap. 5. & d. lib. 1. de Iudic. cap. 20. & cap. 23. Briſſo. d. lib. 5. de formul. fo. 413. Vaud. lib. 1. quaſt. iur. cap. 10. num. 8. & 9. Bret. d. cap. 26. de ord. Iud. ſcilicet, quia in ordinarijs iudicijs moris erat, vt prætores non iudicarent, ſed darent iudi-
22 ces † l. 1. l. cum qui. 13. ff. de Iuriſd. l. cum prætor. 12. l. iudicium ſoluitur. 58. ff. de Iud. l. a Diuo Pio. 15. in prin. ff. de re Iud. l. 1. in prin. l. vlt. ff. quis, & a quo app. & ſcribunt Paul. Manut. de leg. Roman. fo. 169. & 172. Duar. lib. 1. diſp. anniu. cap. 53. & ad tit. ff. de Iuriſd. cap. 2. & ad l. qui iuriſdictioni. 10. ff. eod. & in Apolog. de Iuriſd. num. 1. & ad tit. ff. de Iud. cap. de Iudicibus datis, Ant. Gou. ad l. eum qui 13. num. 3. & 6. & ad l. ſolet. 16. num. 1. ff. de Iuriſd. Coraſ. ad l. 2. §. ſed cum placuiſſet num. 9. ff. de orig. Iur. ad rub. ff. de Iuriſd. num. 6. & ad l. 1. nu. 3. & 22. ff. eod. & lib. 3. Miſcell. cap. 18. num. 1. & lib. 4. cap. 9. num. 3. Briſſo. d. lib. 1. de form. fo. 464. Men. lib. 1. de Arbitr. iud. q. 2. nu. 9. Anton. Guib. cap. 9. quaſt. Iuris num. 2. Vaud. lib. 1. quaſt. iur. cap. 10. num. 7. & lib. 2. cap. 35. num. 16. Hoto. lib. 7. obſ. cap. 4. M. Ant. Muret. ad rub. ff. de off. eius, Cuiac. lib. 9. obſer. cap. 23. & lib. 21. cap. 31. & ad l. veſtis 127. ff. de verb. ſign. Rauard. cap. 11. Protrib. Petr. Fab. ad l. nemo poteſt 71. ff. de reg. iur. Donell. lib. 17. comm. cap. 21. Bret. de ord. Iud. cap. 8. & 12. & Ant. Fab. clariſsimum Sabaudiæ lumen, meritiſsimuſque Senatus præſes primarius lib. 4. Coiect. cap. 7. noſque latius comprobabimus in 3. cap. q. 2. num. 1. Vnde Cic. ad Q. fratr. Epiſt. 2. *Quid?* inquit, *prætor ſolet iudicare deberi?* Darent, inquam, præſcripta formula, ſecundum quam iudi-
23 carent † vt ſcribũt Carol. Sigo. d. lib. 1. de Iudic. cap. 24. Coraſ. ad rub. ff. de Iuriſd. num. 6. & ad l. 1. num. 22. ff. eod. d. lib. 3. miſc. cap. 18. num. 5. & lib. 4. cap. 9. num. 3. Rauard. lib. 1. de præiudic. cap. 5. Ant. Guib. d. cap. 9. quaſt. Iuris M. Ant. Mur. ad d. rub. ff. de off. eius, Men. de arbitr. lib. 1. quaſt. 2. num. 14. & Ant. Fab. d. lib. 4. Con. cap. 7. ad hunc ferè modum. *Titius iudex eſto. Si paret Caium Seium Lucio Sempronio centum dare oportere,*

cum

eum condemnato. Cuius rei veſtigia
24 multa cernuntur in iure ciuili, † vt
in §. is quoque Inſtit. quib. mod. re
contr. obligat. §. ſic itaque Inſtit. de
actio. §. præterea Inſtit. de except.
& traduntur a Theoph. in §. tuto-
res Inſtit. de ijs, per quos ag. poſſ.
Carol. Sigon. lib. 2. De Antiq. Iur.
prou. cap. 5. & d. lib. 1. de Iudic. cap.
24. Coraſ. ad rub. ff. de Iuriſd. nu. 7. et
ad l. 1. nu. 23. ff. eod. Briſſo. d. lib. 5. de
form. fo. 415. Egu. Bar. lib. 1. var.
quæſt. fo. 27. Rauard. cap. 11. Pro trib.
Cuiac. lib. 5. obſ. cap. 17. Hoto. ad prin.
tit. Inſt. de actio. Enũ. 1. Bret. cap. 35.
de ord. Iud. Sed plura apud alios au-
thores, vt apud Cic. qui in Diuin.
Iuditium dat ſtatim, inquit, ſi pare-
ret, eam ſe, & ſua veneris eſſe, dixiſ-
ſe, & in Verr. 3. dabat iſte iudicium,
ſi pareret iugera eiuſmodi fundi eſſe
plura, quam colonus profeſſus eſſet, &
ibidem, quærebant, quæ in verba re-
cuperatores daret, reſpondebat, ſi pa-
reret, aduerſus edictum feciſſe, & in
eadem Orat. ſi iudicium ſit eiuſmo-
di. L. Octauius iudex eſto, ſi paret
fundum Capenatem, quo de agitur ex
iure Quiritium P. Seruilij eſſe, neque
is fundus Q. Catullo reſtituetur, &
pro Roſc. Com. Eius rei ipſa verba
formulæ teſtimonio ſunt; Quid eſt in
iudicio? directũ, aſperum, ſimplex. Si
paret H S. I ɔ ɔ ɔ. dari oportere. Di-
cebatur autẽ hoc modo prætor da-
25 re iudicium, & actionem † vt ſcribit
Carol. Sigo. lib. 2. de antiq. iur. ciu.
Rom. cap. 18. Cic. Verr. 4. dubiũ nõ eſt,
quin omnes omniũ pecuniæ poſitæ ſint
in eorum poteſtate, qui iudicia dant,
& pro Cœcin. Etenim, ſi prætor is,
qui iudicia dat, nũquam petitori præ-
ſtituit, qua actione illum vti velit.
Vnde tam frequenter in edicto prę-
26 tor ait, Actionem dabo, † vt in l. 2.
ff. quod cum eo, l. ait prætor. 7. in prin.
27 ff. de Iureiu. iudicium dabo † vt in
l. 1. in prin. ff. de dol. l. 3. in prin. ff. de
neg. geſt. l. 1. in prin. ff. cõmod. & paſ-
ſim in pand. ideſt dabo iudicem, cum
formula, vt explicant Vaud. dict. lib.
1. quæſt. 10. num. 9. & Ant. Fab. d. lib.
4. Con. cap. 7. Iudice autem dato in-
terponebãtur ſtipulationes iudicio
ſiſti, iudicatũ ſolui, & id genus aliæ,
vt ſcribit Carol. Sigo. d. lib. 1. de In-
dic. cap. 27. quæ, quoniam fiebant in
28 iure, ideſt coram prætore † l. 2. §. ſed
& ſi dubitetur ff. de iudic. & eius iuſ-
29 ſu † l. 1. §. quod ſi ſit l. ſi præſes 50. ff.
de præto. ſtip. d. l. 2. §. ſed & ſi dubite-
tur ff. de Iudic. l. prætor ait 7. in prin.
ff. de damn. inf. §. cõuentionales Inſt.
de diuiſ. ſtip. l. bonorum ventris. 8. ff.
de curat. furio. ideo prętoriæ nuncu-
30 patæ ſunt † l. ſtipulationũ 5. in prin.
ff. de verb. oblig. §. prætoria Inſt. de
diu. ſtip. & dicemus in 8. c. q. 15. n. 2.
& 4. Poſt hæc litigatores ſibi inuicẽ
denũtiabãt, de eũdo, & cõparendo
corã iudice dato his verbis, In ter-
tium, ſeu perendinum diem, quæ res
condictio, ſiue cõperendinatio vo-
31 cabatur † § appellamus Inſt. de actio.
& ibi Theoph. explicat, & tradunt
Gell. lib. 10. cap. 24. Carol. Sigo. d. lib. 1.
de Iud. cap. 17. & 27. Briſſo. d. lib. 5.
de form. fol. 412. Rauard. d. cap. 11.
Pro trib. Coraſ. lib. 4. Miſcell. cap. 7.
num. 4. Hoto. in d. §. appellamus En. 2.
Donell. lib. 23. comm. cap. 2. Bret.
cap. 39. de ord. iud. Vnde Aſcon.
Pædia. in Verr. 3. Comperendinatio,
inquit, eſt ab vtriſq. litigatoribus in-
uicem ſibi facta denuntiatio in peren
dinum diem: namq. cum in rem ali-
quam agerent litigatores, & pœna ſe
ſacramenti peterent, poſcebant iudi-
cem, qui dabatur poſt trigeſimum diẽ,
quo dato deinde inter ſe in perendinũ
diem, vt ad iudicium venirent denun
tiabant. Adueniente die compare-
bat vterq; coram iudice dato, corã
quo proponebat actor ſuam actio-
nem, & reus ſuam reſponſionẽ, quæ
res, quoniam fiebat teſtibus ab vtra
que

que parte adhibitis, ideo dicta fuit
32 litis contestatio, † *vti docent Carol. Sigon.d. lib. 1.de Indic.cap.27.Duar. ad tit.ff.de Indic.in princ. Rauard.d. cap.11. Protrib.Cuiac. lib.9. obs.cap. 21.Bret.cap.33.de ord.iud. quamquã pleriq; ex ijs arbitrentur hanc litis contestationem fieri cõsueuisse coram pratore:* Vnde Festus lib.3.*Contestari est*.inquir,*si vterq.dicit testes estote*. Et, quoniam tũc temporis iudex
33 incipiebat causam audire. † *l.1.C. de lit. contest.l.2. C. de Iureiu.propt. cal.dand. & tradunt Duar. ad d. tit. ff.de Indic.in prin. Cuiac.d.lib.9.obs. cap.21.& in Parat.C.de litis contest.* ideo traditum est, ab ea iudiciũ in-
34 cipere † *l.apertissimi 14.C.de Indic. l.1. C. de lit. contest. l.omnes pœnales 25.ff. de act.& oblig. iuncta l.vlt.ff. de fid. & nom. tut. l.amplius non peti 15.ff.rem rat.hab.l.vn.C.de plus pet. & tradunt gl.in l.1.in verb.capto iudicio,& in l. apertissimi 14. in verb. inchoetur C.de Indic.in l.Vn.in verb. inchoatã C.de plus pet.& in §.si verò apud, in verb.initiũ,Auth.de litigio. coll.8.Dec.in rub.C.de Eden.num.21. Martin. Mont. in d.rub.ff. de off.eius num.71.vers.6.Duar.ad tit.ff.de Indic. in princ. Coras.ad l. si Titius 10. num.2. ff.de verb·oblig. Cuiac.in parat.C. de lit.cont. & d.lib.9. obs.cap. 21.Donell.lib.17.comm.cap.26.Bret. d.cap.33.de ord.iud.* Post litem autem contestatam fiebant coram eodem iudice scripturarum, & instru-
35 mentorum editiones † *l.1.§.edenda ff. de Edend.* testes examinabantur, interponebantur plerumque stipu-
36 lationes iudiciales † *l.stipulationum 5. §.iudiciales ff.de verb.oblig.§.Iudiciales Inst.de diuis.stip.* tandemq; post causam instructam pronuntiabat iudex; Quo facto expirabat eius officium, scilicet; quia sententiæ executio nõ ad eum, sed ad prætorẽ ipsum, qui dederat,pertinebat
37 † *l.a Diuo Pio 15. in princ. ff.de re Indic.* Quamobrem dicimus, iudicẽ postea, quã iudicauit functum esse officio suo, & iudicem esse desinere
38 † *l.iudex posteaquam 55.ff.de re Iud.*

SVMMARIVM.

1 *Indices priuati,qui.*
2 *Indicia priuata.*
3 *Priuata negotia.*
4 *Priuata res.*
5 *Priuata causa.*
6 *Recuperatores,qui.*
7 *Indices speciales,qui.*
8 *Indices pedanei q,& vnde dicti n.10.*
9 *Pedarij Senatores qui.*
11 *Indices dati qui.*
12 *Indices delegati qui.*
13 *Indices simpliciter qui.*
14 *Magistratus distinguuntur a iudicibus.*
15 *Iusdicere, & iudicare differunt.*
16 *Officium iusdicentis, differt ab officio iudicis.*
17 *Iusdicit, Magistratus, iudicat iudex.*
18 *Iusdicit, qui formulam prascribit.*
19 *Iurisdictio,& iudicium differunt.*
20 *In ius vocare, & vocare in iudicium differunt.*
21 *In iure aliud,& aliud in iudicio.*

Qualiter in ordinarijs iudicijs magistratus a iudicibus distinguantur. Quæstio quarta.


Inc intelligimus in ordinarijs iudicijs alios fuisse magistratus,alios iudices;magistratus enim non erant iudices,quia non solebant iudicare, sed dabant iudices, qui,quoniã non erant magistratus, ideo dicebantur
1 indices priuati, † *vt scribunt Duar. ad tit. ff.de Iudic.in prin. Ant. Gou. lib.2.de Iurisd.num.24. M.Ant.Muret.ad rub.ff.de off.eius.* Vnde Gell. lib.14.cap.2. *Rem enim,* inquit, *de peten-*

petenda pecunia apud iudicem priua-
tum agi, non apud censorem de mori-
bus: & Sueto. in Claud. cap. 14. Nā
& ijs, qui apud priuatos iudices plus
petendo formula excidissent, restituit
2 actiones. Ipsaq; iudicia priuata † Cic.
lib. 2. Ad Heren. Translationes in iu-
re plerunque versantur: ibi enim, &
exceptiones petuntur, & certo quo-
dammodo agendi potestas datur; &
omnis conceptio priuatorum iudicio-
rum constituitur, & lib. 1. de Orat. nō
volitare in foro, harere in iure, ac
pratorum tribunalibus, iudicia pri-
uata, magnarum rerum obire, & in
Topic. priuata enim iudicia maxi-
marum quidem rerum, in iurisconsul-
torum mihi videntur esse prudentia,
& Gell. d. lib. 14. cap. 2. Quo primum
tempore a pratoribus lectus in iudicē
sum, vt iudicia, qua appellantur pri-
uata susciperem; Dicebantur, & pri-
3 uata negotia † l. in priuatis 77. ff. de
4 de Indic. & res priuatæ † Ouid. lib. 2.
de Trist. eleg. 1.

Res quoque priuatas statui sine cri-
mine index.

Deq; mea fassa est pars quoq; victa fide.

5 Et causæ priuatæ † Cic. lib. 9. Epist.
famil. epist. 21. ad Papy. Pætum. In-
dicia, inquit, non solemus omnia tra-
ctare vno modo, priuatas causas, &
eas tenues agimus subtilius, capitis
aut fama scilicet ornatius. Diceban-
6 tur ijdem Recuperatores, † vti con-
stat ex Theoph. in tit. Inst. quib. ex
caus. man. non lic. & tradunt Paul.
Manu. de legib. Roma. fo. 167. & 172.
Duar. ad d. tit. ff. de Indic. cap. de Iud
datis Rauer. lib. 3. Vario. cap. vlt. nu.
1. Coras. lib. 3. misc. cap. 17. num. 5. &
cap. 18. nu. 6. & lib. 4. cap. 9. nu. 3. &
ad l. 1. nu. 22. ff. de Iurisd. Ant. Guib.
cap. 9. quast. Iur. nu. 14. Bret. de ord.
ind. cap. 12.

Vnde Plaut. in Bacchid. Act. 2. sc. 3.
„ postquam quidem prator recupe-
ratores dedit.

7 Et iudices speciales † l. vlt. ff. de off.
prat. l. prases. 5. ff. de off. prasid. l. vlt.
C. de Iud. et scribunt Ant. Gou. li. 2. De
Iurisd. nu. 25. Coras. ad l. 1. nu. 22. ff.
de Iurisd. & ad rub. ff. de off. eius. nu.
7. Ant. Guib. d. cap. 9. q. iur. num. 14.
Cuiac. ad l. aliquādo 5. ff. de off. proc.
& leg. in 1. lib. q. Pap. Iudices peda-
8 nei † l. prator 4. ff. de Tut. & Cur. l. 3.
§. si quis ff ne quis eū, qui in ius voc.
est vi ex. l. si quis aliquid 38. §. indi-
ces ff. de pœn. l. pen. C. de pact. l. vlt. C.
vbi, & apud quem, tit. C. de ped. Iud.
Paul. lib. 5. sent. tit. 28. & scribunt
Alcia. lib. 1. Parerg. cap. 41. Claud.
Cātiū. lib. 2. de off. iud. c. 2. nu. 1. Ant.
Aug. li. 5. Emēd. c. 8 Lōgonall. ad l. Im
periū. 3. nu. 30. ff. de Iurisd. Egu. Bar.
ad l. Legatus 12. ff. de off. proc. & leg.
Duar. lib. 1. disp. anni. cap. 53. & ad
tit. ff. de Indic. Cap. de Indicibus da-
tis, Coras. ad l. 1. nu. 22. ff. de Iurisd.
Camill. Plaut. ad rub. ff. de off. eius,
lib. 1. cap. 13. nu. 5. Ant. Guib. d. cap. 9.
quast. Iur. nu. 14. Ant. Gou. d. lib. 2. de
Iurisd. nu. 25. Cuiac. ad d. l. aliquando
5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. quast.
Pap. & in not. ad Paul. d. lib. 5. sent.
tit. 28. Bret. d. cap. 12. de ord. Ind. Do
nell. lib. 17. comm. cap. 21. non peda-
rij, vt malè Vaco. a Vacu. lib. 6. decl.
83. nu. 2. Rain. Cors. lib. 2. Indag. Iur.
cap. 21. & alij plerīq; putauerūt, quia
licet pedarij dicerentur senatores,
qui pedibus ibant in sententiam,
9 vti videre est apud Gell. lib. 3. cap. 18.
Fenest. de magist. Rom. cap. 1. Buda. in
anno. ad l. vlt. ff. de Senat. Longou. in
d. l. Imperium 3. n. 32. Ant. Gou. d. lib.
3. de Iurisd. nu. 26. & 28. non tamen
etiam pedarij dicebantur iudices a
magistratu dati, sed pedanei, vt in
specie scribunt Alcia. d. lib. 1. Parerg.
cap. 41. Claud. Cantiu. d. lib. 2. de off.
iud. cap. 2. nu. 11. Longou. in d. l. Impe
rium 3. nu. 32. ff. de Iurisd. quia non
vtebantur tribunali, nec sella curuli,
quæ propria magistratuum erat, sed
priua-

priuatim fedentes, ac pede terram
calcantes,& plerunq; ftantes pronũ-
10 tiabant, † vt explicant Carol. Sig.d.
lib. 1. de Iudic.cap. 28. Ant.Gou.d.lib.
2.de Iurifd.num.26. Ant.Guib.d.cap.
9.quaeft.iur.num.14. Cuiac.in not.ad
d.lib.5.fent.Paul.tit.28. Bret.d.cap.
12. de ord. Iud. Don.d.lib.17. comm.
cap.12. Vnde Cic.de claris Orato-
ribus, In comitium veniant, inquit,
ad ftantem iudicem dicant. Dice-
11 bantur itidem iudices dati, † l. iu-
dex datus 46.ff.de Iudic. l.a Diuo Pio
15.in princ.ff.de re Iudic.& fcribunt
Coraf. ad d.rub.ff. de off.eius num.7.
& ad l.1.num. 22.ff. de Iurifd.Men.
de praef.lib.6.praef.30.num.8. Anton.
Guib.d.cap.9. quaeft.iur.num.14 .Cu-
iac. in d.l.aliquando 5. ff.de off.proc.
& leg.in 1.lib.quaeft.Pap. iudices de-
12 legati † l.a iudice 5.C.de Iudi.|& tra-
dunt Egu. Bar. ad l. legatus 12. ff.de
off.proc.& leg.Coraf. ad d.l.1. nu.22.
ff.de Iurifd. & ad dict. rub. ff. de off.
eius num.7. lib. 3. mifc. cap. 18. num.
7. Ant.Gouea.d.lib.2.de Iurifd. num.
30. Anton.Guib.d.cap.9.quaeft. Iuris
num.14.Cuiac.in d. l. aliquando 5. de
off proc.& leg.in 1. lib. quaeft. Pap. &
13 frequentiffimè iudices fimpliciter †
vt in tot. tit. ff. de Iudic. & fcribunt
Duar.ad d.tit.ff.de Indic. cap. de Iu-
dicibus datis Ant. Gou.d.lib.2. de Iu-
rifd. num. 30. Ant. Guib.d.c.9.quaeft.
Iur.n.14.Vaud.d.l.1.q.Iur.c.10.n.4.
Rectè igitur magiftratus a iudici-
14 bus diftinguũtur † in l.amiffione 5. §.
vlt.ff.de c.min.l.2.ff.de reg.iur.l.qui-
dam 57.ff. de re Iud.l.ftipulationum
5.in prin.ff. de verb.oblig.tit.Inft. de
diu.ftip. & fcribunt Carol.Sigo.lib.2.
de antiq.iur.ciu.Rom. cap. 18. Duar.
dict.cap.de Iudicibus datis, & lib.1.
difput.ann.cap.53. Coraf. ad l.1. nu.
7. ff.de Iurifd. Anton.Gou.d.lib.2.de
Iurifd.num.25.Anton. Guib.d.cap.9.
quaeft.Iuris numero 1. Donell. lib. 17.
comm. cap. 24. Vaud. dict.|libro 1.
quaeft. cap. 10.nu.6. ius dicere,& iu-
15 dicare † l. voluit 4. §. vlt ff. de Iur.
actio.d.l.quidam 57.ff.de re Iud.tit.
C. ne quis in fua cauf.iud. vel iufd.
Harmen lib. 1. Iuris Epit. titul.4. &
fcribunt Carol. Sigo.lib.2. de ant.iur.
ciu. Rom.cap. 53. Paul. Man.de legib.
Rom.fo.172. Duar.d.lib.1.difp. ann.
c.53.Coraf.ad d.rub.ff.de Iurifd.n.8.
Anto.Gouea.lib.1. de Iurifd.num.16.
& ad l.1.nu.1.ff.eod.Edua. pro Egu.
fol.20. Ant.Guib.d.cap.9. quaeft. Iur.
nu.2. Vaud. d.lib. 1. quaeft.10. num.
6. Iufdicens, & iudex l.1.ff. de Iu-
rifd. & fcribit Coraf. in d. rub. ff.de
Iurifd.num.8. & ad l.1.nu.7.ff.eod.
16 Iufdicẽtis, & iudicis officium † l. 1.
ff.de Iurifd. l.ftipulationũ 5 in prin.
ff.de verb.oblig. & fcribunt Duar.d.
cap.de iudicibus datis;Coraf.ad d.l.1
num.7.ff.de Iurifd. nam iufdicit nõ
iudicat magiftratus, iudicat verò nõ
17 iufdicit iudex, † l. qui dolo. 10. in
prin.ff.ad l.Iul.de vi public. Ita Paul.
Man.de leg.Rom.fo.172. Duar.d.lib.
1.difpu.anniu.cap.53. & ad tit. ff.fi
quis iufd.nõ obtemp.cap.2. Egu.Bar.
ad l.legatus 12.ff.de off.proc.& leg.
& ad l.1.ff.de Iurifd.Coraf.ad d.rub.
ff.de Iurifd.num.7. Ant.Guib.d.cap.
9.quaeft.iur.num.2.& cap.10.nu.16.
Vaud.dict.lib.1.quaeft.10. numero 5.
Anton.Fab.dict.lib.4.coniect.cap.7.
Verè enim iufdicit magiftratus, qui
iudici dato formulam præfcribit,
quia eo modo dicit, & præfcribit
ius, quod eum ftatuere oportet.
18 † vt explicãt Paul.Manu.de leg.Rom.
d.fo.172.& fo.221.Duar.dict.lib. 1.
difp.ann.cap.53. & in Apol.num.1.
Ant.Gou. ad l.1. num.3.ff. de Iurifd.
Ant.Guib.d.cap.10.quaeft.iur.nu.16.
At verò iudex non dicit, fed dicat
ius,nec dicitur a iure dicũdo, Quo-
modo putauit Ifyd. relatus in cap. fo-
rus §. index de verb. fign. fed a iure
dicando, quia ius dictum a prætore
dicat, ideft affignat partibus.. Quã-
mo-

mobrem aliud est iurisdictio, aliud
19 iudicium, † *vt scribunt Duar. ad d. tit. ff. de Iudic. in prin. & cap. de Iudicibus datis Ant. Gou. ad d. l. 1. num. 3. ff. de Iurisd. Vand. d. lib. 1. quæst. 10. num. 7.* aliud in ius vocare, aliud vo-
20 care in iudicium † *l. 3. §. si quis ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exim. & scribunt Duar. d. lib. 1. disp. anniu. cap. 1. & ad d. tit. ff. de Iudic. cap. de Iud. datis, Ant. Gou. d. lib. 1. de Iurisd. num. 35. Cuiac. d. lib. 10. obs. cap. 10.*
21 aliud in iure aliud in iudicio, † *vt scribũt Duar. d. cap. de Iudicibus datis Heto. lib. 7. obs. c. 5. & ad prin. tit. Inst. de actio. En. 2.* Vnde Cic. lib. 1. de Orat. *Si quis*, inquit, *hunc hodie statuet esse oratorẽ, qui tantummodo in iure, aut in iudicijs possit, aut apud populum, aut in senatu copiosè loqui*, & ad Heren. lib. 1. *Hac parte constitutionis Græci in iudicijs, nos in iure plerunque vtimur.*

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictione mandata quæ transferantur.*
2 *Iurisdictionem mandans vices suas committit, iudicem dans iniungit munus iudicandi.*
3 *Is cui mandata est iurisdictio iurisdicit nomine alieno, Iudex verò iudicat nomine suo.*
4 *Is cui mandata est iurisdictio, habet iurisdictionem ab homine, index verò datus habet notionem a lege, & quomodo id procedat num. 5.*
6 *Appellatio non fit ab eo, cui mandata est iurisdictio ad mandãtem, sed ad superiorem, a iudice verò dato ad dantem appellatur, & cur num. 7.*
8 *Iurisdictio mandata soluitur morte magistratus, vel aduẽtu successoris, iudicis verò datio non soluitur.*
9 *Iurisdictionem habet is, cui fuit mandata, Iudex verò datus solam notionem.*
10 *Imperium habet is, cui mandata est iurisdictio, non etiam iudex datus.*
11 *Sententiam exequi potest is, cui mandata est iurisdictio, non etiam iudex datus.*
12 *Iurisdictionem mandare potest etiam is, qui non habet imperium, iudicem verò dare non potest.*
13 *Iurisdictionem mãdare non potest is, cui mandata fuit, Iudicem verò dare potest.*
14 *Iudex dari potest ab eo, cui mandata est iurisdictio, non etiam a iudice dato.*
15 *Iurisdictio mandatur volenti tantũ, Iudex verò datur, etiam inuitus.*
16 *Iurisdictio mandari potest etiam non subdito, Iudex verò dari nisi subditus nemo potest.*
17 *Iurisdictio mandari potest etiam pari, vel maiori, Iudex verò dari non potest, nisi inferior.*
18 *Iurisdictio mandari potest etiã ab eo, qui est extra territorium, non etiam dari Iudex, & Cur num. 19.*
20 *Iurisdictio non potest mandari, vt exerceatur extra territoriũ, Iudex verò dari potest, vt extra territoriũ iudicet.*
21 *Iurisdictio mandatur etiam sine scriptura, Iudex verò sine scriptis non datur.*

Quæ fuerint in ordinarijs iudicijs inter eum, cui iurisdictio mandabatur, & iudicem datum differentiæ.

Quæstio Quinta.



EX his facile est intelligere, quid sit in ordinarijs iudicijs inter mandare iurisdictionem, & dare, seu delegare iudicem discriminis: differunt enim.

Primũ in eo, quia, qui mãdat iurisdictionem, committit vices suas in iure dicundo *l. & si prætor. 3. ff. de offic. eius l. solet 16. ff. de Iurisd. & diximus*

mus in q. 1. nu. 2. & tranfert in mandatarium officium fuum, ideft, officium iurifdicundi *l. 1. §. damus ff. de fufpect. tuto.* Quamobrem apud cũ fient, quæ diximus apud prætorem fieri confueuiffe: nam reus ad eum in ius vocabitur, coram eo fient interrogationes, & editiones, dabit is iudices litigatoribus, iudicibufque datis formulam præfcribet, coram eo prætoriæ ftipulationes interponentur, demum is exemplo magiftratus iudicis a fe dati fententiam
1 exequetur, † *vt eleganter explicant Egu. Bar. lib. 1. Var. quæft. fo. 25. & Eduard. pro Eguin. fo. 29.* At verò, qui dat iudicem non committit vices fuas, quia prætoris, alteriufuè iufdicentis partes non confiftunt in iudicando, *vt diximus in quæft. 3. nu. 22. & dicemus in 3. cap. q. 2. nu. 1.* fed iniungit neceffitatẽ cognofcendi, & ex formula præfcripta iudicãdi de caufa commiffa *l. pen. §. vlt.*
2 *ff. de vac. mun.* † *Ita Camill. Plaut. ad d. rub. ff. de off. eius lib. 1. cap. 13. nu. 20.* Hinc confequitur.

Secũda differentia: nã is, cui mandata eft iurifdictio proprium nihil habet, fed eius, qui mandauit iurifdictione vtitur *l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius.* Quamobrem nec proprio nomine ius dicit, fed nomine tantum mandantis *l. & fi prætor. 3. de off. eius*, quippe, cuius partibus, & vice fungitur *l. folet. 16. ff. de Iurifd. d. l. & fi prætor. 3. ff. de off. eius, & nos latius dicemus in 9. cap. quæft. 4. num. 2.* At iudex datus propriam notionem habet, *vt oftendemus in eodem 9. cap. quæft. 6. num. 1* fcilicet, quia non iudicat vice prætoris, nec fungitur eius partibus, quæ, vti diximus, non confiftunt in iudicando, fed iudicat iure fuo, & proprio
3 nomine; † *Ita Camill. Plaut. in dict. rub. ff. de off. eius lib. 1. cap. 14. num. 11. & 15. Anton. Gou. ad l. 1. numero 10. ff. de Iurifd. Cuiac. in dict. l. aliquando 5. ff. de off. pro. & leg. in 1. lib. quæft. Pap.* Cuius diuerfitatis ratio pendet a

Tertia differẽtia: nã is, cui mãdata eft iurifdictio, poteftatẽ habet ab homine, non a lege: *vt fcribit Camill. Plaut. in l. Barbarius 3. n. 260. ff. de off. præto.* nec enim lex ei dat iurifdictionem, fed mandatam confirmat *l. & quia 6. ff. de Iurifd.* Quamobrem dicitur eam habere alieno ideft mandantis beneficio *l. more 5. ff. eod.* At iudex datus notionẽ habet a lege, quæ iudicia modo tranftulit ad Senatum, modo ad equites, modo ad vtrunque ordinem, *vti dicemus in 7. cap. quæft. 1. num. 7.* Itaque talem iudicãdi poteftatẽ habent fenatores, & equites a lege nõ
4 ab homine. † *Ita Camill. Plaut. in d. rub. ff. de off. eius lib. 1. cap. 13. num. 1. & cap. 14. num. 2. & 11.* Nec eft contrariũ, quod iudicare nequeãt, nifi a prætore vel alio magiftratu dentur, & iudicare iubeatur *l. pen. ff. de Iudic. Harmen. lib. 1. Iuris Epit. tit. 4.* quia refpondeo iuffum illum non tribuere notionem, fed implere conditionem, fub qua fuit illis a lege data, vt dicimus de magiftratibus municipalibus, quibus data fuit lege Iulia, & Titia tutoris datio *l. 3. ff. de tut. & cura.* fed expectato iuffu præfidũ *§. fed hoc iure, Inft. de Attil. tut.* non enim iuffus tribuit eis dationem, cum magiftratus eam in aliũ transferre nequeant *l. nec mandante 8. ff. de tut. & Cur.* fed lex, *vti oftendemus in 8. cap. quæft. 3. num. 3.*
5 *& 12.* † *Ita Camill. Plaut. in d. rub. libro 1. cap. 14. numero 2.* Hinc fequitur.

Quarta differẽtia: nam ab eo, cui mãdata eft iurifdictio, nõ appellatur is, qui mandauit, fed fuperior, is fcilicet, qui ab eo, qui mandauit, appellaretur, *l. 1. §. 1. ff. quis, & a quo appell.*

ius enim dicit, fed vice mandantis
l.& fi prætor 3.ff.de offic. eius, & nos
dicemus in 9. cap quæft.4. numero 2.
At iudex datus non iurifdictionem
habet, fed notionem, ideft cogno-
fcendi, & iudicandi facultatem *l.ait*
prætor 5. in princ. ff. de Iudic. & nos
dicemus in eod. 9. cap. quæft. 2. nu-
9 *mero 9.* † *Ita Camill.Plaut.dict.lib.1*
cap.5. numero 5. Egu. Bar.in l. lega-
tus 12. ff.de off. proc. & leg.Duar.ad
d.tit. ff.de Iurifd.cap.8. & ad l.mo-
re 5. ff.eod. Cuiac. in dict. l. aliquan-
do 5. ff. de offic. proc. & leg. in 1. lib.
quæft. Pap. & ad l.cum prætor 12. ff.
de Iudic.

Septimo differunt, quia is, cui
mãdata eft iurifdictio, habet etiam
imperium quod iurifdictioni cohæ-
ret, ideft modicam coercitionem,
fine qua nulla eft iurifdictio *l. 1. §.*
vlt. l. vlt. §. vlt. ff. de offic. eius, &
dicemus in 8. cap. quæft. 15. nume-
ro 11. At iudex datus, vt non iu-
rifdictionem, ita nec ei cohærens
imperium habet, *vt dicemus in eo-*
dem 9. cap. quæftione 2. numero 15.
10 † *Ita Claud. Cant. lib. 2. de off. Iud.*
cap. 3. numero 18. Duar.ad dict.tit.
ff. de Iurifd.cap.8. Egu. Bar.dict.lib.
1. var. quæft.fo. 36. & 39. Hinc fe-
quitur.

Octaua differentia: nam is, cui
mandata eft iurifdictio, fententiam
exequi poteft, *vti dicemus in 8.cap.*
quæft. 14. numero 8. contra verò iu-
dex datus non poteft; cum execu-
tio pertineat ad eum, qui dedit *l. a*
Diuo Pio 15. in princ. ff. de re Iud.
& dicemus in eodem 8. cap. quæft.
11 *14. numero 9.* † *Ita Alcia. dict. lib.*
2. Parad. cap. 5. numero 2. Purp. in
dict. rub. ff. de offic. eius numero 8.
Claud. Cant. dict. lib. 2. de off. Iud.
cap. 3. numero 28. Egu. Bar. dict.
lib. 1. varia. quæft. fo. 36. & 39. &
ad dict. l. more 5. & ibi Duar. ff. eo-
dem Duar. ad dict. tit. ff. de Iurifd.
cap. 8. & ad l. folet 16. ff.eodem Cu-
iac. in dict. l. aliquando 5. ff. de off.
proc. & leg. in 1. lib. quæft. Pap. Do-
nell. dict. lib. 17. comm. cap. 6. Mu-
ret. in dict. Rub. ff. de offic. eius,
nam, cum executio fententiæ fit
mixti imperij *l. iubere caueri 4.*
ff. de Iurifd. l. ea, quæ 26. ff.ad Mu-
nicip. & dicemus in 8. cap. quæftione
14. numero 1. idque fit penes eum,
cui mandata eft iurifdictio, non
etiam penes iudicem datum, *vti*
fupra dictum eft, confequens eft,
vt ab illo, non etiam ab hoc fieri
poffit.

Nono differunt, quia poteftas mandandæ iurifdictionis, neque eft imperij, neque iurifdictionis, fed cuiufdam facultatis more competentis ob iurifdictionis proprietatẽ *l. more 5. ff.de Iurifd.* nam magiftratus, qui iurifdictionem mandat, hoc ipfo, quod mandat, non poteft dici aut imperium, aut iurifdictionem exercere, quia nec imperat, nec ius dicit ei, cui mandat; fed cum eo contrahit exemplo aliarum caufarum *l. & quia 6. ff. de Iurifd. & latius dicemus in quinto cap. quæft. 4. numero 48.* At iudicis dandi licentia iurifdictionis eft, non quidem fimplicis, (vt, vt alij cenfuerint) fed eius, quæ ineft mixto imperio *l. Imperium 3. ff. de Iurifd. & nos demonftrabimus in 5. cap. quæft. 2. numero 10. in cap. 8. quæft. 8. numero 6.* nam iudices dantur propter vim imperij *l. cum prætor 12. §. Item hi ff. de Iudic.* & magiftratus, cum dat, imperat, hoc eft iudicare iubet *l. cum qui 13. ff. de Iurifd. & dicemus in 7. cap. quæft. 1. num. 20.* Hinc fequitur.

Decima differentia: nam iurifdictionem mandare poteft, quicunque eam habet iure fuo, *d. l. more 5. de Iurifd.* licet non habeat imperium, *vt dicemus in 5. cap. quæft. 1.*

numero 7. Iudicem verò dare, nisi, qui habet imperium, nemo potest, *vti dicemus in d. cap. 5. quæst.*
12 *2. numero 4.* † *Ita Camill. Plaut. in dict. rub.* ff. *de off. eius, lib. 1. cap. 14. numero 9.* Quamobrem magistratus municipales iurisdictionẽ mandare poterant, *vt dicemus in eodem 5. cap. quæst.* 1. *numero* 7. Iudicem verò dare non poterant, *vt dicemus in eodem 5. cap. quæst. 2. numero 4.* Quia, licet haberent iurisdictionem iure suo, non tamen poterant facere ea, quæ sunt magis imperij, quam iurisdictionis *l. ea, quæ 26.* ff. *ad Municip.* Hinc etiam consequitur.

Vndecima differentia: nam is, cui mandata est iurisdictio, eam alteri demandare non potest *l. vlt. in princ.* ff. *de offic. eius, & dicemus in eod. 5. cap. quæst.* 1. *numero 9.* Iudicem tamen dare potest *l. cum prætor* 12. §. *is quoque* ff. *de Iudic. & dicemus in eod.* 5. *cap. quæst.* 3. *nume-*
13 *ro 10.* † *Ita Alcia. dict. lib. 2. Parad. cap. 5. numero* 1. *Purp. in d. rub.* ff. *de off. eius, numero 6. Claud. Cantiun. lib. 2. de off. Iud. cap. 2. numero* 17. *Longouall. in l. Imperium 3. numero 22.* ff. *de Iurisd. Egu. Bar. in d. l. more 5. & ibi Duar.* ff. *de Iurisd. Egu. Bar. in l. obseruare 4. §. vlt. & ad l. legatus 12.* ff. *de off. proc. & leg. & d. lib. 1. varia. quæst. fo. 38. Duar. ad tit.* ff. *de Iurisd. cap. 7. & 8. Coras. ad l. vlt. num.* 1. *& ibi Muret. de off. eius, Cuiac in d. l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in* 1. *lib quæst. Pap. Donell. lib.* 17. *comm. cap.* 23. quia licet habeat iurisdictionem, & imperiũ, quod ei cohæret *l. 5. §. vlt.* ff. *de off. eius*, non tamen propriam iurisdictionem habet *d. l. 5. §. qui mãdatam* ff. *de offic. eius.* Hinc similiter succedit.

Duodecima differentia; nam iudicem, quem (vti diximus) is, cui mandata est iurisdictio dare potest, iudex dare non potest *l. a iudice 5. C.*
14 *de Iudic.* † *Ita Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 5. num. 2. Iac. de Nigr. in d. rub.* ff. *de off. eius numero 4. & ibi Camill. Plaut. lib. 1. cap. 12. num. 1. & 14. Longouall. in d. l. Imperium 3. num. 23. ff. de Iurisd. Egu. Bar. ad l. vlt. ff. de off. eius, Duar. ad d. tit. ff. de Iurisd. cap. 8. & ad d. l. more 5. ad l. solet 16. ff eod. & ad tit. ff. de Iudic. cap. de* Iu*dicibus datis Coras. ad l. legatus 12. num. 3.* ff. *de off. proc. & leg. Cuiac. ad l. cum prætor 12.* ff. *de Iudic. & ad l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. quæst. Pap. Donell. lib. 17. comm. cap.* 23 quia, siue dicamus, iudicis dationẽ esse mixti imperij, vt nos verius esse *sub 5. cap. q. 2. num. 10. & sub cap. 8. q 8. num. 6.* demonstrabimus, siue, vt alij malunt, simplicis iurisdictionis, inde sequitur posse quidem ab eo, cui mandata est iurisdictio fieri, non tamen a iudice dato, quia, non vt ille, ita & hic, aut mixtum imperium habet, aut simplicem iurisdictionem, *vti supra diximus.*

Decimo tertio differunt, quia mandare iurisdictionem, vel non mãdare est in arbitrio magistratus, *l. solet 6. §. sicut* ff. *de off. proc. & leg. & dicemus in 7. cap. quæst. 1. num. 1.* Iudicẽ verò dare cogitur magistratus in ordinarijs iudicijs *l. 2. C. de ped. Iud. & nos latius sub 3. cap. q. 2. num. 6. demonstraturi sumus. Ita Cuiac. in d. l. aliquando 5.* ff. *de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Pap.*

Decimo quarto differunt, quia iurisdictio cuilibet mandari potest arbitrio magistratus, excepto scilicet proconsule, qui eam legato mandare debet *l. obseruare 4. §. vlt.* ff. *de offic. proc. & leg. & dicemus in eodem quarto cap. quæst. 1. numero 1. & 3. & cap. 7. quæst. 1. numero 5. versic. 2.* Iudex verò dari, nisi ex nume-

numero ſelectorum nemo potuit,
vti ſub eod. 7. cap. quaſt. 1. num. 6.
latius oſtendemus.

Decimo quinto differunt, quia
iuriſdictio volenti tantum manda-
ri poteſt, iudex verò etiam inuitus
dari poteſt, *vti plenius oſtendemus*
in eod. 7. cap. quaſt. 1. num. 14. & 17.
15 † *Ita Camill. Plaut. in d. rubr. ff. de*
offic. eius, lib. 1. cap. 5. num. 2. cap. 13.
num. 2. & cap. 14. num. 5. Hinc con-
ſequitur.

Decima ſexta differentia: nam
Iuriſdictio poteſt etiam ijs manda-
ri, qui noſtræ iuriſdictioni ſuppoſi-
ti non ſunt, Iudex verò dari, niſi
ſubditus, cui poſſit imperari, nemo
16 poteſt, † *Ita Camill. Plaut. in d. rub.*
ff. de offic. eius, lib. 1. cap. 14. num. 6.
& 16. & nos latius dicemus in eod.
7. cap. quaſt. 1. num. 26. Et ſimili ra-
tione differunt.

Decimo ſeptimo, quia iuriſdi-
ctio poteſt etiam prætori, aut alij
par, vel maius imperium habenti
demandari, *l. & ſi prator 3. ff. de offi.*
eius. Iudex verò dari, niſi inferior,
cui poſſit imperari, nemo poteſt,
vti dicemus in eod. 7. cap. q. 1. nu. 16.
17 *& 22.* † *Ita Camill. Plaut. d. lib. 1.*
cap. 14. num. 6. Id, quod ex

Decima octaua differentia po-
teſt intelligi: nam per ſuperueniens
in iudicis dati perſonam par, aut
maius imperium ſoluitur datio iu-
dicis in ordinarijs iudicijs, *l. iudi-*
cium ſoluitur 58. ff. de iudic. non
etiam mandata iuriſdictio, *vti dice-*
mus in 10. cap. quaſt. 3. num. 52.

Decimo nono differunt, quia iu-
riſdictio poteſt etiam ab eo manda-
ri, qui eſt extra territorium, vel
prouinciam, vt in territorio, vel
prouincia exerceatur, *l. aliquando*
5. ff. de offi. proc. & leg. At iudex ex-
tra territorium, vel prouinciam da-
18 ri nullo modo poteſt, † *Ita Camill.*
Plaut. d. lib. 1. cap. 14. num. 14. & nos
latius demonſtrabimus in 8. cap. q. 1.
nu. 126. Ratio diuerſitatis eſt, quia,
qui mandat iuriſdictionem, eo ip-
ſo, quod mandat, non dicitur exer-
cere imperium, aut iuriſdictionem,
ſed, vt ita dixerim, contrahere,
quæ res vbique fieri poteſt. At, qui
dat iudicem, imperat, & id agit
propter vim imperij, *l. cum prator*
12. §. item hi, ff. de iudic. quæ res
extra territorium, vel prouinciam
fieri nullo modo poteſt, *l. 1. ff. de*
offic. proconſ. & leg. l. 3. ff. de offic.
19 *praſ. l. vlt. ff. de iuriſd.* † *Ita Ca-*
mill. Plaut. dict. lib. 1. cap. 14. nu-
mero 14.

Vigeſimo differunt, quia in ter-
ritorio, vel prouincia iudex dari
poteſt, & cogi iudicare etiam ex-
tra territorium, vel prouinciam, *l.*
vlt. ff. de offic. praf. vrb. ſecundum
vnum intellectum. At iuriſdictio,
vt extra territorium, vel prouin-
ciam, exerceatur, mandati nullo
modo poteſt, *propter regulam d. l.*
20 *vlt. ff. de iuriſd.* † *Ita Camill. Plaut.*
d. lib. 1. cap. 14. num. 15.

Vigeſimo primo differunt, quia
litigatorium conſenſus non in iu-
riſdictione demandanda, ſed in iu-
dice dando regulariter eſt in ordi-
narijs iudicijs exquirendus, *l. ex*
conſenſu 23. in princ. ff. de appell. l.
ſi in iudicio 80. ff. de iudic. & nos
latius oſtendemus in 7. cap. quaſt.
1. num. 29.

Vigeſimo ſecundo differunt, quia
mandari iuriſdictio, vel vniuerſa
poteſt, vel ad vnam tantum ſpe-
ciem, *l. ſolet 16. l. prator 17. ff. de*
iuriſdict. Iudex verò non niſi ad
vnam litem, & ſpeciem dari po-
teſt, *vt diximus in quaſt. 2. num. 9.*
& dicemus in 7. cap. quaſt. 2. num.
8. Ita Cuiac. ad l. aliquando 5. ff. de
offic. proc. & leg. in 1. lib. quaſt. Pa-
pin. & Andr. Fach. dict. lib. 1. con-
trou. cap. 78.

Vigeſimotertio differunt, quia
magiſtratus ei, cui iuriſdictionem
demandabat, nullam ſolebat formu
lam præſcribere, contra verò iudici
dato formulam præſcribebat, à qua
ne latum quidem vnguem ei rece-
dere licebat, *vt diximus in q.3.nu.*
23.& dicemus in 7.cap.q.3.num.9.
Quamobrem iuriſdictionis manda
tum etiã ſine ſcriptura fieri potuit,
21 iudicis verò datio non potuit, † *vt*
ſcribit, licet alio ſenſu, Camill.Plau.
d.lib.1.cap.14.num.13.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicia hodie ſunt omnia extraordinaria.*
2 *Iuriſdictionem mandare, & dare iudicem hodie non differunt.*
3 *Iuſdicit magiſtratus, cum iudicat extra ordinem.*
4 *Iudex cur iudicando ius nõ dicebat.*
5 *Iudex de facto cognoſcebat, & cur? num. 6.*
7 *Magiſtratus iudicat ſine formula.*
8 *Iuſdicere, & iudicare, quemadmodum hodie differant.*
9 *Iudex hodie datur etiam generaliter.*
10 *Iuriſdictionem mandare, & delegare iuriſdictionem non differunt.*

An hodie differant mandare iuriſdictionem, & delegare iudicem.
Quæſtio Sexta.



SEd hæc in ordinarijs iudi-
cijs, quibus veteres vte-
bantur, vera ſunt. Cœte-
rum in extraordinarijs,
qualia ſunt hodie formulis ſublatis
1 omnia iudicia, † *l.actio.49.ff.de ne-*
got.geſt.§.1.Inſt.de ſucceſſ.ſubl.§.
vlt.Inſt.de interd & ſcribunt Coraſ.
in l.ſolet 6.in princ.nu.6.ff.de offic.
proc.& leg. Decia.in tract.crim.lib.
5.cap.2.num.7. Cuiac.lib.10.obſeru.
cap.20.Vand.lib.1.quæſt.iur.cap.10.
nu.17.Ant.Fab.lib.4.coniect.cap.7.
verius eſt, nihil eſſe inter manda-
re iuriſdictionem, & dare, ſeu dele-
gare iudicem diſcriminis: nam, &
is, cui mandatur iuriſdictio, iudex
delegatus eſt, & contra iudici de-
2 legato mandatur iuriſdictio, † *vti*
probat l.vlt.C.vbi, & apud quem, ſe-
cundum ea, quæ diximus in 2.q.nu.6.
& apertius conſtat ex cap.quærenti
26.cap.ſuper quæſtionum 27.§.por-
ro, & §.ſi verò, cap.ex literis 29.cap.
licet 30.de offic.& pot.iud.deleg.
Et ſanè ſublatis hodie formulis
nõ poteſt iudicandi munus à iuriſ-
dicundi officio ſeparari: nam, quo-
ties magiſtratus extra ordinem co-
gnoſcit, & iudicat, vtique, & iuſdi-
3 cit, † *l.1.in princ.ff.de var.& extr.*
cogn.l.2.§.poſt deinde Diuus, ff.de
orig.iur.§.1.Inſt.de fideicom.hæred.
iuncta l.pecunia 178.§.perſecutionis
ff.de verb.ſign.§.vlt.Inſt.de interd.
& ſcribunt Duar.lib.1.diſp.annu.
cap.53.& ad tit.ff.de iuriſd.cap.1.
Egu.Bar.lib.c.variar.quæſt.fol.40.
Anton.Guib.cap.10.quæſt.iur nu.17.
Iudices enim priuati ideo iudican-
do non dicebantur iuſdicere, quia
cogebantur iudicare ex iure dicto,
& præſcripto à prætore in formula,
4 † *vt declarant Coraſ.ad rubr.ff.de*
iuriſd.num.7. Ant.Gou.ad l.1.nu.3.
ff.de iuriſd. à qua ne latum quidem
vnguem eis recedere licebat, *vti di*
cemus in 7.cap.q.3.nu.9. Itaque ius
dicebatur à prætore, qui formulam
præſcribebat, *vt diximus in 4.quæſt.*
nu.18. non à iudice, qui de ſolo fa-
5 cto cognoſcebat, † *vt ſcribũt Duar.*
d.lib.1.diſp.annu.cap.53.Coraſ.ad d.
rubr.ff.de iuriſd.nu.2.ad l.1.nu.23.
ff.eod.Ranard.lib.1.de præiud.cap.5.
Anton.Gou.ad l.eum qui 13.num.7.
ff.de iuriſd. Ant.Guib. cap.9.quæſt.
iur.numero 15.Anton.Fab.dict.lib.
4.Coniect.cap.7. Andr.Fach.dict.
lib.9.contr.cap.96. Vtrum ſcilicet,

ita

ita ſe res haberet, quomodo fue-
rat propoſita, vt indicabant ipſa
verba formulæ, quæ veluti per mo-
dum cõditionis ita concipiebatur.
Si paret rem Titij eſſe, Si paret Titiũ
dare facere oportere, & modis ſimili-
6 bus, † vt retulimus in 3. quæſt. num.
24. Et in ſpecie declarant Rauard.
cap. 11. Protrib. Bret. cap. 12. & 35.
de ord. iudic. & ideo, ſi conſtabat ita
ſe rem habere, neceſſario debebat
iudex condemnare reum, nec pote-
rat eum abſoluere, dato etiã, quod
id æquitas ſuaderet, quia ita pronũ-
tiare iuſſus erat. l. cum fideicommiſ-
ſum 7. ff. de confeſſ. & ſcribit Anton.
Gou. ad d. l. 1. num. 3. ff. de Iuriſd. Vn-
de Cic. in Diuinat. Iudicium dat ſta-
tim, inquit, ſi pareret, eam ſe, & ſua
veneris eſſe dixiſſe, iudicant recupe-
ratores, id, quod neceſſe erat: neque
enim erat cuipiam dubium, quin illa
dixiſſet, & Verr. 2. ſi verò illud quo-
que accedet, vt prætor in ea verba iu-
dicium det, vt, vel Octauius Balbus
iudex, homo, & iuris, & officij peritiſ-
ſimus non poſsit aliter iudicare: Si iu-
dicium ſit eiuſmodi. L. Octauius iu-
dex eſto. Si paret, fundum Capena-
tem, quo de agitur ex iure Quiritium
P. Seruilij eſſe, neque is fundus Q. Ca-
tulo reſtituetur, non neceſſe erit L.
Octauio iudici cogere P. Seruilium Q.
Catulo fundum reſtituere, aut con-
demnare eum, quem non oporteat? At
verò, cum magiſtratus ipſe extra
ordinem cognoſcit, quia nullã ha-
bet in iudicando formulam præ-
7 ſcriptam, † l. actio. 49. ff. de neg. geſt.
& ſcribit Ant. Fab. d. lib. 4. Coniect.
cap. 7. ſed pronuntiat id, quod ſi-
bi iuſtum videtur, ideo dicitur, &
ius dicere, & iudicare: nam iudican
do ius dicit.

Nec eſt contrarium, quod in l.
quidam 57. ff. de re iud. & in l. vo-
luit 4. §. vlt. ff. de int. act. & ab Ant.
Gou. lib. 1. de Iuriſd. numero 7. & ad
l. 1. numero 2. ff. eod. tanquam di-
uerſa ponantur iuſdicere, & iudi-
care, ſiue ſententiam proferre etiam
in perſona eiuſdem magiſtratus,
quia diſtinguuntur tamquam ge-
nus, & ſpecies: nam, qui iudicat
magiſtratus, vtique, & iuſdicit,
8 ſed non contra, † vt eleganter do-
cet Egu. Bar. lib. 1. varia. quæſt. fol.
43. Ex quo intelligimus hodie,
quia iudicandi munus a priuatis iu-
dicibus omni formularum conce-
ptione ſublata ad magiſtratus ip-
ſos translatum eſt, non poſſe id vl-
lo modo a iuriſdictione ſeparari,
nec quemquam dici poſſe iudica-
re, quin etiam iuſdicat. Quo fit,
vt, ſiue magiſtratus generalem man-
det iuriſdictionem, ſiue vnius cau-
ſæ cognitionem committat, dica-
tur iudicem delegare: nam man-
dando generalem iuriſdidictionem
committit vices ſuas, quæ, quo-
niam hodie conſiſtunt etiam in iu-
dicando, non poteſt non dici com-
mittere iudicandi munus, & con-
ſequenter iudicem delegare. Qua-
mobrem is, cui generalis manda-
tur iuriſdictio dicitur iudex gene-
9 raliter datus † in dict. l. vlt. C. vbi,
& apud quem, & a Longoual. in dict.
l. Imperium 3. numero 29. ff. de Iu-
riſd. Martin. Menter. in dict. rub. ff.
de offic. eius, numero 71. verſic. 7.
Simili quoque ratione, qui dat iu-
dicem in vna cauſa, iuriſdictionem
mandat, non quidem generalem,
ſed in vna tantum ſpecie, quia
committit vices ſuas in iudican-
do de cauſa delegata, quæ res ho-
die nulla formula præſcripta ſine
iuriſdictione fieri nullo modo po-
teſt.

Sanè, quamquam in hoc dican-
tur eſſe pares, quod vtriq; manda-
tur iuriſdictio, vterq; iudex datur,
ſiue cauſarum vniuerſitas, ſiue vna
tãtum cauſa delegetur, verũ tamen,

& illud eſt, ad vniuerſitatem cauſarum delegatum, magis ei cōparari, cui generalis olim iuriſdictio mandabatur, quam iudici ſpeciali, cum alioquin delegatus ad vnã cauſam ferè in omnibus antiquorum iudicũ datorum naturam retinuerit; Quamobrem ille ſuam ſententiam exequitur, hic verò non item, *vti dicemus in* 8.*cap.q.14.nu.*12. *&* 15. ille iudicem in vna cauſa delegare poteſt, hic verò ne vnum quidem cauſæ articulum alteri committere poteſt, *uti dicemus in* 5.*cap.q.4.nu.*6.*&* 54. Hinc fit, vt ſententia exiſtimantium, eis iuriſdictionem dici demandari, quibus cauſarũ vniuerſitas delegatur, iudicem verò dari, cui committitur vna cauſa, quam in ordinarijs iudicijs improbauimus *in* 2. *q. nu.*8.*&* 11. in extraordinarijs nō ſit inepta, quia, licet verè vtrique mandetur iuriſdictio, & vterque iudex detur, is tamen, cui delegatur cauſarũ vniuerſitas magis aſſimilatur ei, cui mandabatur in ordinarijs iuriſdictio, quam pedaneo iudici, contra verò ad vnã cauſam delegatus magis comparatur iudici dato, quã ei, cui iuriſdictio mandabatur.

Ex quibus apparet veterum traditiones, quæ circa demandatæ iuriſdictionis materiam ad ordinaria iudicia, & ad id ius, quod in Pandectis continetur, relatæ, commentitiam, & ab omni veritate alienam, omniumque recentiorum conſenſu merito reprobatam doctrinam nobis præbuerũt, ſi ad extraordinaria, quibus vtimur, referantur nō ſolum probabiles, ſed etiam neceſſarias eſſe, malèque recentiores (quorum alioquin in antiquitatis veſtigijs colligendis labor, & induſtria commendanda eſt) doctrinam ſuam ad id tãtum ius, quod in ordinarijs iudicijs obtinebat retuliſſe; nam, quia multa, quæ traduntur, ex antiquata formularum conceptione pendent, fit, vt, cum hodie ſine formula iudicetur, prorſus remaneant inutilia.

Quæ, cum ita ſunt, apparet nō eſſe difficilem eorum, quæ pro confirmanda cōmuni ſententia retulimus, reſolutionem: Primum enim, quod de vi nominum adduximus, ita eſt accipiendum, vt in ordinarijs quidem iudicijs diſcrimen nō inter dare, mandare, & delegare conſtituatur, ſed inter iuriſdictionem, & iudicem: non enim mandare iuriſdictionem, & iuriſdictionem dare, ſiue delegare differũt,
10 † *vt rectè ſcripſerunt Azo in ſumm.C.de Iuriſd.om. iud. num.* 5. *gl. in l.* 1. §. *qui mandatam, in verb. qui mandatam*, ff. *de off. eius, Paul. Oria. in rub.* ff. *de off. eius, num.*7.*& ibi Iac. de Nigr. nu.*4. *Martin. Monter. nu.*72.*verſ.*4.*Cuiac. ad l. more* 5. ff. *de Iuriſd. Reprobata gl. in l.* 1. §. *qui mandatam, in verb. qui mandatam in* 2. *expoſitione* ff. *de off. eius, Iaſ. in l. vlt. nu.* 2. ff. *eod. Seb. Sap. in d. rub.* ff. *de off. eius num* 1. *& aliorum contra ſentientium opinione*, ſed delegare, ſiue mandare iuriſdictionem, & dare, ſiue delegare iudicem, *vt in ſpecie reſpondet Cam. Plaut. in d. rub.* ff. *de off. eius lib.* 1. *cap.*5.*nu.*5. Quod, vti dixi, verum eſt in ordinarijs iudicijs: nam in extraordinarijs verius eſt, non differre, *ſecundum ea, quæ diximus*. Itaq; quod ait Iſydorus iudicẽ quaſi iuſdicentẽ appellari, ſi ad ordinaria iudicia referatur, perſpicuè falſum eſt; Iudex enim a dicando, non a dicendo iure nuncupatur; Cœterum, ſi ad extraordinaria, (ad quæ illum reſpexiſſe veriſimilius eſt) & iudex quaſi iuſdicens rectè dici poteſt, & qui dat iudicem, iuriſdictionem demandare, ſecundum ea, quæ diximus.

Secundum quoque pari diſtin-

ctione

ctione tollitur: nam in ordinarijs iudicijs, siue in Pandectis non ijdem sunt tituli ad eos, quibus mandatur iurisdictio, & ad iudices delegatos pertinentes: De illis enim agitur in titulo, De officio eius, cui mandata est iurisdictio, de his verò in titulo de Iudicis, At in extraordinarijs verius est, vnum, eundemque titulum esse, qui, De officio, & potestate iudicis delegati solet inscribi.

Tertium pariter, si ad extraordinaria iudicia referatur, verum est, non etiam, si ad ordinaria: nam, etsi vices suas committat prætor qui iurisdictionem demandat, non tamen idem de eo, qui dat iudicem, rectè dicetur: quia partes, & vices prætoris non in iudicando, sed in iuredicundo consistebant; Ideoque dando iudicem non committebat vices suas, sed iniungebat cognoscendi, & iudicandi ex formula præscripta necessitatem.

Quartum similiter in ordinarijs iudicijs nullam habet vim, quia licet is, cui mandata est iurisdictio nõ possit eam alteri demandare, & iudex datus non possit alium dare iudicem, non tamen inde sequitur, nihil inter eos esse discriminis, quia is, cui mandata est iurisdictio iudicem dare potest *l. cũ prætor 12. §. is quoque ff. de Iud. Et in specie respondet Purp. in d. rub. ff. de off. eius, nu. 6. nosque latius in 5. cap. quæst. 3. nu. 10, demonstraturi sumus.*

Quintum deniq; non officit, quia Iustinianus ad sua tẽpora respiciẽs, & ad extraordinaria iudicia, quę sola tunc temporis erant in vsu, magistratus ipsos ferè semper iudices appellat, & eos, quibus mandatur iurisdictio iudices delegatos. Et hæc de primo Capite.

Quo iure mandari possit Iurisdictio. Caput Secundum.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio more mandari potest.*
2 *Magistratus vrbani more creabantur.*
3 *Consules more conuocabant Senatum.*
4 *Prætor absentibus consulibus sustinebat consulare munus more maiorum.*
5 *Magistratus maiores ne in ius vocari possint more factum est.*
6 *Magistratus iure competunt, quæ more competunt.*
7 *Iurisdictio more competit.*
8 *Imperium mixtum more competit.*
9 *Edicta proponuntur more.*
10 *Iusdicitur more.*
11 *Iudices more dantur.*
12 *Multa more dicitur.*
13 *Magistratus habens prehensionem more.*
14 *Iurisdictio mandata transfertur more.*
15 *Magistratus prouinciales non more creabantur, sed lege, vel S.C. vel cõstitutione.*
16 *Magistratus prouinciales extra ordinem creabantur.*
17 *Magistratus creabantur populi suffragijs.*
18 *Magistratus creabantur in comitijs.*
19 *Magistratus populi Romani sortiebantur administrationem, aut vrbanam aut prouincialem.*
20 *Senatus quotannis decernebat, quæ prouincia deberent esse consulares, & quæ prætoriæ.*
21 *Proconsules, & proprætores vnde dicti.*
22 *Auspicia soli magistratus habebant.*
23 *Præsides, & alij prouinciarum rectores a magistratibus distinguuntur, & cur num. 24.*
25 *Magistratus distinguuntur ab ijs, qui extra ordinem ius dicunt.*

26 *Magistratus appellantur hodie etiam prouinciales.*

27 *Prouinciales sortiebātur prouincias.*

28 *Magistratus vrbani more iurisdictionem habebāt, prouinciales lege, vel simili iuris constitutione.*

29 *Declaratur l. & quia 6. ff. de Iurisd. & num. 32. & 36.*

30 *Proconsules dant iudicem lege.*

31 *Præsides ex mandatis principum dicunt mulctam.*

33 *Magistratus prouinciales eandem in prouincijs potestatem habebant, quā vrbani more.*

34 *Magistratus prouinciales propriā Iurisdictionem habent.*

35 *Iurisdictio, quam lex defert, est propria.*

An iurisdictio mandari possit more, an lege. Quæstio Prima.



Ecundum tractationis caput est, Quo iure mandari possit iurisdictio. Constat autem id more maiorum
1 comparatum esse † *l. more 5. ff. de Iu-*
risd. l. 1. §. qui mandatam vers. verius ff. de off. eius, & scribunt Egu. Bar. in d. l. more, & ibi Duar. Anton. Gon. num. 1. & 2. & Cuiac. ff. de Iurisd. Egu Bar. lib. 1. varia quæst. fo. 43. Duar. in Apolog. aduers. Egu. Bar. nu. 7. Cuiac. in l. solet 56. ff. de Iurisd. & quidem sine dubio, si de vrbanis magistratibus loquamur, quippe,
2 qui more non lege creabantur † *vt*
scribūt Carol Sigo. lib. 1. de antiq. iur. ciu. Rom cap. 25. & lib. 3. de ant. iur. prou. cap. 7. Coras. ad l. 2. §. eodē tempore num. 2. ff. de orig. iur. & de prætore dicemus in 8. cap. quæstione 5. Quamobrem omnia ferè illorū iura ex maiorum more descenderunt nam Consules more maiorum con-
3 uocabant Senatū, † *vt scribunt Gell.*
lib. 14. cap. 7. Bern. Vual. lib. 6. Misc. cap. 29. Prætor vrbanus more maiorum sustinebat consulare munus
4 absentibus consulibus, † *vt scribūt*
Paul. Man. de legib. Rom. fo. 48. Cuiac. ad l. 2. §. cumque consules ff. de orig. iur. Bret. de ord. iudic. cap. 8. Vnde Cic. lib. 10. Epist. 12. ad Plancū scribens, *placuit nobis*, inquit, *vt statim ad Cornutum prætorem vrbanum literas deferremus, qui, quod Consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum*. Eodem more maiorum factum est, vt magistratus, qui imperium habent, non possint si-
5 ne fraude in ius vocari † *l. sed & si*
per prætorem 26. §. hac clausula ff. ex quib. caus. maio. vt habeant ea, quæ dicuntur eis competere iure magi-
6 stratus, † *vt scribunt Egu. Bar. ad l. 1.*
in princ. & ibi Coras. nu. 8. & Cuiac. in 6. lib. q. Pap. ff. de off. eius, Duar. ad tit ff. de Iurisd cap. 5 Cuiac. ad l. 1 & ad d. l. more 5. ff. de Iurisd. & ad l. legatus 12. ff. de off. proc. & leg. in 2. lib. Paul. ad edict. Petr Fab. ad l. nemo potest 75. ff. de reg. Iur. vt puta iuris-
7 dictionem † *vt scribunt Egu. Bar. d.*
lib. 1. varia. quæst. fo. 19 & 27. Duar. ad tit. ff. de Iudic. cap. de Iudicibus
8 *datis*, & mixtum imperium † *vt do-*
cēt Duar. ad l. Imperium 3. ff. de Iurisd. Egu. Bar. in d. l. 1. in princ. ff. de off. eius, Itaque more maiorum pro-
9 ponunt edicta † *vt scribit Egu. Bar.*
dict lib. 1. varia. quæst. fo. 45. ius di-
10 cunt † *l. penul. ff de Iust. & Iur. &*
scribunt Coras. ad l. 6. §. qui mandatam num. 5. ff. de off. eius, Hoto lib. 5.
11 *obs. cap. 22.* dant iudices † *l. cum præ-*
tor 12. §. Item hi. ff. de Indic. & latius dicemus in quæst. seq. num. 3. dicunt
12 mulctam, † *vt constat, & Gell. lib. 11.*
cap. 1. & dicemus in 8 cap. quæst. 16.
13 præhensionem habent † *vt scribit*
Gell. lib. 13. cap. 12. vt proinde non immeritò dicamus, eodem more iurisdictionem suam in alium trans-
14 ferre † *l. 1. §. qui mandatam, vers. ve-*
rius ff. de off. eius, & ibi Egu. Bar. & Cuiac.

Cuiac. in 1. lib. quæst. Pap. Hoto lib. 3.
obs. cap. 4. Quamobrem in l. solet 16.
ff. de Iurisd. Vlpianus, solet prætor,
inquit, iurisdictionem mandare, so-
let, enim, ideo dixit, quia moris hoc
est, & consuetudinis, non legis. Nec
est contrarium, quod vrbanorũ ma-
gistratuũ potestas videatur legibus
antiquis definita, vti constare vide-
tur ex lib. 3. Cic. de legibus quia ve-
rius est, Imo fuisse constitutam ma-
iorũ more, & leges illas fuisse a Cic.
confictas ad exemplum eius, quod
more seruabatur, vt idem lib. 2. de
legibus profitetur his verbis, Ergo
adeo expectatæ leges, quæ genus illud
optimum reip. contineant, &, si quæ
forte a me hodie rogabuntur, quæ non
sint in nostra rep. nec fuerint, tamen
erant ferè in more maiorum, qui tum,
vt lex valebat;

De potestatibus verò, qui pro-
uincias administrabãt, idest, de pro-
consulibus, & proprætoribus, siue
præsidibus, num & ipsi iurisdictio-
nis mandandæ facultatem haberent
ex maiorum more, dubitari potest,
ideo, quia non more creabantur, sed
lege, vel S. C. vel rescripto princi-
15 pis, † vt scribunt Alex. ab Alex. lib.
2. Genial. dier. cap. 27. Carol. Sigo. lib.
1. de antiq. iur. ciu. Rom. cap. 21.
Eduar. aduers. Gou. lib. 2. fo. 42. Petr.
Fab. in l. nemo potest 71. ff. de reg. iur.
Vnde Cic. lib. 1. Epist. 9. Appius in
sermonibus antea dictitabat, inquit,
se, quoniam ex S. C. prouinciam habe-
ret, lege Cornelia imperium habitu-
rum, quoad in vrbem introisset, Vo-
piscus in Probo, Accepto igitur hoc
S. C. permisit patribus, vt ex magno-
rum iudicum appellationibus ipsi co-
gnoscerent, proconsules crearent, lega-
tos consulibus darent, ius prætorium
præsidibus darent; Quamobrem di-
cebantur creari extra ordinem, &
extraordinariã habere potestatem
16 † vt scribunt Carol. Sigo. lib. 2. de an-
tiq. iur. prou. cap. 1. Egu. Bar. d. lib. 1.
varia. quæst. fol. 25. Coras. ad rub. ff.
de off. proc. & leg. num. 8. Ant. Gou. ad
ad l. cum qui. 13. num. 9. ff. de Iurisd.
Vnde Cic. libro 5. Epist. ad Attic.
Epist. 9. de suo procõsulatu loquẽs.
faciam, inquit, vt summa modestia,
& summa abstinentia munus hoc ex-
traordinarium traducamus, & Phi-
lipp. 2. At enim C. Cæsari adolescenti
imperium extraordinarium mea sen-
tentia dedi. Et hoc ideo, quia ma-
gistratuum creãdorum ordo is erat
17 vt populi suffragijs, † l. vn. ff. de
off. quæst. Fenest. de magistr. cap. 7. Ca-
rol. Sigon. lib. 2. de antiq. iur. ciu. Rom.
cap. 18. Ant Guib. cap. 10. quæst. iur.
num. 16. Ant. Gou. lib. 2. de Iurisd. nu.
56. & in comitijs creatio fieret so-
lemnibus auspicijs, & sacrificijs in-
18 teruenientibus, † vt scribunt Aul.
Gell. lib. 13. cap. 14. Fenest. de magist.
in princ. & cap. 7. Pomp. Lat. de ma-
gistr. cap. de consulibus Carol. Sigo. lib.
3. de antiq. iur. prou. cap. 7. Hoto. lib. 5.
obser. cap. 11. & lib. 6. cap. 11. & ita
creati magistratus, puta Consules,
Prætores, Quæstores, vrbanam,
vel prouincialem administrationem
19 sortirentur, † d. l. vn. ff. de off. quæst.
Auth. de Consul. in prin. coll. 4. & scri-
bunt Fenest. de magistr. cap. 3. Pomp.
Lat. de magistr. cap. de quæstoribus
Alex. ab Alex. lib. 6. Genial. dier. cap.
3. Carol. Sigo. lib. 2. de antiq. iur. prou.
cap. 1. & 3. & lib. 1. de Iudic. cap. 7.
Paul. Manu. de leg. Rom. fo. 89. Tiraq.
de Iure primog. quæst. 17. num. 43. 45.
& 46. Egu. Bar. d. lib. 1. varia. quæst.
fo. 35. Anton. Guib. cap. 10. quæst. iur.
nu. 16. & cap. 11. nu. 3. Cuiac. in l. 2.
§. capta deinde ff. de orig. iur. Vnde
Cic. Verr. 3. nam, vt prætor factus
est, sortem nactus est vrbana prouin-
cia, & Verr. 4. qui simul, atque ei sor-
te prouincia Silicia obuenit. Et ad
Attic. lib. 1. Epist. 10. Prouincias præ-
tores nondum sortiti sunt, & Epist. 16.
Sena-

Senatus decreuit, vt Consules duas Gallias sortirentur, Et Epist. 16. *Asiā Quinto suauissimo fratri obtigisse audisti*. Et ad Q. fratrem Epist. 1. *Quæstorem habes non tuo indicio delectū, sed eum quem sors dedit*, & alio loco eiusdem Epist. *Quid si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset?* & circa finem, *Et, quoniam mihi casus vrbanam in magistratibus administrationem reip. tibi prouincialem dedit*. quæ sortitio fiebat ex decreto Senatus, quippe, qui quotannis decernebat ex lege Sempronia, quæ prouinciæ consulares esse deberent, quæq; prætoriæ, easq; deinde Consules, & pretores a populo creati sor
30 tiebantur, † *vt scribunt Carol. Sigo. d. lib. 2. De Antiq. iur. prou. cap. 1. et Paulus Manut. de legib. Rom. fo. 79. & 85.* Vnde Cic. pro domo sua, *Tu prouincias, quas C. Gracchus non modo non abstulit a Senatu, sed etiam, vt necesse esset, quotannis constitui per Senatum, lege sanxit, eas lege Sempronia per Senatum decretas rescidisti, extra ordinem sine sorte nominatim dedisti consulibus*. Cæterum, cum priuatus aliquis, idest is, qui Romæ nullum gerebat magistratum, aut etiam consul, prætorvè finito magistratu mittendus erat in prouinciam, aut in ea retinendus, solebat ei, vel lege, vel S.C. demandari potestas extraordinaria, idest solebat committi, vt, licet magistratus non esset, eius tamē loco prouinciā administraret. Quāobrem non consul dicebatur, sed proconsul, non prætor, sed proprætor, quia loco Consulis, aut pretoris administrationem prouincialem ob
31 tinebat, † *vti docent Fenest. de magis. c. 11. Pomp. Lat. de magistr. c. de proconsul. Alex. ab Alex. lib. 2. Gen. dier. cap. 27. Carol. Sigo. lib. 1. de antiq. iur. ciu. Rom. cap. 21. & lib. 2. de antiq. iur. prou. cap. 1. Duar. ad ti. ff. de off. proc. & leg. cap. 1. Coras. ad rub. ff. eod. nu. 1. Foreat. in Necyo. Dial. 60. num. 2. Bret. de ord. iud. cap. 10.* Vnde Cic. lib. 2. De diuinat. *Bellicam rem*, inquit, *administrari maiores nostri, nisi auspicato noluerunt, quam multi sunt anni, cum bella a proprætoribus, & proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent:* auspicia enim soli
32 magistratus habebant, † *vt docent Gell. lib. 13. cap. 14. Fenest. de magist. in prin. Alex. ab Alex. d. li. 7. Gen. dier. cap. 27.* Nec alia ratione factum est, vt in toto iure nostro prouinciarum rectores a magistratibus distinguan
33 tur, † *vt in l. eum qui. 13. ff. de iurisd. l. 3. §. vlt. ff. ad l. Iul. maiest. l. 1. §. 1. ff. quod quisque iur. l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb. signi. l. voluit. 4. §. vlt. ff. de Inst. actio. l. 1. §. sed & in eum. ff. de seru. fug. l. 3. §. vlt. ff. quod met. caus. l. 3. §. 1. ff. de reb. cor. l. 3. §. vlt. ff. de arbitr.* quam, quia non erant magistratus, idest consules, aut prætores, sed eorum loco prouincias administrabāt,
34 † *vt explicant Alex. ab Alex. lib. 1. Gen. dier. c. 22. et lib. 2. cap. 27. Coras. ad rub. ff. de off. proc. & leg. nu. 7. Ant. Gou. lib. 2. de Iurisd. nu. 42. & ad l. more. 5. nu. 2. & 8. ff. eod. Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur. Hoto. lib. 6. obs. cap. 23.* magistratus enim illi tantum dicebantur, qui ex ordine, idest, in comitijs seruato more maiorum creabantur, & ideo, quicunq; extra ordinem iurisdictionē exercebant etiam in vrbe, vt Annonæ, & vigilum præfecti distinguun
35 tur a magistratibus † *in l. 2. §. quoties autem ff. de reg. iur. l. si in aliquam. 7. §. vlt. ff. de off. proc. & leg. & scribunt Coras. ad l. 2. §. eodem tempore nu. 2. ff. de orig. iur. ad rub. ff. de off. proc. & leg. nu. 8. & ad l. si in aliquam. 7. §. fi. nu. 3. ff. eo. Ant. Gou. in d. l. eum qui. 13. nu. 1. & 9. ff. de Iurisd. Cuiac. in parat. ff. de off. præf. vrb. Vand. lib. 1. quæst. iuris cap. 22. nu. 5.* Vnde Gell. lib. 14. cap. 7. *Deinde*, inquit, *extraor*

dina-

dinario iure Tribunos quoque milita-
res,qui proconsulibus fuißent. Quã-
quam postea inualuerit, vt etiã pro-
uinciales magistratus nuncuparen-
26 tur, † *vti videre est in l.2.ff.de in ius*
voc. & magistratuum exemplo sor-
27 tirentur,& ipsi prouincias † *l. eman-*
cipari.36.§.1.ff.de adopt.& scribunt
Feuest.de Magistr.cap.11. Alcia.lib.
5.Parerg.c.22.Tiraq.de iure primog.
q.17.n.44.Egu.Bar.ad rub. ff. de off.
proc. & leg. Vnde Cæsar de bell. ci-
uil.lib.1. *Prouincia priuatis decernũ*
tur,duæ consulares,reliqua prætoria,
Scipioni obuenit Syria , L. Domitio
Gallia,Philippus,& Marcellus priua
to consilio prætereuntur , neq; eorum
sortes deijciuntur.

Ex his intelligimus vrbanos, qui
propriè magistratus erant, à prouin
cialibus in eo distingui consueuisse,
quod illi iurisdictionem, & imperiũ
habebant more *l. pen. ff. de iust. &*
iur. l. cum prætor 12.§. Item hi. ff. de
*Iudic.*hi verò lege. vel S.C.vel con-
28 stitutione,† *l.vn. ff.de off. præf.aug.*
Et scribunt Duar.ad tit.ff. de iurisd.
cap.7.& ad l. Imperium.3. ff. eod. &
ad tit. ff.de iudic.cap.de Iudicibus da
tis Egu.Bar.in d.lib.1.Varia. q.f.36.
Eduar.adu.Gou.lib. 2.fo.42. Pet.Fab.
ad l.nemo potest 71. ff.de reg.iur. Do-
nell.lib.17.comm. c. 8. Vnde infertur
illa Pauli *in l.& quia 6. ff. de iurisd.*
29 verba.† *Nec ipsa lex defert*,non esse
de magistratibus vrbanis,sed de pro
cõsulibus accipienda, quoniã vrba-
nis non lex defert iurisdictionem,
sed mos maiorum.Hinc etiam infer
tur ea,quæ vrbani faciũt more,pro-
uinciales facere lege, vel S. C., vel
constitutione; nam iudicem dant le
30 ge proconsules † *l.cum prætor 12.§.*
lege ff. de Iudic. & dicemus in q.seq.
*nu.*2.& præsides dicunt mulctam ex
31 mandato principis † *l. aliud.131. §.*
vlt.ff.de verb.sign. & scribunt Egu.
Bar.d.lib.1.Varia.quæst.fo.36.Briss.
lib.3.Select. antiq.cap.4. Deniq; in-
fertur iurisdictionem , quam vrbani
mandabant more,prouinciales non
nisi lege, vel simili iuris constitutio-
ne demandare potuisse:nec enim id
poterant facere more, quippe, quo
iurisdictionem non habebant. Quo
fit, vt iurisdictionem lege confirma
32 tam † *in l.& quia 6.ff. de iurisd.* eam
intelligere debeamus, quam prouin
cialis , idest proconsul , non etiam,
quam Vrbanus demandauit:nam Iu
risdictionem ab vrbano magistratu
demandatam non lex, sed mos ma-
iorum confirmat, *vti latius in 10.c.*
q.2.nu.5.demonstraturi sumus.

Sane,quamquam prouincialibus
daretur iurisdictio lege,vel S.C. vel
constitutione, dabatur tamen ad si-
militudinem vrbanorum magistra-
tuum,& cum eo iure,ijsq; qualitati-
bus, quibus censebatur vrbanorum
iurisdictio;nam eo ipso,quod consu
lis , aut prætoris loco mittebatur
quis in prouinciam,per consequen-
tias dabatur ei iurisdictio , & pote-
stas eadem , quam ipse consul, aut
prætor, aut alius vrbanus magistra-
33 tus more maiorem habuisset † *l.si in*
aliquam.7.§.vlt.ff.de off.proc. & leg.
l.de omnibus 10.cum l. seq. ff. de off.
præf.& eleganter explicant Duar. ad
tit.ff.de Iurisd.cap.7.& ad l.Imperiũ
3. ff.eo. & ad tit.ff.de iudic.cap.de Iu
dice,& cap.de Iudicib.datis,Eduard.
adu.Gou.lib.2.fo.42.Petr. Fab.in d.
l.nemo potest 71.ff.de reg.iur. Itaque
quemadmodum consul , aut prætor
iurisdictionem habebat propriam,
& iure suo,siue iure magistratus, ita
34 etiam prouincialis † *l. cognitio 4. in*
prin. vers. cũ propriam ff.de off.eius;
& scribunt Feuest.de magist. cap.11.
Carol.Sigo.lib. 3.de ant.iur.prou.c.7.
propria enim est iurisdictio etiam
35 quã lex defert,† *l.& quia 6. ff.de Iu-*
risd.et scribunt Camill.Plaut.ad rub.
ff.de off.eius lib.1.cap.5.n.4.& c.10.
nu.3.

num. 3. Egu. Bar. d lib. 1. varia. quæst. fo. 42. Nec in alio distinguuntur, quam, quod ille principaliter habebat iurisdictionem, quia magistratus erat, hic verò non principaliter, sed per cõsequentias, *vt scribit Pet. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de reg. Iur.* quia licet magistratus non esset, eo tamẽ ipso, quod erat pro magistratu, idest consulis, aut prætoris loco prouinciã administabat, eandem debebat habere iurisdictionẽ, & potestatẽ, quã habuisset magistratus. Qua ratione distinguitur iurisdictio, quæ principaliter datur, ab
36 ea, quæ lege defertur † *in l. & quia 6. ff. de Iurisd.* nam principaliter datur vrbanis, lege verò prouincialibus, *vt eleganter explicat Cuiac. ad l. more 5. ff. de Iurisd. & ad l. & quia 6. ff. eod. in 2. lib. Paul. ad Edict.* Potest igitur hoc respectu iurisdictio cum imperio, & mandandi potestate dici prouincialibus data more, non quidem principaliter, sed per consequentias vrbanorũ magistratuum, quibus hand dubiè more cõpetebat, & hoc sẽsu procedet, quod *ab Anton. Gou. lib. 2. de Iurisd. num. 33. & 36.* scriptum est, Iurisdictionem etiam a prouinciali mandari more.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis datio in ordinarijs iudicijs fit lege, vel S.C. vel constitutione.*
2 *Magistratus prouinciales dabant iudicem lege, vel S. C. vel constitutione.*
3 *Magistratus vrbani iudicem dabant more.*
4 *Index lege confirmatus quis dicatur.*
5 *Delegatio iudicis quo iure fiat in iudicis extraordinarijs, & nu. 6.*

An iudicis datio fiat lege, vel more.
Quęstio Secunda.



Vdicis autem datlo, quo Iure fieri posset in ordinarijs indicijsq́, si quæramus constat a Paulo *in l. cũ prætor 12. §. 1. ff. de Iudic.* dici fieri lege, vel S. C. vel constitutionem nam, *Iudicem dare possunt*, inquit, *quibus hoc lege, vel constitutione, vel S. C. cõceditur*, †
2 *Quod etiã simpliciter tradunt Coras. in l. eum qui 13. num. 2. ff. Iurisd. Hoto lib. 3. obs. cap. 4.* Sed hoc de prouincialibus accipiendum est,
3 † *vt scribunt Vac. a Vac. lib. 6. declar. 84. num. 4. Duar. ad l. Imperium 3. ff. de Iurisd. & ad tit. ff. de Iudic. cap. de Iudicibus datis, Brisso. lib. 5. de formul. fo. 465. Ant. Gou. lib. 2. de Iurisd. num. 36. ad l. 1. num. 12. & 22. ad l. more 5. num. 2. ad l. iubere 4. num. 21. & ad l. eum qui 13. num. 2. ff. eodem Cuiac. ad l. eum qui 13. ff. de Iurisd. ad l. legatus 12. ff. de off. proc. & leg. in 2. lib. Paul. ad Edict. ad l. cũ prætor 12. ff. de Iudic. & ad eand. l. in 17. lib. Paul. ad Edict. ad l. 5. ff. de off. eius, in 1. lib. quæst. Papin. ad l. & quia 6. ff. de Iurisd. in 2. lib. eiusdem Paul. ad Edict. Bret. de ord. Iudic. cap. 52. Pet. Fab. ad l. nemo potest 71. ff. de reg. Iur.* quippe, qui lege, vel simili iuris cõstitutione, non more creabantur, *vti diximus in quæst. præced. num. 15.* Quamobrem Paulus *in d. l. cum prætor 12. §. lege ff. de Iudic.* subijcit, *lege, sicut Proconsul*, scilicet, quia, qua lege proconsulatus ei mandabatur, eadem quoque iudicis dandi, & omnia faciendi, quæ spectant ad officium iusdicentis, potestas tribuebatur, *vt scribit Edward. adu. Gou. lib. 2. fo. 42.* Quinimo lege quoque dabatur iudex a legato proconsulis, si pletisque credimus; Sed est verius, hanc eum potestatem ex vi mandatę iurisdictionis, non beneficio legis habuisse

habuisse, *uti latius in 5. cap. quæst. 3. num. 27. ostendemus*.

Vrbanos autem magistratus, non lege, vel constitutione simili, sed more maiorum, & propter vim imperij iudices dare potuisse certum
3 est, † *ex d. l. cum prætor 12. §. Item hi. ff. de iudic. & scribunt Vaco. à Vacu. d. lib. 6. decl. 84. num. 4. Duar. ad d. tit. ff. de iudi. cap. de Iudicibus datis, Brisso. lib. 5. de formul. fol. 465. Ant. Gou. lib. 2. de iurisd. nu. 37. & ad l. 1. num. 21. ad l. eum qui 13. num. 1. ff. eod. Cuiac. ad l. more 5. ad l. eum qui 13. ff. de iurisd. ad l. 1. ff. de offi. eius. in e. lib. quæst. Papi. ad d. l. legatus 12. ff. de offi. proc. & leg. in 2. lib. Paul. ad Edi. ad l. cum prætor 12. ff. de iud. & ad eand. l. in 17. lib. Paul. ad Edict. Hoto. lib. 4. obs. cap. 22. Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur. Bret. d. cap. 12. de ord. iudic.* Quamobrem
4 iudicem lege confirmatũ, † *in l. pen. ff. de iud. & apud Harmen. lib. 1. Iuris Epit. tit. 4.* accipere debemus eũ, quem dedit proconsul, *reiecta Hoto. lib. 6. obs. cap. 23 interpretatione*; nam ab vrbano magistratu datum nõ lex, sed mos maiorũ confirmat.

In extraordinarijs verò iudicijs, si quæramus, quo iure fiat delegatio, censent plerique fieri lege, vel
5 S.C. vel constitutione, † *ut Alex. in l. à Iudice 5. nu. 9. C. de iudic. Dec. in l. more 5. nu. 2. ff. de iurisd. Seb. Sap. in l. fin. nu. 2. ff. de offic. eius. Vaco. à Vacu. d. lib. 6. decl. 84. num. 4. & 9. in fin. Io. Gill. lib. 2. de iuris. & imp. cap. 22. num. 1. Andr. Fach. lib. 1. controu.*
6 *cap. 45.* Sed est verius fieri more, † *ut scribũt Bar. in d. l. more 5. in prin. & ibi Caecialup. num. 1. ff. de iurisd.* nam, cum iudici delegato mandetur iurisdictio, *ut diximus in 1. cap. quæst. 6. nu. 2.* consequens est, vt delegatio fiat eo iure, quo diximus iurisdictionem solere demãdari. Nec est contraria, *l. cum prætor 12. §. 1. ff. de iudic.* quam perperam alij in contrarium adducunt, quia ex ijs, quę diximus, constat, eam esse accipiendam de datione iudicis, quæ fiebat in ordinarijs iudicijs, cum alioquin nos loquamur de ea, quæ fit in extraordinarijs, quarum dationũ longe diuersa est ratio; nam, quæ fiebat in ordinarijs, est imperij, quę verò in extraordinarijs, neque imperij, neque iurisdictionis, sed simplicis facultatis à iurisdictionis proprietate prouenientis, quæ exemplo potestatis iurisdictionis mandandæ more competit, *uti latè ostendemus in 5. cap. quæst. 4. nu. 47.* Et hæc de Secundo Capite.

Quibus ex causis iurisdictio mandari possit.
Caput Tertium.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio mandari potest ob susceptã ante magistratum aduocationem.*
2 *Nemo potest in eadem causa fungi officio iudicis, & aduocati.*
3 *Iurisdictio mandari potest, si magistratus iustam in itinere patiatur moram.*
4 *Iurisdictio mandari potest, cum magistratus incipit abesse.*
5 *Iurisdictio mandari potest propter morbum.*
6 *Iurisdictio mandari potest etiam sine causa.*
7 *Declaratur l. prætor 17. ff. de iurisd.*

Quæ fuerint in ordinarijs iudicijs iustæ mandandæ iurisdictionis causæ.
Quæstio Prima.


Ertium tractationis caput est, Quibus ex causis iurisdictio mandari possit. Constat autem in ordinarijs iudicijs eãdem esse iurisdictionis mandandæ, quæ, & procurato-

ris

ris constituendi, causam: nã, quemadmodum procuratores ideo constituuntur, quia domini plerumque rebus suis adesse, vel nolunt, vel nõ possunt, *l.1.ff.de procur.* Vnde Cic. pro Sex. Rosc. Amer. *Quibus in reb. ipsi interesse non possumus*, inquit, *in his opera nostra vicaria fides amicorum supponitur*, ita, & iurisdictio demandari solet ab ijs magistratibus, qui per se, vel nolunt, vel non possunt iusdicere: Vt autem non possint, varijs ex causis fieri solet.

Primum enim, si ante adeptum magistratum alterius partis aduocationẽ susceperit is, qui iurisdictioni præest, iustam habere dicitur man-
1 dandæ iurisdictionis causam, † *l.prætor 17.ff.de iuris. & ibi tradũt Egu. Bar. Coras. nu.2. Ant. Gon. nu.1. Cuia. ad l. more 5. & ad l. solet 16. ff. eod. & ad l. aliquando 5. ff. de offic. proc. & leg. in 1. lib. quæst. Papin. & nos latius in q.3. nu.8. dicemus*, ideo, quia nemo potest in eadem causa magi-
2 stratus, & aduocati officio fungi, † *l. quisquis 6. C. de postul. l. vlt. C. de assess.*

Secundo, si magistratus, veluti proconsul nondum venerit in prouinciam, & in itinere iustam patiatur moram, potest, quasi ex legitima causa, legatum suum præmittere, & ei iurisdictionem demandare,
3 † *l. aliquando 5. ff. de offic. procon. & leg. & ibi tradunt Coras. nu.1. & Cuiac. in 1. lib. quæst. Papin. Coras. in l. obseruare 4. §. vlt. nu.4. ff. eod.*

Tertio, si magistratus posteaquã venit in prouinciam, aut in vrbe iurisdictionem exercere cœpit, iustam habeat profectionis causam, iurisdi-
4 ctionem mãdare potest, † *vt scribit Ant. Gon. in d. l. solet 16. nu.3. ff. de iurisd.* adeo, vt etiam ea, quæ regulariter mandari nequeunt, puta, quæ sunt meri imperij, possint à profecturo demandari, *l.1. in prin. vers. huius, ff. de offic. eius, & nos latius dicemus in 8. cap. q.2. nu.128. & 136.*

Quarto, simili ratione si magistratus propter morbum superuenientem non possit iuri dicundo superesse, nemo negauerit, iustam subesse iurisdictionis mãdandæ causam,
5 † *vt scribit Ant. Gon in d. l. solet 16. num.3. ff. de iurisd. Qua de re latius dicemus in 8. cap. quæst.2. num.137.*

Planè, & si nulla subsit causa, certum tamẽ est, in ordinarijs iudicijs
6 mandari posse iurisdictionem, † *vt scribunt Iac. de Nig. in l.1. in princ. num.80. ff. de offic. eius, Longon. in l. Imperium 3. nu.34. ff. de iuris: Coras. in l. prætor 17. num.1. ff. de iurisd. &* probat illa dictio, maximè *in l. præ-*
7 *tor 17. ff. de iurisd.* nam, † cum sit implicatiua, significat iurisdictionem à prætore mandari posse, etiam sine causa, sed maximè si causa subsit, *vt ibidem eleganter animaduerterũt Dec. num.2. & Coras. num.1.*

S V M M A R I V M.

1 *Magistratus ordinario iure non poterant iudicare de causis priuatis.*
2 *Declaratur l.2. C de ped. iud.*
3 *Ordinaria iudicia quæ.*
4 *Prætor iudicabat de quibusdam causis fauorabilibus.*
5 *Prætoris cognitio erat extraordinaria.*
6 *Cognitio prætoria, siue extraordinaria distinguitur ab actione, & cur, num. 7.*
8 *Cognitionum extraordinariarum genera quot.*
9 *Præsides cognoscebant de muneribus, & honoribus obeundis.*
10 *Præsides cognoscebant de criminibus.*
11 *Fideicommissorum cognitio quorum esset.*
12 *Fideicommissarum persecutio extraordinaria.*
13 *Prætor de in integrum restitutione minorum cognoscebat.*
14 *Restitutionis in integrum remedium extraordinarium.*

15 Stu-

15 Studiorum iudicium extraordinarium.
16 Pratores, & Prasides cognoscebant de transactione alimentorum.
17 Pratores, & Prasides cognoscebant de mercedibus, & salarys
18 Magistratus cognoscebant de causis appellationum.
19 Magistratus cognoscebant de quastionibus emergentibus in executione sententia.
20 Magistratus cognoscebant de varÿs damnis.
21 Magistratus cognoscebant de suspecto.
22 Prasides cognoscebant de causa status.
23 Prator cognoscebat de patria potestate.
24 Magistratus quando posset pro arbitrio iudicare, vel dare iudicem.
25 Causarum genera tria proponuntur, & explicantur.

De quibus causis magistratus olim iudicare solerent.
Quæstio secunda.


IVdicum autem datio nullam in ordinarijs iudicijs causam exigebat: nam ipsemet iudiciorum ordo dandi iudicis necessitatẽ, imponebat magistratibus, quippe, qui non poterant de ciuilibus priuatorum
1 causis cognoscere, & iudicare, † *vt scribunt Ant. Gou. in d l. eum, qui. 13. nu. 6.* ff. de Iurisd. *Cuiac. in l. vestis appellatione. 127.* ff. *de verb. sign. & est de mente ferè omnium, quos retulimus in 1. c. q. 3. num. 22.* Nec enim in hoc veram arbitramur sententiã *Egu. Bar. lib. 1. varia. quast. fo. 43. Eduard. aduer. Gouea. lib. 2. fo. 47. Donell. lib. 17. comm. cap. 6. 7. & 21. & aliorum* existimantium iudicis dationem in arbitrio fuisse magistratus, quasi posset, vel ipse cognoscere, & iudicare, vel dare iudices, *vt fit in specie l sape. 8. & l. generaliter. 9.* ff. *de off. prasid.* quia verius est imo iudicare non potuisse, vti probant *in l. 2. C. de ped. iudic.* illa verba. *Quod ipsi non possent cogno-*
2 *scere,* quæ † non sunt de facti impedimento accipienda, *Quomodo putat ibi glo. in verb. cognoscere, & ex eius sententia Donell. d. lib. 17. cõm. cap. 21.* Sed de impedimento iuris, vt perspicuè ostendunt illa verba sequentia, *Et de ingenuitate, super qua poterant etiam ante cognoscere.* Et sanè cum ordinaria dicerentur iudicia, in quibus formularum con
3 ceptiones obseruabantur † *l. actio. 49.* ff. *de neg gest.* idest, in quibus prętor dabat iudicem cum formula, *vt scribunt Cuiac. in d. l. vestis. 127.* ff. *de verb. sig. Brisso. lib. 4 Select. antiq. cap. 2. Hoto lib. 9. obs. cap. 6. Vand. d. lib. 1. quast. Iuris cap. 10. nu. 9. Bret. cap. 47. de ord. Iudic. Ant. Fab. lib. 4. coniect. c. 7.* consequens videtur, vt magistratus non potuerit arbitrio suo rei priuatæ cognitionem, & iudicationem suscipere, ne iudiciorum ordinem mutare videretur, quod ei facere non fuit permissum.
Nec est contrarius Cic. locus lib. 3. De legibus, vbi *Iuris disceptator* inquit, *qui priuata iudicet, iudicariuè iubeat, prator esto*: quia præter id, quod legum verba videntur ab ipso Cic. conficta, *vt animaduertit Duar. lib. 1. disp. ann. cap. 53. & latius probat in Apolog. nu. 3. Nosq; diximus in 2. c. q. 1. nu. 14.* facilè quoque locus euitari potest, si dicamus iudicare consueuisse prætorem, sed de quibusdam tantum causis fauo
4 rabilibus, † *vt scribunt Duar. d. lib. lib. 1. disp. ann. c. 53. & in d. Apolog. nu. 1. Coras. ad l. 1. nu. 3. & 22.* ff. *de Iurisd. Ant. Guib. c. 9. q. iur. num. 8. Men. lib. 1. de arbitr iud. q. 21. nu. 11. & 13. Cuiac. in d. l. vestis 127.* ff. *de verb.*

verb. signi. Vaud. d. lib. 1. quaest. iur. cap. 10. nu. 9. & lib. 2. cap. 35. nu. 16. Ant. Fab. d. lib. 4. coniect. cap. 7. Quo
casu, quia non dabat iudicem neq;
actionem, siue formulam, dicebatur
cognoscere, & iudicare extra or-
5 dinē, † *vt scribunt Duar. ad tit. ff. de Iurisd. c. 2. et in d. Apolog. nu. 6. et ad tit. ff. de Iudic. in prin. Ant. Gou. in d. l. eũ qui. 13. n. 6. ff. de Iurisd. Men. d. li. 1. de arb. q. 2. n. 11. Cuiac. lib. 9. obs. c. 23. Petr. Fab. in l. nemo potest 71. ff. de reg. iur. Brisso. d. li. 4. Select. antiq. cap. 2. Donell. lib. 17. comm. cap. 22. Bret. de ord. iud. c. 12. & 47. Vaud. d. lib. 1. q. iur. c. 10. num. 9. Ant. Fab. d. lib. 4. con. c. 7.* ipsaeque cognitiones
extraordinariae *l. 1. & tot. tit. ff. de var. & extraord. cogn.* & extraordi-
nariae actiones *l. creditor 54. §. inter venditorem ff. de act. empt. tit. ff. de interd. seu extr. action. qua pro his comp. & scribit Bern. Vual. lib. 1. miscell. c. 31.* siue persecutiones *l. pecunia 178. §. persecutionis ff. de verb. signi.* extraordinariaq; iudicia *l. actio 49. ff. de neg gest. l. cum filiusf. 17. ff. si cert. pet. §. vlt. inst. de interd. §. 1. inst. de succ. sublat.* Nec alia ratione
distinguitur actio a cognitione prae
6 toria † *in l. quod si minor. 25. §. vlt. ff. de minor. l. 1. §. 1. ff. de rei vend.* &
ab eo, quod fit extra ordinem *in l. si quis sepulchrum 12. in prin. l. & si quis. 14. §. si cui funeris ff. de relig. & sumpt fun. l. 1. §. est autem nobis in fin. ff. de exercit. l. qui mutuam. 56. §. salarium ff. mand.* a quo pariter di-
stinguitur notio iudicis *in l. vlt. §. vlt. ff. quod met. caus.* quam, quia prę
tor cognoscendo non dabat actio-
7 nem, sed sine formula iudicabat †
vt declarat Ant. Fab. d. libr. 4. coni. cap. 7.

Omniũ autem extraordinariarũ
cognitionum quatuor quidem di-
8 cuntur esse genera † *in l. cognitionũ, 5. in prin. ff de var. & extr. cogn. & a Cuiac. in d. l. vestis 127. ff. de ver. sign.* aut enim de muneribus, & ho-
noribus extraordinem cognoscebant
magistratus, aut de re pecuniaria,
aut de fama, & existimatione alicu
ius, aut deniq; de crimine capitali.
Sed ex his duo tantum videntur
ad propositam quaestionem perti-
nere; nam, etsi magistratus extra
ordinem cognoscerent de muneri-
9 bus, & honoribus obeundis, † *l. de iure 37. in prin. ff. Ad municip.* nec
10 non & de criminibus capitalibus †
l. 1. §. 1. ff. de poen. & dicemus in 8. cap. q. 2. non tamen huiusmodi co-
gnitiones erant de rebus, & causis
priuatis, de quibus nos in praesenti
loquimur, dum quaerimus, an ma-
gistratus de ciuilibus priuatorum
causis iudicare potuerint. Itaque
non pertinent hae cognitiones ad
quaestionem propositam, sed illae
tantum, quae sunt de re pecuniaria,
& de existimatione. Cognoscebãt
igitur magistratus de re pecuniaria
in certis casibus, &

Primo in fideicommissis, quorũ
cognitio Romae consulum erat, aut
eius praetoris, qui fideicõmissarius
vocabatur. In prouincijs verò prę-
11 sidum prouinciarum † *l. 2. §. post de inde ff. de orig iur. §. 1. inst. de fideic. hared. l. si res obligata 60. ff. de leg. 1. l. quaesitum 76. §. cũ vir. ff. de leg. 3. l. si cui legatum 91. ff. de condit. & demon. l. pen. in fin. ff. quib. ad lib. procl. non lic. l. si legatum 4. ff. quib. mod. vsusf. am. l. si libertus 41. §. vlt. ff. de bon lib. l. Titia 37. ff. de aur. & arg. leg. l. cum etiam 5. C. de reb. cred. & scribunt Fenest. de magistr. cap. 19. Brisso. lib. 5. de form. fo. 462. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 2. & in Apolog num. 6. Ant. Guib. cap. 9. quaest. iur. nu. 8. Cuiac. lib. 21. obser. cap. 34. & lib. 21. cap. 38. & in d. l. vestis. 127. ff de verb. signi. Hoto. lib. 7. obs. cap. 4. Donell. d. lib. 17. comm. cap. 22*

Vaud.

Vand.d.lib.1. quaest. cap.10. numero
10. Vnde Vlpianus tit.25. Inst. Fi-
deicommissa, inquit, non per formu-
lam petuntur, sed cognitio est Romæ
quidem consulum, aut prætoris, qui
fideicommissarius vocatur, in pro-
uincijs verò præsidum prouincia-
rum. & Sueto. in Claudio cap.
23. Iurisdictionem de fideicommissis
quotannis, & tantum in vrbe dele-
gari magistratibus solitam, in perpe-
tuum, atq; etiam per prouincias pote-
statibus demandauit. Quamobrem
fideicommissorum persecutiones
dicuntur extraordinariȩ. in l. pecu-
nia. 178. §. persecutionis ff. de verb.
signif.

Secundo cognoscebat magistra-
tus de in integrum restitutione mi-
13 norum. † l. minor. 39. in prin. ff. de
Euict. l. in causa. 14. §. 1. §. inter-
dum l. quod sic minor. 25. §. vlt. ff.
de minor. & scribunt Duar. ad d. tit.
ff. de Iurisd. cap. 2. Men. d. lib. 1. de
Arbitr. quaest. 2. numero 11. Hoto.
lib. 7. obseru. capit. 4. Donell. d. lib.
17. commen. cap. 22. Vand. dict. lib.
1. quaest. cap. 10. num. 13. Anton.
Fab. d. lib. 4. coniect. cap. 7. Quo fit,
vt restitutionis auxilium dicatur
14 extraordinarium † in l. in causa.
27. in prin. ff. de minor. l. sed cum ab
herede 12. ff. ad Treb.

Tertiò cognoscebat de causis
studiorum, dicebaturque proinde
15 tale iudicium extraordinarium † l.
cum filiusfam. 17. ff. si cert. pet.

Quarto de transactione alimen-
16 torū † l. cum hi 8. in prin. ff. de trans.
l. de alimentis. 8. C. eod. & scribunt
Brisso. d. libr. 5. de formul. fo. 461.
Ant. Gou. in d. l. cum qui. 13. numero
7. ff. de Iurisd. Menoch. d. lib. 1. de Ar-
bitr. q. 2. nu. 11. Ant. Guib. d. cap. 9. q.
iuris nu. 8.

Quinto de salarijs, & mercedi-
bus, quarum proinde cognitio di-
17 cebatur extraordinaria † l. 1. in
princ. ff. de var. & extr. cogn. l. cre-
ditor 54. §. inter venditorem. ff. de
act. empt. & scribunt Duar. ad d.
tit. ff. de Iurisd. cap. 2. Cuiac. in d. l.
vestis 127. ff. de verb. sign.

Sexto de causis appellationum
18 † l. 1. in prin. l. vlt. ff. quis & a quo
app. l. Imperatores. 21. ff. de appell.
& scribunt Ant. Gou. in d. l. cum qui
13. nu. 7. ff. de Iurisd. Ant. Guib. d.
cap. 9 q. iur. nu. 8.

Septimo de quæstionibus emer-
gentibus in executione sententiæ
19 † l. a Diuo Pio. 15. §. si super ff. de re
Iud. & scribunt Ant. Gou. in d. l. cum
qui. 13. nu. 7. ff. de Iurisd. Ant. Guib.
d. c. 9. q. iur. nu. 8.

Octauo cognoscebat de vsu a-
quæ, & riuis nouis inciuiliter insti-
tutis, item de equis alienis a scien-
te possessis, fœtuq; earum, & de dā-
no dato per immissos in prædium
suum vniuersos homines, eos, qui
in plurium prædia distribui debue-
20 rant, † l. 2. ff. de var. & extr. cogn. &
scribit Cuiac. in d. l. vestis 127. ff. de
verb. sign. De existimatione verò
cognoscebat magistratus.

Primo in iudicio suspecti, cuius
cognitio prætorum, & pręsidū pro-
21 uinciarū erat † l. 1. §. damus ff. de
susp. tut. §. 1. Inst. eod. l. 1. §. suspecti.
ff. ad Turp. & scribunt Ant. Guib. d.
c. 9. q. iur. num. 8. Cuiac. in d. l. vestis.
127. ff. de verb. sig.

Secundo de causa status, puta li-
bertatis, vel seruitutis, ingenuita-
tis, vel libertinitatis, de qua p̄sides
22 in prouincijs cognoscebāt † l. 2. C.
de ped. iud. l. non distinguemus 37. §.
de liberali ff. de arbitr. l. si pater. 7. C.
ne de stat. def. l. iādudū. 5. l. vlt. C. vbi
q. stat. & scribunt Egu. Bar. d. lib. 1.
varia. q. fo. 24. Ant. Gou. in d. l. cum
qui. 13. nu. 7. ff. de Iurisd. Men. d. lib.
1. de Arbitr. q. 2. nu. 11. Ant. Guib. d.
c. 9. q. iur. num. 8. Hoto. lib. 6. obs cap.
6. Ant. Fab. d. lib. 4. coniect. cap. 7.

licet in vrbe cognitio videretur ad centumuiros, & decemuiros pertinere, *vt scribunt Carol. Sigo. lib. 1. de Iudic. c. 28. Ranard. lib. 3. Vario. c. vlt. Muret. ad l. 2. §. deinde cum esset ff. de orig iur.*

Tertiò cognoscebat magistratus de causa patriæ potestatis, quæ & ipsa status quodammodo, & existimationis quæstionem continere vi
23 detur † *l. 1. §. 1. ff. de rei vind. l. 3. §. hoc autem. interdictum. ff. de lib. hom. exhib. & scribunt Brisso. d. lib. 5. de ferm. fo. 462. Duar. ad d. tit. ff de Iurisd. c. 2. Hoto. lib. 7. obs. c. 4. Donell. d. lib. 17. comm. c. 22.*

Planè interdum in arbitrio magistratus erat, causæ cognitionem, & iudicationem suscipere, vel dare iudicem, qui de ea cognosceret, &
24 iudicaret. † Exemplum est in specie *l. sape 8. & l. generaliter 9. ff. de off. praesid.* cum scilicet princeps rescribendo remittebar priuatum ad præsidem, his verbis, *eum, qui pronuncia praeest, adire petes,* aut similibus: nec enim ijs censebatur imposuisse necessitatem magistratui suscipiendæ cognitionis, sed potius illius arbitrio remisisse, vtrum ipse cognoscere, an verò iudices dare deberet,

Hinc intelligimus olim tria fuis-
25 se causarum genera, † *vt eleganter Cuiac. in d. l. vestis 127. ff. de verb. sign. obseruauit*; nam, quædam erãt, de quibus magistratus non poterant cognoscere, sed debebant dare iudices, vt erant regulariter omnes causæ priuatæ; Et hæ dicebantur cognosci, & terminari iure ordinario. *l. Diuus 3. ff. de crim. expil. hared. l. a Diuo Pio. 15. §. si super. ff. de re iud.* & ad ius ordinarium remitti, *l. vlt. ff. de priu. del. l. 1. ff. de furib. baln. l. 2. §. coget. ff. si ventr. no. mul. in poss. mitt. & scribit Vaud. lib. 1. q. iur. c. 10. nu. 15.* Et de his loquẽs prætor, dicebat in edicto, *Actionem dabo, Iudicium dabo,* idest dabo iudicem, & formulam, *vt diximus in 1. c. q. 3. nu. 27.* quædam verò erant causę, in quibus prætor non poterat darẽ iudices, sed ipse met cognoscere, & iudicare debebat, vt sunt omnes, quas supra enumerauimus, & similes, de quibus accipiendæ sunt leges omnes, quæ de cognitione, vel sententia prætoris, aut alterius magistratus loquuntur, *vt l. si prator 75. in prin & §. 1. ff. de Iudic. l. quidam. 57. ff. de re Iud. l. voluit 4. §. vlt. ff. de Int. act. l. iudicata 29. in princ. ff. de excep. rei iud. l. si cui legatum. 91. ff. de condit. & dem. & scribunt Duar. ad d. tit. ff. de Iurisd. c. 2. & in Apolog. nu. 9. & Men. d. lib. 1. de Arbit. q. 2. nu. 12.* & pariter accipiendi sunt, qui simpliciter aiunt, prętorẽ, aut alium magistratum iudicare cõsueuisse, *vt Coras. lib. 3. miscell. c. 18. nu. 1. Eduard. pro Egu. fo. 21. et 22. Hoto. li. 6. obs. c. 23. Bret. de ord. iud. c. 8.* Et de ijs loquẽs prætor nõ dicebat in edicto, *Actionem dabo, Iudicium dabo,* sed, *animaduertam,* vt in edicto de minoribus *l. 1. §. 1. ff. de minor. & in edicto de quo in l. Item apud 15. §. quod ait prator. ff. de Iniur. & scribunt Hoto. lib. 7. obs. c. 4. Vaud. d. lib. 1. q. iur. c. 10. nu. 12. Ant. Fab. d. lib. 4. cõiect. c. 7.* Quædam demũ erant causæ, in quibus poterat magistratus arbitrio suo, vel suscipere cognitionẽ, vel dare iudices, vt sunt illæ, quas recensuimus *supra nu. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicum datio sublata.*
2 *Formula sublata.*
3 *Magistratus hodie iudicare debent nisi iusta de causa impediantur.*
4 *Iudicis delegandi causa iusta. qua, et num.*

num.seqq.vsq; ad nu. 9.
9 *Suspectus in cognoscendo non est etiã suspectus in delegando.*
10 *Delegatus suspectus an possit subdelegare.*
11 *Vicarios generales nõ licet magistratibus habere, nisi ex causis, vt num. 12.& 13.*
14 *Episcopi possunt habere vicarios generales.*

Quæ sint hodie iustæ delegandi causæ.

Quæstio Tertia.

SEd hodie, quia mos ille dã
dorum iudicum antiqua-
1 tus est, † *l. a. C. de ped.iud.*
& omnis formularum cõ-
2 ceptio sublata † *l. 1. C. de form. & imp.act subl. & scribunt Brisso li.5. de form.fo. 436. Bern.Vnals. lib. e. misc.c.31.Ant.Fab.d lib. 4.Con.c. 7.*
omniaq; proinde iudicia, omnesq;
cognitiones factæ sunt extraordina
riæ §.*vlt.Inst.de interd.* §. 1. *inst.de succ.sublat.& diximus in 1.cap.q.6. num.5.* ideo magistratus non pos-
sunt amplius arbitrio suo delegare
iudices, sed per semet ipsos cogno-
3 scere debent † *d.l.a.C. de ped.ind.et scribunt Longou. in l. imperiũ 3. nu. 33.& 34.* ff. *de iurisd. Duar. ad tit. ff.de iurisd.cap.2.Ranard.lib.3.Vario.c.vlt.nu.6.Donell.lib.17.comm.c. 6.& 21.Vaud.d.lib. 5.q.iur.cap.30. nu.17. Ant. Fab.d.lib.4. coniect.cap. 7. & nos latius ostendemus in 8. c.q. 24 nu.42.* nisi, qua iusta subsit man-
dãdæ iurisdictionis, siue iudicis de
legandi causa, puta, quia magistra-
tus non possit cognitioni vacare,
4 vel propter infirmitatem † *c. si pro debilitate 3.cap.venerabili 37.vers. porrò de off.& pot.ind.deleg.* vel pro
5 pter publicas occupationes † *d.l. 2. C.de ped.ind.* quæ magistratibus fre
quentes sunt, quippe, qui rebus &
iussionibus principis continuò so-
6 lent occupari † §.*illud Auth. vt def. seu fun.cor.coll.5.§.1.Auth.de iudic. coll.6. & scribit Camill. Plaut. in d. rub.ff.de off.eius,lib.1.c.13. num.8.*
vel propter causarum multitudinẽ
7 † *d.l.2.C.de ped.ind.* vel propter aliã
quamlibet iustam causam, *d.cap.si pro debilitate 3.cap.cum R. Canonicus 35.de off.& pot.ind. del. & scribunt Bart.in l prætor 17. in princ.ff. de iurisd. Ant. Fab d.lib.4. coniect.c. 7.* & maximè si iudex ordinarius
suspectus sit, & suspicionis causa sit
legitima, puta, quia fuerit alterius
partis aduocatus, aut, vt hodie di-
cimus, consultor, quo casu non de-
bet in ea causa iudicare *l. quisquis 6.C.de postul.* aut alteri iudicanti as
sidere *l.vlt.C. de assesso.* minusvè in
ea ferre testimonium *l. vlt.ff. de testib.* nam tunc iustam dicitur habe-
8 re delegandi causam † *l. prætor 17. & ibi Bar. nu.1. Ang.in prin. Castr. nu.1.Alex.nu.4.Dec.nu.5.Coras.nu. 4.ff.de iurisd. Ias. in d.l. solet 16.in prin.& nu.1.ff.eod.*

Hinc intelligimus, iudicem sus-
pectũ in cognoscendo non censeri
suspectũ in delegando, & exceptio
nem suspicionis, quæ obstat delegã
9 ti, non obstare delegato † *c. si quis contra 4.de for. comp.c. cum speciali. 61.in prin.de app. & scribunt Bart. in d.l.prætor 17.nu.2.& ibi Castr.n. 2.Dec.nu 2.Coras.nu.4.ff. de iurisd. Alex in d.l.solet 16.nu.6. & ibi Ias. num.3.ff.de iurisd. Alex.in rub.ff.de offic.eius,nu.51.vers.10.& ibi Iac. de Nigr.nu.20.Mart. Mont.num.55. vers.est,& alia & Cuiac.ff.eod. Dec. in l.qui iurisdictioni 50.nu.6.ff.eod.*
Sed hoc in ordinario verum est:
nam in delegato locum habet di-
stinctio, *qua fit in c. iudex ab Apostolica 5. de offic.& pot ind. deleg. in 6.*
aut enim vices suas committit an-
te, quam recusatio contra ipsum

proponatur, &, si in totum commi
serit, recusari vlterius, aut facta per
eum commissio impugnari nõ po-
tetit, quod posset, si sibi de iurisdi-
ctione aliquid reseruasset, aut vult
committere post recusationem pro
positam, & non potest, nisi de recu
satoris hoc faciat assensu: nã eo vo-
lente potest, etiam si recusatio eadẽ
sit probata, dum modo pronuntia-
tum non fuerit super ea: ex tunc
enim (cum omnino iudex esse desie
rit) nulla etiam cum illius assensu
10 per eum fieri poterit commissio. †
*Hanc distinctionem referunt, & se-
quuntur Ang. in d. l. prætor 57. nu. 2.
& ibi Castr. nu. 2. Coras. nu. 4. ff. de iu
risd. Alex. in d. l. solet 16. nu. 6. & ibi
Ias. num. 3. ff. eod. Alex. in d. rub. ff. de
off. eius nu. 11. vers.* 10. *& ibi Iac. de
Nigr. num. 20. Martin. Mont. nu. 58.
vers. est & alia.* Quod autem dixi-
mus non posse magistratus sine cau
sa delegare, verum est in grauiori-
bus litibus, & controuersijs: nam in
humilioribus, nulla prorsus est ex-
quirenda delegationis causa; scili-
cet, quia dignitas magistratus postu
lat, vt illæ apud pedaneos iudices
agitentur *l. vlt. C. de ped. iud. Sed hac
de re latius dicemus in 8. c. q. 24. nu.
20. & seqq.*

Non solum autem causas delega
re prohibentur ordinarij, sed etiam
vicarios generales, seu vices geren
tes, quos passim Iustinianus loci ser
uatores appellat, constituere, ita ca-
11 uente Iustiniano † *in §. nulli Auth.
vt iud. sin. quoq; suffr. fiant, coll. 2. §.
eos autem Auth de mand. prin. coll. 3.
Auth. vt null. iud. lic. hab. loc. seruat.
coll. 9 § ad hac prohibemus Auth. de
Collator coll. 9. & ibi Bart. gloss in l.
1. in prin. in verb. mandari possunt,
& ibi Ang. nu. 5. Iac. de Nigr nu. 32.
ff. de off eius Alex. in rub ff. de off.
eius nu. 58. & 37. & ibi. Alb. nu. 11.
Alcia. nu. 49. vers. quaro Longon. ad
l. Imperium 3. nu. 34. ff. de iurisd.* Et
hoc, nisi magistratus in itinere pa-
tiatur necessariã moram: tunc enim
licet ei præmittere vicarium, a quo
gerantur omnia, citra tamen vlti-
mum supplicium, & membri abscis
12 sionẽ † *d. §. ad hac prohibemus vers.
antequam Auth. de collat. coll. 9. qua
de re latè dicemus in 8. c. q. 2. n. 131.
& 136.* Et simili modo, si magistra-
tus postea, quam venit in prouin-
ciam, iustam habeat profectionis,
aut alterius impedimenti causam,
poterit (secundum communem) cũ
eadem potestate relinquere vicariũ
13 † *d. §. ad hac prohibemus, vers. sed si
quid Auth. de collat. coll. 9. Sed de
hac re latius ibidem dicemus.* Deni-
que pontificio iure licet Episcopis
generales habere vicarios, a quibus
omnia, quæ pertinent ad officium
14 iurisdicundi, expediantur, † *vt in
tit. decr. de off. vic. & in tit. de offic.
vic. in 6. & scribũt Alex. in d. rub. ff.
de off. eius nu. 8. & ibi Alb. num. 10.
Paul. Oria. nu. 13. Iac. de Nigr. in d. l.
1. in prin. nu. 32. ff. eo.* Et hæc de Ter
tio capite.

Quot sint genera eorum quibus mandatur iurisdictio.

Caput Quartum.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus arbitrio legati regulariter eliguntur.*
2 *Legati dabantur consulibus, & prætoribus a Senatu.*
3 *Legati dabantur proconsulibus a Senatu, vel a principe.*
4 *Legato non alij debuit proconsul mandare iurisdictionem.*
5 *Legati proconsulis differunt ab alijs, quibus arbitrio magistratus mandatur iurisdictio.*

De

De varijs eorum, quibus mandatur iurisdictio generibus.
Quæstio Prima.


Ranseamus nunc ad Quartum caput, & videamus, Quot sint genera eorum, quibus mandatur iurisdictio. Constat autem eorum duas in iure nostro partitiones inueniri, quam prior in duo genera deducitur: nam quidam sunt, quibus electione magistratus mandatur iurisdictio, quidam verò, quibus, vt mãdetur, principis, vel senatus authoritate fit: nam, etsi regulariter magistratus arbitrio suo possit eum eligere, cui iurisdictionem demãdet,
1 † *vt scribit Cuiac. ad l. & quia 6. ff. de iurisd. in 2. lib. Paul. ad edict. & ad l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Papin.* Aliquando tamen solet princeps, aut Senatus aliquem ei dare, cui partes suas in iure dicundo committat. Tales erant olim legati, quos in prouinciã profecturis, dabat princeps, vel Senatus, consulibus primum, & prætoribus,
2 † *vt scribunt Alex. ab Alex. lib. 6. Gen. dier. c. 3. Carol. Sigo. lib. 2. de antiq. iur. prou. cap. 2.* Deinde ad eorum exemplum proconsulibus,
3 † *vti constat ex l. 2. l. obseruare 4. §. vlt. l. solet 6. l. legatus 12. l. legati 13. & tot. tit. ff. de off. proc. & leg. ex scribunt Fenest. de magist. cap. 12. Pompo. Lat. de magistr. cap. de Proconsul. Alex. ab Alex. lib. 2. Gen. dier. cap. 27. Paul. Manu. de leg. Rom. fo. 193. Io. Gillo. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 23. Coras. in rub. ff. de off. proc. & leg. nu. 4. & 6. in l. obseruare 4. § fin. nu. 3. in l. solet 6. § sicut nu. 2. in l. legati 13. nu. 1. & 3. ff. eod. et in l. eum, qui 13. nu. 5. ff. de Iurisd. Cuiac. lib. 7. obs. cap. 21. & ad l. more 5. ff. de Iurisd. ad l. & quia. 6. ff. eod. in 2. lib. Paul. ad edict. & ad l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in 5. lib. quæst. Papin. & ad l. 1. ff. de off. eius, in eũd. 1. lib. quæst. Pap. Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de reg. iu. Bret. de ord. Ind. c. 10. Muret. ad rub. ff. de off. eius* Vnde Cic. ad Q. Fr. Ep. 1. *Legatos habes,* inquit, *Eos, q ipsi per se habituri sunt rationem dignitatis tuæ,* & paulo post, *Atq; inter hos eos, quos tibi comites; & adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa resp.* & in Vatin. *Audire de te cupio, quo tandem S. C. Legatus sis. Tua lege dicis, ne hoc quidem Senatui relinquebas, quòd nemo vnquam ademit, vt legati ex eius ordinis authoritate legarentur? Adeone tibi sordidum consilium publicum visum est, vt non nuntios pacis, ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilij auctores, non ministros muneris prouincialis Senatus more maiorum deligere posses? quis legatos vnquam audiuit sine S. C.?* & pro P. Sex. *Quos legatos non modo nullo S. C. sed etiam repugnante Senatu tute tibi legasti* Appia. lib. 1. de Ciuil. Rom. bell. *illos,* inquit, *qui gentibus præsunt, & a Senatu ad subsidia mittuntur, legatos solent appellare.* & Vopisc. in Probo. *Accepto igitur hoc S. C.* inquit, *permisit patribus, vt, ex maiorum iudicum appellationibus ipsi cognoscerent, proconsules crearent, legatos consulibus darẽt, ius prætoriũ præsidibus darent.* Dabat autem nõ vt eis cogeretur proconsul iurisdictionem suam demãdare: nam hoc ab eius arbitrio dependebat *l. solet 6. §. sicut ff. de off. proc. & leg. & nos dicemus in 7. cap. q. 1. nu. 3.* Sed, vt si iurisdictionem mandare voluisset, eis non etiam alijs demandaret
4 † *l. obseruare 4. §. vlt. ff. de off. proc. & leg. & explicant Io. Gillo. d. lib. 2. de Iurisd. & imp. cap. 23. Cuiac. in d. l. et quia. 6. ff. de Iurisd. in 2.*

lib.Paul.ad edict.& ad l.aliquando.5.ff.de off.proc.et leg.in 1.li.q.Papin. Hos legatos non pari cum cæteris, quibus electione magistratus iurisdictio demandatur, censeri iure †
5 tradunt Bart.in l.legatus 12.in prin.2.lect.ff.de off.proc.& leg. Alex. in l.a iudice 5.nu.5.C.de Iudic. Iac. de Nigr.in l.1.n.189.ff.de off.eius.Purp.ad l.2.in prin.ff.eod.Claud. Cantiū. lib.2.de off.iud.cap.2.nu.14.Vaco.a Vacu.lib.6.declar.84.num.5. Nico. Bello.lib.3. Supp.c.10.Cuiac. lib.7. obs.c.21.& ad d.l. legatus 12.ff.de off.proc.et leg.in 2.lib.Paul.ad edict.& ad l.& quia 6.ff.de Iurisd.in eūd.2.lib.Paul.ad edict.Petr.Fab.ad l.nemo potest 71.ff.de reg.iur.& constat ex multis, &

Primò ex eo, quia multa sunt, quæ specialiter fuerunt tributa legato, nec tamen alijs, quibus mandatur iurisdictio, conceduntur, quæ qualia sint, latius exponemus in 5.c.q.3.nu.27.& in c.9.q.3.per tot.

Secundo, quia licet alij, qui mandatam iurisdictionem suscipiunt, proprium nihil habeant l.1.§.qui mandatam ff.de off.eius. legatus tamen ex multorum sententia proprium habere intelligitur, de cuius tamen rei veritate latius sub eod.9.cap.q.5.dicemus.

Tertiò, quia, quamuis ab eo, cui mandata est iurisdictio, non possit is, qui mādauit appellari l.1.§.1.ff. quis & a quo app. tamen a legato proconsul appellatur l.2.ff.eo. quod qualiter accipiēdum sit dicemus sub eod.9.c.q.5.

Quartò, quia iurisdictionē alijs demandatam potest magistratus arbitrio suo reuocare, l.& quia 6.cum ibi not.ff.de Iurisd. At verò proconsul legato auferre iurisdictionē mādatam non potest inconsulto principe l.solet.6.§.sicut.ff.de off.proc.et leg. Sed de hoc latius sub 10.c.q.6.nu.4.dicemus.

Posterior autē partitio deducitur in quatuor species; nam quibusdam generalis mādatur iurisdictio, quibusdam verò certum tantum iurisdictionis genus, alijs iurisdictio mandatur ad certas personas, cæteris ad certam litem, certamq; causam l.cognitio 4.in prin.& §.1.ff.de off.eius l.solet 16.l.prætor 17.ff.de Iurisd. & nos latius sub 7.c.q.2.per tot.demonstraturi sumus.

SVMMARIVM.

1 Prætor vel dabat iudices, vel arbitros
2 Arbitri qui dicantur, et qui iudices.
3 Iudices, vel ad vniuersitatē causarū vel ad vnam causam delegantur.
4 Iudices vel delegantur a principe, vel a magistratu.
5 Iudices vel simpliciter a principe delegantur, vel tamquam ab imperiali fortuna.
6 Iudices a magistratu delegantur interdum ex iussu principis.

Quot sint genera iudicum datorum. Quæstio Secunda.



IVdicum autem delegatorum partitiones videntur esse variæ pro iudiciorū varietate: nā in ordinarijs iudicijs datorum iudicum alij dicebantur arbitri, alij vero iudices sim
1 pliciter † l.a Diuo Pio.15.in prin.ff.de re Iud.§.1.Inst.de actio.& scribunt Rauar.c.11 Protrib.Brisso.lib.5.de formul.fo.464. Cum & de arbitris a prætore datis fiat mentio in l.2.C.de sent.& interl.omn.iud. l.2.C.a quib.appell.non lic.l.1.C.de ped.iud.l.vlt.ff.de iudic.l.cum fideicommissum.7.ff.de confess.l.1.C. de sent.ex per.re cit.& a Gell.lib.20.c.1.Ant.Guib.d.c.9.q.iur.num.14. Arbitri dicebantur, qui iudicabant ex bono, & æquo, vt in actionibus

bonæ

bonæ fidei, vel arbitrarijs, Iudices verò, qui ex formula præscripta, vt
2 in actionibus stricti iuris, † *vt explicant Carol. Sigon. lib. c. de Indic. cap. 22. Duar. ad l. in actionibus 5. num. 12. ff. de in lit. iur. & ibi Egu. Bar. in verb. & in bonæ fidei iudicijs, Brisso. d. lib. 5. de form. fol. 464. Ant. Gub. d. cap. 9. quæst. iur. nu. 15. Men. de arbitr. lib. 1. quæst. 2. nu. 15. Hoto. ad §. actionum, ennut. 1. & ibi Balduin. num. c. Instit. de actio. Cuiac. ad l. index datus 46. ff. de Iudic. in 2. lib. quæst. Paul. Bret. de ordin. iudic. cap. 12 & nos latius ostendemus in 7. cap. quæst. 3. num. 6. & seqq.*

Sed hodie postea, quam sublatis formulis omnia iudicia facta sunt extraordinaria, & nihil est inter iudicem delegatum, & eum, cui mandata est iurisdictio, discriminis, puto duplicem iudicum delegatorum partitionem considerari posse, quarum.

Prior ducitur à delegationis forma: nam iudices, vel generaliter, idest, ad vniuersitatem causarum delegantur, vel specialiter, siue ad
3 vnam tantum litem, † *vt scribunt Purp. in rubr. ff. de offic. eius, num. 4. Ludou. Burg. in l. 1. num. 88. ff. de Iudic. Vaco. à Vacu. lib. 6. decl. 84. nu. 7. & nos latius dicemus in 7. cap. quæst. 2. in fi.* Quam partitionem esse veram ex eo intelligimus, quia, licet in ordinarijs iudicijs iudex nõ nisi ad vnam litem dari soleret, Quam ob rem specialis iudex quasi ad vnã speciem datus vocabatur, *vt diximus in 1. cap. q. 2. nu. 9. & q. 4. nu. 7. & dicemus in 7. cap. q. 2. nu. 6. & 7.* In extraordinarijs tamẽ, in quibus nihil esse diximus inter mandare iurisdictionem, & delegare iudicẽ discriminis, verius est, & specialiter, & generaliter iudicem delegari posse, vt *diximus in 1. cap. quæst. 6. nu. 9. vers. sanè,* & perspicuè cõstat ex his, *l. vlt. C. vbi, & apud quem.* verbis, *sine hoc specialiter eis fuerit mandatum, vel, si generaliter dati sunt iudices.*

Inter hos autem multum esse discriminis facile est ex ijs intelligere, quæ diximus *in d. c. 1. q. 6. nu. 9.* nam iudex ad vniuersitatem causarum delegatus magis ei comparatur, cui generalis olim iurisdictio mandabatur, quam iudici speciali, contra verò delegatus ad vnam tãtum causam, magis assimilatur veteri iudici dato, quam ei, cui iurisdictio etiam ad vnam speciem mandabatur, *vt ibid. ostendimus.* Quam ob rem ille iudicem in vna causa delegare potest, *vt dicemus in 5. c. q. 4. nu. 54.* hic verò ne vnum quidem causæ articulum alteri cõmittere potest, *vt ibid. dicemus, nu. 20.* ille suam sententiam exequitur, *vt dicemus in 8. c. q. 14 nu. 15.* hic verò non item, *vt ibid. dicemus, nu. 12.*

Posterior verò partitio ducitur à delegante: nam quidam delegantur à principe, quidam verò à ma-
4 gistratu, † *l. à iudice 5. l. vlt. C. de iudi. l. 2, C. de spors. l. vlt. C. vbi, & apud quem, l. vni. C qui pro sua iurisdict. nam & de delegatis ab Imperatore fit mentio, in l. minor autem 19. §. 1. vers. sed & si. ff. de minor. l. 1. §. vlt. ff. à quib. app. non lic. l. à proconsulib. 19. l. præcipimus 32. in fi. l. si quando 36. C. de appell. §. illo, Auth. de appell. & intra quæ temp. coll. 4.* Et, qui à Principe, vel simpliciter delegantur, vel tamquam ab imperiali for-
5 tuna, † *vt scribunt Alex. in l. more 5. num. 9. & ibi Caccial. num. 37. Ias. num. 14. Dec. num. 27. Purp. nu. 110. ff. de iurisd. Alciat. lib. 2. Parad. c. 5. num. 5. Clau Cantiun. lib. 2. de offic. ind. cap. 2. nu. 4.* Horum discrimen nullum est, nisi, quod morte principis illorum, non etiam horum extinguitur iurisdictio, cum imperia-

lis fortuna quasi dignitas non censeatur interire, *vt dicemus in eo. cap. quæst. 3. num. 24.* Qui verò à magistratu delegantur, interdum dantur ex ipsius arbitrio, interdum verò ex iussione sacra, siue ex re-
6 scripto, & authoritate principis, † *l. 1. §. denique, ff. de appell. l. vlt. ff. quis, & à quo appell. §. si verò etiam quidam, Auth. de exh. reis, coll. 5. & scribunt Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 5. num. 3. Claud. Cant. d. lib. 2. cap. 2. num. 4. & 9.* Sed hi quidem à cæteris non differunt, *vt Iaf. in l. à Diuo Pio 15. in princ. num. 20. ff. de re iud. Alciat. d. lib. 2. cap. 5. num. 4. & Claud. Cant. d. lib. 2. cap. 2. num. 9. tradiderunt.* Quam ob rem effectu duo tantum sunt delegatorum genera: aut enim à principe delegantur, aut à magistratu. Ex his, qui delegantur à principe, comparantur ordinarijs, & ordinariorum iure, potestateque censentur, *vt dicemus in 9. cap. quæst. 8. num. 3.* Imò in causa delegata maiores, & verò etiam (secundum alios) digniores esse creduntur, *vt referemus in eodem 9. cap. quæst. 9.* Itaque non solum iudicem delegare, *vt dicemus in 5. cap. quæst. 4. num. 5.* Et suam exequi sententiam, *vt dicemus in 8. cap. quæst. 14. num. 16.* Sed etiam ipsis ordinarijs imperare possunt, *vt dicemus in 9. cap. quæst. 9. num. 2.* Et hæc de Quarto Capite.

A quibus iurisdictio mandari possit. Capут Quintum.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus habent iurisdictionem iure suo.*
2 *Magistratus à Principe constituuntur.*
3 *Iurisdictio dicitur propria magistratuum.*
4 *Iurisdictionem mandare possunt magistratus.*
5 *Magistratus vrbani mandare possunt iurisdictionem.*
6 *Magistratus prouinciales possunt, & ipsi mandare iurisdictionem.*
7 *Magistratus etiam municipales iurisdictionem suam mandare possunt.*
8 *Iurisdictionem habent alieno beneficio ij, quibus mandatur.*
9 *Iurisdictionem sibi mandatam alteri mandare quis non potest, & cur, num. 10.*

Qui iurisdictionem mandare potuerint in ordinarijs iudicijs. Quæstio Prima.



Vintum disputationis caput, à Quibus nempe iurisdictio mandari possit, fuit à Iuliano definitum, *in l. more 5. ff. de Iurisd.* his verbis, *More maiorum ita comperatum est, vt is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet,* ex quibus duæ regulæ deducuntur, vna affirmatiua, altera verò negatiua. Affirmatiua enim regula est, ab ijs iurisdictionem mandari posse, qui eam habent iure suo. Dicuntur autem iure suo eam habere magistratur,
1 † *vt scribunt Egu. Bar. in d. l. more 5. & ibi Coras. num. 3. Anto. Gou. nu. 1. & Cuiac. Coras. ad rubr. ff. de offic. eius, nu. 3. Donell. lib. 17. comm. c. 17.* Nec est contrarium, quod à Prin-
2 cipe constituantur, † *l. 1. ff. ad l. Iul. de amb. l. quidam 57. & ibi Bart. nu. 1. ff. de re iud. l. vlt. C. vt dign. ordin. seru. lib. 12 l. vlt. C. de crim. sacrileg. l. 1. §. initio, ff. de offi. præf. vrb. Auth. iusiur. quod præst. ab his, Coll. 2. c. 1. §. iudices, de pace tenen. Alex. in l. 1. in prin. nu. 17. ff. de offic. eius, Sebast. Vant. de null. sent. tit. de null. ex def. iurisd. nu. 14. Alc. ad l. Imperium 3. nu. 88. ff. de iurisd. Cuia. ad l. 1. ff. de off. eius, in 1. li. q. Papi. Hoto. Ill. q. 17.*

eaque

eaque ratione videantur habere iuriſdictionẽ alieno, ideſt conſtituentis beneficio, quia reſpondeo perſonas in publica poteſtate conſtitutas alieno qnidem beneficio habere magiſtratum, iuriſdictionem verò iure magiſtratus: nam, vt quis in magiſtratu ſit, principis ſit beneficio, vt verò poſtea quam eſt in magiſtratu iuriſdictionem habeat, & ius dicat, non ſit alieno beneficio, ſed proprio iure, ideſt iure illius officij, cui præeſt, quippe, quod habet hoc ius authoritate publica tributum, vt quicumque ad id fuerit aſſumptus, iure illius officij poſſit ius dicere de cauſis, & rebus ad munus illud pertinentibus. *Ita videtur ſenſiſſe Alciat. in d. rubr. ff. de offic. eius, nu. 42. dum ait, principem dare officiũ legẽ vero iuriſdictionẽ.* Quã ob rem iuriſdictio dicitur illi competere iure magiſtratus, *l. 1. in prin. coniuncto, §. qui mãdatam, verſ. verius, ff. de offic. eius, & dicemus in 8. cap.*
3 *q. 24.* & eius eſſe propria, † *l. cognitio 4. in prin. verſ. cum propriam, ff. eod. et dicemus in eod. 8. c. q. 1. nu. 23.* non quidem priuato, ſed publico iure: nec enim hoc eſt ius perſonæ, ſed officij, quia dicitur quis habere iuriſdictionem iure ſuo, ideſt, iure magiſtratus, puta iure pręturę, vel præfecturæ, vel alterius officij, quo fungitur, *ſecundum ea, quæ latius dicemus in eod. 8. c. q. 1. nu. 22.*

Iuriſdictionẽ ergo mandare poſ-
4 ſunt magiſtratus, † *vt ſcribunt Ant. Gou. in d. l. more 5. num. 1. & ibi Egn. Bar. & Cuiac. ff. de iuriſd. Cuiac. ad l. 1. ff. de offic. eius, in 1. lib. q. Pap. Donell. lib. 17. comm. c. 8.* & vrbani qui-
5 dem puta prætores, ſine dubio, † *l. ſolet 16. l. prætor 17. ff. de iuriſd. l. 1. §. damus, ff. de ſuſp. tut. & ſcribunt Angel. in d. l. ſolet 16. in princ. & ibi Duar. & Cuiac ff. de iuriſd.* quippe, qui more non lege conſtituuntur, *vt diximus in 2. cap. quæſt. 1. num. 2.*

De prouincialibus autem ideo dubitari poteſt, quia, quæ dantur lege, vel S.C. vel conſtiiutione principis, non poſſunt demãdari, *l. 1. in prin. ff. de offic. eius*, Sed iuriſdictio datur magiſtratib. prouincialibus, non, vt vrbanis more, ſed lege, vel S. C. vel conſtitutione Principis, quippe, qno iure conſtituuntur, *vt diximus in eod. 2. c. q. 1. nu. 15.* Non poterit igitur ab eis demandari.

Sed eſt verius prouinciales magiſtratus exemplo vrbanorum iuriſdictionem ſuam mandare poſſe,
6 † *vt ſcribit Duar. ad tit. ff. de iuriſd. cap. 7. &* de proconſulibus conſtat *ex l. obſeruare 4. §. fi. l. ſolet 6. §. ſicut l. legati 13. ff. de offic. proc. & leg. l. 1. §. qui mandatam, verſ. quare, l. cognitio 4. in princ. verſ. cum propriam, ff. de offic. eius, l. 1. §. damus, ff. de ſuſp. tut.* de præſidibus verò *ex l. 2. ff. de offic. eius*; Er hoc ideo, quia quamuis lege, vel S.C. vel conſtitutione conſtituantur, ſolent tamen in prouincias mitti loco magiſtratuũ vrbanorum, qui primis temporibus ipſimet prouincias adminiſtrabãt, vnde, & procõſules, & propraetores dicti ſunt, *ſicuti docuimus ſub eod. 2. cap. q. 1. nu. 21.* & ideo per quãdam poteſtatis conſequentiã habent eãdem iuriſdictionem in prouincijs, & cum eodem iure, ijſdemq. qualitatibus, quibus cenſetur vrbanorum magiſtratuũ iuriſdictio, *vt diximus ibi num 33.* nec in alio differunt, quam, quod vrbani magiſtratus, & creantur, & iuriſdictionem exercent, vel mandant, vel dant iudices more, prouinciales verò lege, vel S. C. vel conſtitutione, *vt diximus ibi, nu. 28.* Quamobrẽ, & ipſi dicuntur habere iuriſdictionem propriam, *vt ibidem oſtendimus, nu. 34.* & iure ſuo, ſiue iure magiſtratus, *vt ſcribunt Coraſ. in d. l. more 5. num. 3.*

& ibi Ant.Gou. num. 2. ff. de iurisd.
non habita ratione sui (nec enim
sunt propriè magistratus) sed habi-
ta ratione magistratuum vrbanorũ,
quorũ loco prouincias administrãt,
vt diximus ibi nu. 21. Hinc ea, quæ
magistratibus vrbanis non compe-
tunt iure magistratus, sed lege, vel
S.C. vel constitutione, quæque pro
inde mãdari nõ possunt, l. 1. in prin.
ff. de off. eius, nec mandari possunt à
prouincialibus, l. solet 6. in prin. ff. de
off. pro. & leg l. 2. ff. de off. eius. scili-
cet, quia horum potestas ab illorum
officio, & potestate solet æstimari.

De magistratibus autem munici-
palibus, qui & Duumuiri dicuntur,
num mandandæ iurisdictionis fa-
cultatem habeant, si quęrat aliquis,
non poterit res authoritate veterũ
iurisprudentium terminari, sed ra-
tionis tantum paritate: nam, quia
maiores magistratus, ideo suam iu-
risdictionem demandare possunt,
quoniam eam habent iure suo, &
municipales etiam magistratus ha-
bent iurisdictionem iure suo, con-
sequens est, vt & ipsi possint eam
7 demandare, † Et ita censuerunt Do-
nell. d. lib. 17. comm. cap 8. & qui tra-
diderunt, omnes posse iurisdictionem
mandare, qui eam habent iure suo, vt
Cam. Plant. in d. rubr. ff. de offic. eius,
lib. 1. cap. 14. nu. 9. & 10. Quinimo
eiusdem opinionis fuerũt veteres fre-
quentius, dum censuerunt omnes or-
dinarios etiam minores posse delega-
re, vt referemus in quæst. 4. num. 1.
Et hæc quidem est regula affirma-
tiua.

Negatiua verò regula est, Iuris-
dictionem ab ijs mandari non pos-
se, qui eam habẽt alieno beneficio.
Dicuntur autẽ alieno beneficio iu-
risdictionẽ habere ij, quibus à ma-
8 gistratu demandatur, † vt declarant
Vaco. à Vacu. d. lib. 6. decl. 84. num. 1.
Egu. Baro. in l. 1. in d. l. more 5. & ibi
Coras. num. 4. Ant. Gou. num. 4. ff. de
iurisd. Egu. Bar. in l. vlt. ff. de offic.
eius, Coras. ad rub. ff. de off. eius, n. 3.
Duar. ad tit. ff. de iurisd. cap. 7. Cu-
iac. lib. 7. obser. c. 21. & ad l. & quia
6. ff. de iurisd in 2. lib. Paul. ad Edict.
& ad l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib quæst.
Pap. & ad l. aliquando 5. ff. de off. pc.
& leg. in eund. 1. lib. quæst. Papi. Do-
nell. d. lib. 17. comm. cap. 7. nam nec
proprium quicquam habent, (cum
nec principaliter eis data sit iurisdi
ctio, nec lex deferat, sed solum con
firmet mandatam iurisdictionem,
l. & quia 6 ff. de iurisd. & latius di-
cemus in 10. cap. quæst. 1. nu. 3.) nec
proprio nomine ius dicunt, sed no-
mine tantum mandantis, cuius par
tibus, & vice funguntur, l. 1. §. qui
mandatam, l. & si prætor 3 ff. de offi.
eius, l solet 16. ff. de iurisd. & dice-
mus in 9. cap. q. 4. num. 1. cuiusque
iurisdictionem exequuntur, d. l. et si
prætor 3. ff. de offi. eius. Itaque man-
datam sibi iurisdictionem mandare
9 alteri nemo potest, † l. vlt. ff. de offi.
eius, & scribunt Claud. Canti. lib. 2.
de offic. iudi. cap. 2. num. 17. Purp. in
rub. ff. de offi. eius, nu 6. & ibi Mart.
Mont. num. 71. vers 9. Longouall. in l.
Imperium 3. num. 22. & 24. ff. de iu-
risd. Egu. Bar. in d. l. vlt & ibi Coras.
n. 1. et Muret. ff. de off. eius, Egu. Bar.
in d. l. more 5. & ibi Ant. Gou. num. 1.
ff. de iurisd. Camill. Plant. in d rub. ff.
de offic. eius, lib. 1. cap. 12 nu. 6. Egu.
Bar. in l. obseruare 4. §. vlt. ff. de offi.
proc. & leg. & lib. 1. variar quæst fol.
38. Duar. ad tit. ff. de iurisd. cap. 7. et
8. Vaco. à Vacu. d. lib. 6. decl. 84. num.
1. & 9. Cuiac. ad l. & quia 6. ff. de iu-
risd. in 2. lib. Paul. ad Edict. & ad l.
aliquando 5. ff. de offic. proc. & leg. in
1. lib. quæst. Papin. Donell. d. lib. 17.
comm. cap. 23. ideo, quia absurdum
est, posse quem iurisdictionem, quã
non habet, in alium transferre, l. ob-
seruare 4. §. vlt. ff. de off. proc. & leg.

&

& propriè loquendo dici non potest habere iurisdictionem, qui eam habet ex mandato, quia, cum habeat alienam, alienoque nomine ius dicat, nec habere iurisdictionem, nec iusdicere simpliciter, & propriè dici potest, vt nec possidere, qui possidet alieno nomine *l. si quis ante 10. in prin. l. quod meo 18. ff. de acq. poss.*
10 † *Ita Vaco. a Vacu. dict. lib. 6. decl. 84. numero 1. Cuiac. in dict. l. more 5. ff. de Iurisd. Donell. d. lib. 17. comm. cap. 8.*

At verò (dixerit aliquis) subrogatus in alterius locum, eandem habet potestatem, quam habet is, in cuius locum subrogatur *cap. sanè 11. De offic. & pot. iud. del.* Sed is, cui mandatur iurisdictio subrogatur in locum mãdantis, quippe, cuius partibus, & vice fungitur *l. solet 16. ff. de Iurisd.* Debet igitur eandem, quam is, habere potestatem. At is haud dubiè iurisdictionis mandandæ potestatem habuit *dict. l. more 5. ff. de Iurisd.* Poterit igitur, & is: cui mandata est iurisdictio, eam alteri demandare. Verũ respondeo subrogatum eandem habere potestatem in eo, in quo subrogatur, & omnibus ab eo dependentibus, nõ etiam in alijs. Eum autem, cui mandatur iurisdictio, subrogari quidem in iurisdictione, sed non in iurisdictione propria, quia, licet in eum iurisdictio transferatur, non tamen ita transfertur, vt illius propria dici possit *l. 1. §. qui mandatam ff. de officius, & latius dicemus in 9. cap. quæst. 4. num. 1.* Et ideo eandem habere potestatem in ijs, quæ pendent a iurisdictione, sed non ijs, quę pendent a iurisdictione propria. Huiusmodi autem etiam potestatem iurisdictionis demandandæ, scilicet, quia is tantum eã mandare potest, qui eã habet propriam, & iure suo, *d. l. more 5. ff. de Iurisd.* ideoque in hac potestate non censeri eum, cui mandatur iurisdictio in locum mandantis subrogatum.

Sanè de legato proconsulis num iurisdictionis alteri demãdandæ facultatem habeat, ideo dubitari potest, quia propriam videtur habere iurisdictionem, si plerisque credimus. Sed quoniam hoc valde con- 1
trouersum est, & ab eius veritate pẽdet huius quęstionis decisio, ideo commodius de hac re suo loco, *idest sub 9. cap. quæst. 5.* agemus.

Non solum autem ij, quibus mandatur iurisdictio, dicuntur eam habere alieno beneficio, sed etiam ipsi magistratus in ijs, quæ specialiter eis tribuuntur lege, vel S. C. vel constitutione: nam, cum ea non habeant iure magistratus, nec per cõsequentias dici possunt habere iure suo. Habent igitur alieno beneficio, idest beneficio populi, vel Senatus, vel principis. Quamobrem nec ipsi ea mandare possunt *l. 1. in prin. ff. de off. eius, & nos latius in 8. cap. q. 1. & seqq. dicturi sumus.* Et ab his quidẽ iurisdictio mãdari potest.

SVMMARIVM.

1 *Index ab his tantum dari potest, qui ius dandi habent.*
2 *Index dari potest a magistratibus populi Romani.*
3 *Index dari potest a magistratibus prouincialibus.*
4 *Index dari nõ potest a magistratibus municipalibus.*
5 *Procurator Cæsaris minor magistratus est.*
6 *Procurator Cæsaris nõ potest dare iudices, Declara, vt num. 7. & 9.*
8 *Procurator Cæsaris iusdicit inter fiscum, & priuatos.*
10 *Declaratur l. Imperiũ 3. ff. de Iurisd.*

A qui-

A quibus magistratibus iudex dari potuerit.
Quęstio Secunda.



IVdex antem a quibus dari possit, si quæramus, constat inspecto veterum iudiciorum ordine ab his tantum
1 dari posse, qui ius dandi habent † l. cum prætor 12. §. non autem l. pen. ff. de Iudic. Harmen. lib. 1. Iuris Epit. tit. 4. idest, quibus hoc ius datum est, vel more, vel lege, vel S.C. vel constitutione principis d. l. cũ prætor 12. §. 1. & §. Item hi ff. de Iudic. & nos diximus in 2. cap. quæst. 2. num. 1. 2. & 3. Itaq; dari potest a magistra-
2 tibus populi Romani † l. vlt. ff. de Iudic. l. vlt. ff. quis, & a quo appel. l. a Diuo Pio 15. in prin. ff. de re Iud. cuiuscunque ordinis sint dict. l. vlt. ff. quis, & quo app. idest, siue sint ex ordine senatorio, siue ex equestri, siue ex plebeio (totidem enim in ordines erat populus Romanus distributus, vt scribunt Buda. in anno. ad l. vlt. ff. de Senat. Coras. ad l. fœmina 8. num. 4. ff. de Senat.) Quoniam hoc ius datum est eis more propter vim imperij dict. l. cum prætor 12. §. Item hi ff. de Iudic. & nos diximus in 2. cap. q. 2. num. 3. Quamobrem dari potest a consulibus l. 1. §. si quis in appellatione, vers. denique ff. de appell. a pręfecto prætorio l. 1. in prin. ff. quis, & & a quo app. a præfecto vrbi l. vlt. ff. de offic. præf. vrb. d. l. cum prætor 12. §. Itẽ hi ff. de Iudic. d. l. 1. in princ. ff. quis, & a quo app. a prætore d. l. cum prætor 12. in princ. Vnde Plaut. in Bacchid. Act. 2. Sc. 3.

" Postquam quidem prætor recuperatores dedit.

Et id genus alijs magistratibus vrbanis.

A prouincialibus etiam iudices
3 dari possunt, † puta a proconsulibus l. sæpè 8. l. generaliter 9. ff. de offic. præsid. dict. l. cum prætor 12. §. lege ff. de Iudic. l. eum qui 13. ff. de Iurisd. & a pręsidibus l. Imperatores 21. in prin. l. ex consensu 23. in princ. ff. de appell. dict. l. sæpè 8. ff. de offic. præsid. l. venditor 49. §. vlt. ff. de Iudic. non quidem more, sed lege, vel S.C. vel constitutione principis dict. l. cum prætor 12. §. 1. ff. de Iudic. & nos diximus in 2. cap. quæst. 2. num. 2.

A municipalibus autẽ magistratibus an iudices dari possint, ideo dubitari solet, quia cum iurisdictio sit iudicis dandi licentia l. Imperium 3. ff. de Iurisd. Consequens videtur, vt, qui iurisdictionem habent, licentiam dandi iudicis habere intelligantur. Habent autem iurisdictionem magistratus municipales l. vn. in princ. ff. si quis iusd. non obt. Poterunt igitur dare iudices.

4 Sed est verius non posse † vt scripserunt Egn. Bar. lib. 1. varia. quæst. fo. 28. Coras. ad l. eum qui 13. num. 2. ff. de Iurisd. Cuiac. ad dict. l. cum prætor 12. ff. de Iudic. & est de mente eorum, qui tradunt iudices dari non posse, nisi ab his, qui habent Imperium, vt Camill. Plaut. ad rub. ff. de offic. eius, lib. 1. cap. 14. num. 14. Ant. Gou. in d. l. eum qui 13. num. 2. ff. de Iurisd. Probatur autem.

Primo, quia magistratus municipales non possunt facere ea, quæ sunt mixti imperij l. ea quæ 26. ff. ad municip. Sed dare iudices, siue iubere iudicare, est mixti imperij l. cum prætor 12. §. Item hi ff. de Iudic. l. Imperium 3. ff. de Iurisd. & nos dicemus infra nu. 10. & latius in 8. cap. q. 8. num. 6. Non poterunt igitur dare indices.

Secundo probatur, quia ij tantũ iudicem dare possunt, quibus hoc ius lege, vel S. C. vel constitutione principum tributum est dict. l. cum prætor 12. §. 1. ff. de Iudic. & ibi Cuiac. Coras. ad l. 1. nu. 26. ff. de Iurisd.

Camill.

Camill. Plaut. in d. rub. ff. de off. eius,
lib. 1. c. 12. num. 64. Io. Gill lib. 2. de
iurisd. & imp. c. 22. nu. 6. Hoto lib. 3.
obs. c. 4. Andr. Fach. lib. 6. controu. c.
45. Sed magistratibus municipali-
bus nulla lege, vel S. C. vel consti-
tutione datum est ius dandi iudi-
ces. Dare igitur non poterunt. Et
verò nullum extat in iure nostro
vestigium dationis iudicis a muni-
cipali magistratu factæ, Quinimo
leges de hac re loquentes, non nisi
de ijs, qui in vrbe magistratum, aut
in prouincijs potestatem exercent,
mentionem faciunt, *vt videre est in*
l. eum qui 13. ff. de iurisd. l. cum præ-
tor 12. ff. de iud. l. 1. l. vlt. ff. quis, & a
quo app. Vt proinde non sit verisi-
mile, eos dare posse.

Non moueor autem, *cum Coras.*
in d. l. eum qui 13. nu. 3. ff. de iurisd.
exemplo ducto a procuratore Cæ-
5 saris, qui minor magistratus est † *l.*
non licet 46. ff. de contr. empt. & scri
bunt Pard. Prat. in lexic. Iuris, in
verb. magistratus, & Hoto in comm.
verb. iur. in verb. magistratus, & iu-
6 dices dare non potest † *l. 1. C. de ped.*
iudic. l. ex consensu 23. §. 1. ff. de ap-
pell. & simpliciter etiã scribit Coras.
in l. 1. nu. 26. ff. de iurisd. quia non
simpliciter ibi dicitur iudices dare
non posse, sed non posse dare inter
priuatos, siue in causis priuatorum,
scilicet, quia inter eos nullam iuris-
7 dictionem habet, † *vt etiam scribũt*
Brisso d. lib. 5. de formul. fo. 465. et li.
3. sel. antiq. cap. 18. Cuiac. in d. l. eum
qui 13. ff. de iurisd. Hoto lib. 6. obser.
cap. 23. Cœterum inter fiscum, &
priuatum, inter quos iurisdicundi
8 potestatem semper habuit † *l. 1. C.*
de iurisd. om. iud. l. ad fiscum 5. C. vbi
caus. fisc. l. 2. C. si adu. fisc. & scribunt
Fenest. de magistr. cap. 26. Ant. Gou.
lib. 2. de Iurisd. nu. 49. Cuiac. lib. 19.
obser. c. 13. Brisso. d. lib. 3. sel. antiq.
cap. 18. quin iudicem dare possit,
9 non dubito † *cum Cuiac. in d. l. cum*
prætor 12. ff. de iudic. & ad eand. l. in
17. lib. Paul. ad Edict. & ad d. l. eum
qui 13. ff. de iurisd. Bret. cap. 12. De
ord. iud.

Neque obstat contrarium, quia
respondeo non omnem iurisdictio
nem esse iudicis dãdi licẽtiam, sed
eam tantum, quę inest mixto impe
rio, & de qua loquitur Vlpianus *in*
d. l. imperium 3. ff. de iurisd. vti con-
stat ex illa dictione, *etiã*, quæ signi-
ficat loqui Vlpianũ de ea iurisdictio
ne, de qua supra fuerat locutus, nẽ-
pe de iurisdictione, quæ inest mix-
to imperio: nam, cum dixisset, mix-
tum esse imperium, cui etiam iuris-
dictio inest, huius rei demonstran-
dæ, & comprobãdæ gratia, duo pro
fert exempla, vnum dationis bono
rum possessionis; nam dare bonorũ
possessionem est imperij, & tamen
huic rei inest etiam iurisdictio, *vti*
latius ostendemus in 8. cap. quæst. 6.
num. 2. Alterum verò dationis iu-
dicis, quæ quamquam sit imperij *d.*
l. cum prætor 12. §. Itẽ hi ff. de iudic.
continet tamen etiam iurisdictio-
nem. Itaque subijcit, *Iurisdictio est*
etiam iudicis dandi licentia, hoc sen
su, iudicis dandi licentia est etiam
10 iurisdictio, † *vt eleganter explicant*
Alcia. lib. 2. Parad. cap. 8. Nicol. Bell.
lib. 3. Supp. c. 4. in prin. & c. 6. nu. 2.
Egu. Baro lib. 1. varia. q. fo. 25. 28. &
48. Camill. Plaut. in rub. ff. de off. eius
lib. 2. cap. 63. num. 6. & 7. & Cuiac.
lib. 21. obser. cap. 30. & ad l. 1. ff. de
off. eius, in 1. lib. quæst. Papin. Ex hoc
igitur intelligimus non pertinere
dictum Vlpiani ad magistratus mu
nicipales, qui facere non possunt
ea, quæ sunt imperij, sed ad vrba-
nos, de quibus *l. imperium* accipien
dam esse intelligimus ex eius in-
scriptione, quæ est, De officio Quæ
storis, *vti Cuiac. in d. l. cum prætor, in*
17. lib. Paul. ad Edict. animaduertit

licet

licet per quandam potestatis consequentiam verum sit, & ad prouinciales pertinere, *secundum ea, quæ diximus in 2.c.q.1. nu.33. & in hoc ipso c.q.1.nu.6.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus proconsulis potest dare iudicem.*

2 *Iudicem dare non potest is, cui mãdata est iurisdictio, excepto legato proconsulis, Sed contra nu.10.*

3 *Iudicis dandi licentia specialiter tribuitur, Sed contra nu.21.*

4 *Magistratus non est is, cui mandata est iurisdictio.*

5 *Iudicem dare possunt ij, quibus mandata est iurisdictio in vrbe, nõ etiã in prouincijs, excepto legato proconsulis, Sed contra nu.10.*

6 *Iudicis dandi licentia competit vrbanis iure magistratus, prouincialibus verò tribuitur specialiter, Sed contra nu.21.*

7 *Legato procõsulis data est iudicis datio lege, Sed contra nu.27.*

8 *Declaratur l. cum prætor 12.§. is quoque ff. de iudic. & nu.9. 11. 12. 13. 17. & 28.*

10 *Iudicem dare possunt omnes, quibus mandatur iurisdictio.*

14 *Legati Sedis Apostolicæ sunt similes Proconsulibus.*

15 *Delegati a legatis Sedis Apostolicæ possunt subdelegare.*

16 *Exempla declarant regulam, in quibus casibus procedat.*

18 *Legatus non dabatur præsidibus.*

19 *Prouinciales mãdare possunt ea, quæ possunt vrbani.*

20 *Procurator Cæsaris, qui præsidis vices gerit, potest dare iudicem in lite priuatorum.*

21 *Iudicis dandi licentia competit iure magistratus.*

22 *Magistratus appellatione continetur is, cui mandata est iurisdictio.*

23 *Declaratur l. eum qui 13. ff. de iurisd.*

24 *Iubere iudicare, & dare iudices differunt; Sed contra nu.25. & 26.*

27 *Legato proconsulis competit iudicis dandi licentia ex vi mandati non lege.*

29 *Argumentum a legato proconsulis ad eum, cui a prætore mandatur iurisdictio valet.*

30 *Iudex datus Iudicem dare non potest.*

An ij, quibus mandatur iurisdictio iudicem dare potuerint.

Quæstio Tertia.



T hi quidẽ magistratus Iudicem dare possunt; Qui autẽ magistratus nõ sunt, sed eorum vices gerunt, idest ij, quibus mandata est iurisdictio, an iudices dare possint (vtiq; autẽ de ordinarijs iudicijs loquor) magna solet esse quæstio: nam, etsi de legato proconsulis nemo dubitet, cum certi iuris sit habere eum, mandata iurisdictione, dandi iudi-
1 cis facultatem † *l. legatus 12. ff. de off. proc. & leg. l. cum prætor 12.§. is quoque ff. de iudic. l. sæpè 8. l. generaliter 9. ff. de off. præsid. Fenest. de magistratibus cap. 12.* dubitatur tamen de cœteris, quibus a prætore, vel a præside mandatur iurisdictio: Et quamuis *in primo cap. quæst. 5. num. 13. & 14.* simpliciter dixerimus, eũ, cui mãdata est iurisdictio, posse dare iudicem: cõstat tamen hanc quæstionem in tres esse diuisam sententias, quarum.

Prima fuit existimantium excepto legato proconsulis, nulli post mandatam iurisdictionem iudicis
2 dandi facultatem competere † *Fuit hac sententia Coras. in l. eum qui 13. num. 3. ff. de iurisd. & eorum quos referemus.*

feremus in quæst. seq. num 51. Eiusdem sententia fuerunt etiam hi, quos referemus in eadem quæst. seq. num. 53. dum aiunt esse speciale in legato Proconsulis, ut Iudicem dare possit. Videtur autem hæc opinio probari.

Primo, quia, quæ specialiter lege, vel S. C. vel constitutione principum tribuuntur, mandata iurisdictione non trausferũtur *l. 1. in prin. ff. de off. eius*, Sed Iudicis daudi licentia specialiter lege, vel S.C. vel con-
3 stitutione principũ tribuitur † *l. cũ prætor 12. §. 1. ff. de Iudic. & scribunt Coras. in d. l. eum qui 13. num. 3. ff. de Iurisd. Camill. Plaut. in rub. ff. de off. eius, lib. 1. cap. 14. num. 17. & lib. 2. cap. 13. num. 3. & 5. Io. Gill. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 22. num. 1. Andr. Fach. lib. 1. contr. cap. 45. & fatentur etiam ij, quos referemus in quæst. seq. num. 43.* Mandata igitur iurisdictione non transferretur.

Secundo videtur eadem pars cõprobari *l. eum, qui 13. ff. de Iurisd.* vbi Vlpianus; *eum, qui iudicare iubet,* inquit, *magistratum esse oportet.* Non est autem magistratus is, cui
4 man data est iurisdictio, † *ut scribũt Azo in summa C. de Iurisd. om. Iud. num. 6. Io. Gill. lib. 2 de Iurisd & Imp. cap. 22. num. 1. Coras. in d. l. eum qui, num. 3. Cuiac. in l more 5. ff de Iurisd. & ad l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Papin. & ad l. & quia 6. ff. de Iurisd. in 2. lib. Paul. ad Edict. Donell. lib. 17. comm. cap. 7. Petr. Fab. in dict. l. nemo potest 70. ff. de reg. iur.* Non poterit igitur iubere iudicare.

Secunda fuit opinio existimantium, in hac re parem non esse caussam eorum, quibus ab vrbanis, & eorũ, quibus a prouincialibus mandatur iurisdictio: nam eos, quibus mandatur iurisdictio a prætore, vel ab alio magistratu vrbano, censent Iudicis dandi facultatẽ habere, eos vetò quibus a prouinciali, non habere, solo excepto legato Procon-
5 sulis. † *Fuit hac sententia Ant. Gou. ad l. 1. num. 22. & 23. & ad l. more 5. num. 2. & ibi Cuiac. ff. de Iurisd. Cuiac. ad l. cum prætor 12. ff. de Iudic. & ad eand. l. in 17. lib. Paul. ad Edict. ad l. legatus 12. ff. de off. proc. & leg. in 2. lib. eiusdem Paul. ad Edict. & ad l. & quia 6. ff. de Iurisd. in eund. lib. & ad l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. quæst. Papin.* Mouentur autem ea ratione, quia Iudicis dandi licentia specialiter tribuitur prouincialibus, urbanis uetò competit iure magistratus, cum illis detur lege, uel S.C. uel constitutione, his uetò cõpetat more *d. l. cum prætor 12. §. 1. & §. Item hi ff. de Iudic. & diximus in 2. cap.*
6 *quæst. 2. num. 2. & 3.* † *Ita scribunt Ant. Gou. & Cuiac in supra relatis locis. & simpliciter de prouincialibus Ant. Gou. in d. l. 1. num. 12. in l. iubere 4. num. 21. ff. de Iurisd Cuiac. in d. l. eum qui 13. ff. de Iurisd. Bret. cap. 12. de ord. Iudic.* Debet igitur mandata iurisdictione ab his, non etiam ab illis transferri, ut definit Papinianus *in dict. l. 1. in prin. ff. de offic. eius.*

Legatum autẽ Proconsulis, ideo censent utriusque sententiæ sectatores in hac re differre a coeteris, quoniam illi ius hoc specialiter tri-
7 butum est lege; † *Ita scribũt Dec. in rub. ff. de off. eius, nu. 10. vers nõ obstãt allegata, et ibi Cagn. n. 20. Mart. Mõt. nu. 70. Camill. Plaut. lib. 1. cap. 9. nu. 3 & 4. & cap. 12. nu. 14. & lib. 2. cap. 13. num. 4. & 5. Io. Gill. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 22. num. 2. Coras. in d. l. more 5. num. 5. & in d. l. eum qui 13. nu. 1. & 3. ff. de Iurisd. Ant. Gou. lib. 2. de Iurisd. num. 20. & ad l. 1. nu. 23. & ad l. & quia 6. num. 9. ff. eod. Cuiac. ad dict. l. cum prætor 12. ff. de Iudic. & ad eand. l. in 17. lib. Paul. ad Edict.*

Edict. ad d. l. legatus 12. ff. de off. proc. & leg. in 2. lib. Paul. ad Edict. & ad l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. quaest. Papin. Hoto lib. 3. obs. cap. 4. Bret. cap. 12. de ordin. Iudic. Et fuit de mente omniũ, quos referemus in seq. quaest. num. 53. dum aiunt esse speciale in legato procõsulis, vt possit dare iudicem : Quomodo, & datio tutoris constitutione Diui Marci *l. 1. §. legatus ff. de tut. & cur.* Lege autem fuisse hoc ius illi tributum probant *eadem l. cum praetor 12. §. lege ff. de Iudic.* nam postea
8 quam scripsit Paulus † lege iudicem dare posse proconsulem, statim subijcit, *Is quoque, cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest, vt sunt legati proconsulum:* quae verba ita putant accipiẽda, vt legati possint qui-
9 dem dare iudicẽ, sed lege, † (*Quod etiã de caeteris, quibus a praetore, vel ab alijs mandatur iurisdictio intelligunt Cagn. in d. rub. ff. de off. eius, nu. 20. & ibi Camill. Plaut. lib. 1. cap. 12. num. 14. & lib. 2. cap. 13. numero 10. Egu. Bar. lib. 1. varia. quaest. fo. 25. Coras. in d. l. legatus 12. num 3. ff. de off. proc. & leg. & Anton. Gou. sibi contrarius in dict. l. eum qui 13. numero 2. ff. de Iurisd.*) quasi §. *is quoque* ideo sequatur immediate §. *lege*, quia, & in eo tractatur de ijs, quibus lege permissum est dare iudicem. Et sanè non videtur legatus habere hoc ius ex vi mandatae iurisdictionis, quia, cum proconsuli datum sit lege *d. §. lege, & nos diximus in 2. cap. quaest. 2. numero 2.* non potest per consequentias ex eius mandato in legatũ tranferri *l. 1. in prin. ff. de off. eius*, Quo fit, vt necessario fatẽdum videatur, hoc ius specialiter lege fuisse legato tributum.

Sed haec quamuis subtiliter, ingeniosèque dicta sint, mihi tamen non videtur admittenda: nam veriorem esse puto Tertiam sententiam existimantiũ, omnes, quibus (inspecto veterum iudiciorum ordine) mandatur iurisdictio, siue in vrbe, siue in prouincijs, siue a proconsule, siue a praeside, iudicis dandi potestatem habere, nec in legato proconsulis ius aliquod singulare posse cõsiderari, quasi fuerit hoc ius specialiter ei tributum, sed parem in hoc esse causam omnium,
10 quibus iurisdictio demandatur. † *Fuit haec sententia Alcia. lib. 2. Parad. cap. 5. num. 1. Claud. Cantiun. lib. 2. de offic. Iud. cap. 2. numero 17. Longouall. ad l. imperium 3. num. 22. ff. de Iurisd. Purp. in rub. ff. de offic. eius, num. 6. & ibi Muret. & Camill. Plaut. lib. 1. cap. 11. num. 6. & cap. 12. num. 14. & lib. 2. cap. 13. numero 10. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 7. & 8. & ad l more 5. & ibi Egu. Bar. ff. eodem Duar. ad tit. ff. de Iudic. cap. de Iudicibus datis, & in Apolog. numero 13. Egu. Bar. lib. 1. varia. quaest. fo. 25. & 38. ad l. legatus 12. ff. de offic. proc. & leg. & ad l. eum qui 13. ff. de Iurisd. Eduar. pro Egu. fo. 27. & 42. Petr. Fab. ad l. nemo potest 71. ff. de reg. Iur. Donell. lib. 17. comm. cap. 21. & 23.* Moueor autem.

Primo *l. cum praetor 12. §. is quo-*
11 *que ff. de Iudic* vbi Paulus, † *is quoque*, inquit, *cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest*; nam, cum haec oratio sit indefinita debet per consequentias aequipollere vniuersali, *l. si plures 96. ff. de leg. 3.* Nec est contrarium, quod postea subijciat Paulus illa verba, *vt sunt legati Proconsulum*, quia, cum exẽpli tantum gratia proferantur, vt apparet ex illa dictione, *vt*, consequens est, vt regulam constringere non intelligantur, *l. nam, quod*
12 *liquida 4. §. vlt. ff. de pen. legat.* † *Ita Alcia. dict. lib. 2. Parad. cap. 5. numero 1. Donell. dict. lib. 17. comm. cap. 23. Camill. Plaut. in dict. rub. ff. de off.*

de off. eius lib. 2. cap. 13. nu. 10. & est
de mente omnium, quos retulimus su
pra nu. 10.
Dicet aliquis, illam dictionem,
vt, non semper poni exemplificati-
uè, sed interdum demonstratiuè, &
ita sumi *in d. §. is quoque* quia Pau-
lus postea, quam dixit, eum, cui
mandata est iurisdictio posse dare
iudicem, declarat in quibus perso-
nis id locum habeat; Itaque subij-
cit, *vt sunt legati proconsulum*, qui-
bus verbis restringit dispositionem
præcedentem ad huiusmodi lega-
13 tos, † *vt ibidem declarant glo. in*
verb. mandata, & Castr. numero 1.
Nicol. Bell. lib. 3. supp. cap. 10. nu-
mero 2. Io. Gill. lib. 2. De Iurisd. &
imp. cap. 22. numero 2. Cuiac. in dict.
l. cum prætor 12. ff. de Iudic. & est de
mente omnium, qui censent esse spe-
ciale in legato proconsulis, vt pos-
sit dare iudicem, quos referemus in
quæst. seq. num. 53. Et dato etiam,
quod illa verba intelligerẽtur pro-
lata exempli gratia, nõ tamen eius
loci dispositio videretur accipien-
da de omnibus, quibus mandatur
iurisdictio, sed de ijs tantum, qui
legato proconsulis comparantur,
vt sunt ij, quibus Cardinales lega-
ti vices suas committunt; nã, quia
tales Sedis Apostolicæ legati sunt
14 instar proconsulum † *cap. 2. De off.*
leg. in 6. ideo eorum legati, tam-
quam similes legato proconsulis
15 possunt, & ipsi dare iudicem † *vt*
scribunt Bart. in l. legatus 12. in se-
cunda lect. num. 1. ff. off. proc. & leg.
Bald. in l. a Iudice 5. num. 1. & ibi
Alex. num. 5. Ias. num. 7. C. de Iudic.
Castr. in dict. l. cum prætor 12. §. 1.
num. 1. ff. de Iudic. Alex. in d. l. more
5. num. 8. & ibi Dec. num. 16. Purp.
nu. 97. Caccialup. nu. 22. ff. de Iurisd.
Exempla enim, licet non constrin-
gant regulam, declarant tamen, in
16 quibus casibus ea procedat, † *vt est*
doctr. gl. in l. 2. in verb. ob aliud ff. de
priu. delict. Paul. Oria. ĩ d. l. 1. in prin.
num. 35. vers. in proposito ff. de off.
eius, Polit. in l. re coniunctis. 87. num.
31. ff. de leg. 3. Coras. ad l. 1. num. 12.
17 *ff. de Iurisd.* † *Ita Cagn. in d. rub. ff.*
de off. eius nu. 16. versi. Ad adducta
Seba. Sap. in l. fin. num. 2. ff. de off.
eius, Nicol. Bell. d. lib. 3. Supput. cap.
10. num. 1. Sed est verius illa ver-
ba, *vt sunt legati proconsulum*, exem
pli tantum gratia censeri prolata,
ideoque regulam non constrin-
gere, nec impedire, quominus ea
sit accipienda de omnibus quibus
mandatur iurisdictio, *vt ex sequen-*
tibus fundamentis clarius appare-
bit: Alioquin enim perperam di-
xisset Paulus permodum regulæ,
eum, cui mandata est iurisdictio,
posse dare iudicem, si non nisi in
legato proconsulis haberet locum:
cum tunc temporis nullus ei simi-
lis considerari posset: Nec enim
aut præsidi, aut alij potestati pro-
uinciali, præterquã proconsuli sole
bat legatus a principe vel a senatu
18 dari, † *vt scribũt Castr. in l. cognitio*
4. in prin. n. 4. ff. de off. eius, Ant. Gou.
in l. 1. num. 15. ff. de Iurisd. Vues. ad
pri. tit. Inst. de susp. tut. Bret. cap. 10.
de ord. iudic. & constat ex ijs, quæ di-
ximus in 4. cap. quæst. 1. numero 3.
Nec Paulus tamquam paganus po-
tuit Sedis Apostolicæ legatos, &
qui ab eis delegantur, præsentire.
Secundo moueor, quia iurisdi-
ctionis mandatum, quod a pro-
uinciali potestate fit, debet estima-
ri, & regulari, secundum manda-
tum, quod fit ab vrbanis, vt scili-
cet, quæ vrbani mandare possunt,
19 & prouinciales possint, † *vt scri-*
bit Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 7.
&, quæ ab illis mandata iurisdi-
ctione transferuntur, & ab his per
consequentias censeantur transfer
ri: Alioquin enim nisi ad vrbano-

rum poteſtatem reſpectus haberetur, ne iuriſdictionem quidem ipſam prouinciales in alios transferre poſſent, ſcilicet quia non more creabantur, aut habebant iuriſdictionem, ſed lege, vel S.C. vel conſtitutione, *vti diximus in 2. cap. quaſt. 1. num. 15.* nec dici poſſent habere iuriſdictionem iure magiſtratus, cum nec magiſtratus eſſent; Sed quia loco magiſtratuum ſunt, ideſt, pro conſulibus, vel pro prætoribus, qui antea prouincias adminiſtrabãt fit, vt eam iuriſdictionem, & illud imperium, quod haberent conſules, & prætores iure ſuo, ideſt iure magiſtratus, ſi prouincias regerẽt, vt olim moris erat, dicantur eodem iure per quandam conſequentiam habere proconſules, vel proprætores, ſiue pręſides, qui loco eorum ſunt, tametſi lege, vel S. C. vel conſtitutione conſtituantur. & habeãt iuriſdictionem, *vti diximus in eod. 2. cap. quaſt.* 1. *num. 33.* Itaque verum eſt a prouincialibus mandata iuriſdictione, ea transferri, & quidem ſola, quæ ab vrbanis magiſtratibus transferuntur *l. 2. ff. de off. eius,* Et ideo Papinianus *in l. 1. §. qui mandatam ff. eod.* poſtea quam dixit, Iuriſdictionem tranſire more maiorum (quæ res ad vrbanos tãtum videtur pertinere, qui ſoli more maiorum iuriſdictionem habent) merum autem imperiũ, quod lege datur, non tranſire, infert ad legatum Proconſulis, &, *Quare,* inquit, *nemo dicit animaduerſionem legatum proconſulis habere mandata iuriſdictione,* ideo, quia, cũ quęrimus, quæ transferantur in legatũ proconſulis mandata iuriſdictione, debemus inſpicere, quæ more maiorum tranſeant in eum, cui mandata eſt a prætore iuriſdictio. Atqui mandata a prætore, vel ab alio vrbano magiſtratu iuriſdictione tranſit iudicis dandi licentia, vt *rectè fatentur ſecunda ſententia ſectatores, &* probatur ex eo, quia cum eis competat more maiorum, *vt diximus in 2. cap. q. 2. nu. 3.* & cõſequenter iure magiſtratus, *vt dicemus in 8. cap. q. 1. nu. 22.* Debet per conſequentias mandata iuriſdictione transferri. Quo fit, vt etiam in eos, quibus a prouinciali mandatur iuriſdictio, tranſire debeat.

Tertio moueor, quia, ſiue in vrbe, ſiue in prouincijs mandetur iuriſdictio, vtique mandantur partes magiſtratus, *l. ſolet 16. ff. de Iuriſd. l. & ſi prætor 3. ff. de off. eius,* & ipſum iuriſdicundi officium *l. 1. §. damus ff. de ſuſp. tut.* Sed in ordinarijs iudicijs partes magiſtratus ſunt dare iudices, & Iuriſdicundi officiũ conſiſtit neceſſario in dandis iudicibus cũ formula, ſiue in vrbe, ſiue in prouincijs; nam nec ipſimet pręſides iudicare poterant, ſed debebant darè iudices *l. 2. C. de ped. Iud. & diximus in 3. cap quaſt 2. nu.* 1. exceptis illis cauſis fauorabilibus, quas *ibidẽ nu. 4. & ſeq.* retulimus. Ergo mandata iuriſdictione, vel a prætore, vel a procõſule, vel a preſide, neceſſario cenſeri debuit mandata iudicis datio cum formula, ne alioquin ordo iudicij, quem veteres, niſi in fauorabilibus illis cauſis mutari non patiebantur, neceſſario debuiſſet alterari, & iudicium, quod datis cum formula iudicibus, eſſe debebat ordinariũ, mandata iuriſdictione fieret extraordinarium, quod iuris ratio non admittebat;

Quarto moueor, quia mandata iuriſdictione ſine dubio tam in vrbe, quam in prouincijs iuriſdictio tranſit *l. 1. § qui mandatam verſ. verius ff. de off. eius,* & cum ea tranſit imperium quod iuriſdictioni cohæret *d. l. 1. §. vlt. ff. eodem* ideſt tranſeunt

ſeunt ea omnia, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt *l. 2. ff. de Iuriſd.* Ergo quicquid eſt iuriſdictionis, aut imperij iuriſdictioni cohærentis, ideſt id omne, ſine quo iuriſdictio non poteſt expediri, mandata iuriſdictione träſferretur. Atqui iudicis dandi licentia eſt iuriſdictionis, *ſecundum eos, quos referemus in octauo cap. quæſt. 8. numero 3.* aut, (vt ipſi verius arbitramur) imperij iuriſdictioni cohærentis, ideſt imperij mixti, *vt diximus in quæſt. præced. num. 10. & latius dicemus in 8. cap. quæſt. 8. numero 6.* eius ſcilicet, ſine quo iuriſdictio commodè explicari nõ poteſt, *vt ſcribit Eduar. pro Egu. fo. 31.* Debet igitur mandata iuriſdictione transferri.

Nõ moueor autem *l. 1. C. de ped. Iud. & l. ex cõſenſu 23. §. 1. ff. de app.*
20 ex quibus conſtat, † procuratorem Cæſaris, qui vices gerit præſidis, & eius partibus fungitur, in lite priuatorum ius dandi iudicis habere, *vt monetur Donell. d. lib. 17. comm. cap. 23.* quia non loquuntur de eo, qui gerit vices præſidis ex eius mãdato, de quo nos diſputamus, ſed de eo, qui fuit a principe ſubrogatus in locum præſidis, aut defuncti, aut abſentis, vt eius loco, & vice prouinciam adminiſtret, vſq; quo fuerit aut nouus præſes deputatus, aut abſens reuerſus; nam is, licet alterius vices gerat, in omnibus tamen pro magiſtratu eſt, & eandem interim, quam haberet præſes, poteſtatem habet, adeo, vt facere poſſit etiam ea, quæ regulariter in eũ, cui mandatur iuriſdictio, non transferuntur, *vt oſtendemus in 8. cap. quæſt. 3. circa fin.* Quamobrem nulla poteſt eorum locorũ eſſe vis ad hanc ſententiam comprobandam, ſed eius confirmatio deducẽda eſt ex argumentis, quæ ſupra retulimus, & quibus.

Non obſtant contraria: nam ad ad Primum reſpondeo, negando iudicis dandi licentiam ſpecialiter tributam eſſe magiſtratibus, aut vrbanis, aut prouincialibus: verius enim eſt tam his, quam illis eam competere iure magiſtratus,
21 † *vt ſcribũt Duar. ad tit. ff. de Iuriſd. cap. 5. & 7. ad l. imperium 3. ff. eod. & ad tit. ff. de Iudic. cap. de Iudicibus datis, Petr. Fab. ad l. nemo poteſt 71. ff. de reg. iur.*

Nec eſt contrarium, quod prouincialibus detur lege, quia reſpõdeo, licet detur lege, non tamen ſequi ſpecialiter eſſe tributam: nã, cum ius prouincialium magiſtratuum a iure magiſtratuum vrbanorum, qui ſoli propriè, & verè dicuntur magiſtratus, debeat æſtimari, Conſequens eſt, ut iudicis dandi licentia, quæ vrbanis competit more maiorum, & conſequenter iure magiſtratus, dicatur eodem iure competere prouincialibus, tametſi eam habeant lege, vel S. C. vel conſtitutione, *ſecundum ea, quæ diximus in ſecundo cap. quæſt. 1. num. 33.*

Ad ſecundum verò reſpondeo magiſtratus appellatione, & vices eius gerentem, ideſt, eum, cui mandata eſt iuriſdictio contineri,
22 † vt, cum dicimus, magiſtratus, vel præſides ſolos, poſſe dicere mulctam *l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb. ſign.* poſſe de ſuſpectis cognoſcere *l. 1. §. ſuſpecti ff. ad Turp.* vel, cum dicimus, neceſſarium eſſe prætorem, vbi cauſæ cognitio deſideratur, *l. vbicunque 106. ff. de reg. iur.* nam his caſibus, & alijs ſimilibus, magiſtratuum appellatione continentur etiam ij, quibus mandatur iuriſdictio, quia, licet magiſtratus non ſint, loco tamen magiſtratuum ſunt, quippe,

pe, quorum partibus, & vice fun-
guntur *l. ſolet 16. ff. de Iuriſd. l. etſi*
23 *prætor 3. ff. de off. eius.* † *Et ita re-*
ſpondent Egu. Bar. in dict. l. eum qui
13. ff. de Iuriſd. Donell. lib. 17. comm.
cap. 23.

Non reſpondeo autem, aliud eſ-
ſe iubere iudicare, aliud dare iudi-
ces, quaſi ſolus magiſtratus poſſit
iubere iudicare, dare verò iudices
poſſit etiam is, cui mandata eſt iu-
24 riſdictio, † *vt reſpondet Duar. ad*
tit. ff. de off. proc. & leg cap. 3. & in
dict. l. eum qui 13. ff. de Iuriſd. quia
verius eſt, Imo nihil inter hæc eſſe
25 diſcriminis: † *vt ſcripſerunt Egu.*
Bar. in dict. l. eum qui 13. & ibi Co-
raſ. numero 1. & 8. & Cuiac. ff. de
Iuriſd. Donell. dict. lib. 17. comm. cap.
23. nam, & qui dat iudices, iudica-
re iubet, *vt dicemus in 7. cap. quæſt.*
1. num. 20. Alioquin enim fruſtra
darentur iudices, niſi quis poſſet
eis iubere iudicare: Quo fit, vt, ſi
is, cui mandata eſt iuriſdictio po-
teſt dare iudices, poſſit etiam per
conſequẽtias iubere iudicare, quia
conceſſa poteſtate, & iuriſdictione
cenſentur conceſſa ea omnia, ſine
quibus illa poteſtas expediri non
poteſt, *l. 2. ff. de Iuriſd l. vlt. §. vlt. ff.*
26 *de off. eius,* † *Ita Donell. dict. lib. 17.*
cap. 23.

Denique non dico legatos pro-
conſulis habere dandi iudicis po-
teſtatem lege, quia verius eſt, hoc
ius eis competere beneficio procõ-
ſulis, ex vi ſcilicet mandatæ iuriſ-
27 dictionis, *vt ſcribunt Purp. in dict.*
rub. ff. de off. eius, num. 6 Eduar. pro
Egu. fo. 42. Petr. Fab. in dict. l. nemo
poteſt 71. ff. de reg. iur. nam, cum ip-
ſi proconſuli competat iure magi-
ſtratus, *vt oſtendimus ſupra nu. 21.*
& ſit ex genere eorum, quæ iuriſdi-
ctioni cohærent, fieri non poteſt,
quin iure communi, & ſine alicuius
legis beneficio transferatur, *ſecun-*
dũ ea, quæ dicemus in 9. cap. quæſt. 1.
num. 4.

Nec, obſtat, quod *in d. l. cum præ-*
28 *tor 12. §. is quoque* Paulus † de le-
gato proconſulis loquatur, poſtea,
quam ſcripſerat, lege poſſe dare iu-
dicem proconſulem: quia ex hoc
non ſequitur, etiam legato datum
eſſe hoc ius lege, non magis, quam
alijs, quibus mandata eſt iuriſdi-
ctio, de quibus omnibus ibi *Paulus*
loquitur: Ideo enim ſtatim *poſt §.*
lege, ſubijcit, eum quoque poſſe da-
re iudicem, cui mandata eſt iuriſdi-
ctio; quia ex dictis *in §. 1. & §. lege,*
facile quis dubitare potuiſſet, num
hæc poteſtas transferretur manda-
ta iuriſdictione, propterea, quod
ea, quæ lege dantur, vel S. C. vel
conſtitutione, mãdata iuriſdictio-
ne non transferruntur *l. 1. in princ.*
ff. de off. eius, & ideo tollendæ dubi-
tationis huius gratia ſtatim ſubie-
cit, eum quoque, cui mandata eſt
iuriſdictio poſſe dare iudicem, hoc
ſenſu, licet dixerimus, iudicem ab
his dari poſſe, quibus hoc ius datũ
eſt lege, vel S. C. vel conſtitutione,
non tamen ex hoc rectè quis infe-
ret, mandata iuriſdictione nõ trans
ferri: nam verius eſt, etiam eum, cui
mandata eſt iuriſdictio poſſe dare
iudicem, vt ſunt legati proconſu-
lum, ſcilicet, quia licet, Proconſu-
les lege dent iudices, non tamẽ hoc
ius eis ſpecialiter tributum eſt, ſed
competit iure magiſtratus, per cõ-
ſequentias ſcilicet vrbanorum ma-
giſtratuum, a quorum officio, & po
teſtate prouincialium quoque po-
teſtas debet æſtimari, *ſecundum ea,*
quæ diximus.

Non eſt igitur hoc ſingulare in
legato pro cõſulis, vt contrariæ ſen-
tentiæ defenſores arbitrantur, ſed
eſt illi cum omnibus, quibus man-
datur iuriſdictio commune; Ideo-
que verba illa, *vt ſunt legati procon-*
ſulum,

ſulum,

sulum, debent intelligi prolata exẽpli gratia, *vt rectè docuerunt ij, quos retulimus supra num. 12.* Maximè, cum ij, quibus a prætore mandatur iurisdictio, non debeant censeri dissimiles legatis proconsulum in ijs, quæ prætori non specialiter aliqua lege tributa sunt, sed more competunt, vt cõpetit iudicis dandi licentia *d.l. cum prætor 12. §. Item hi ff. de Iudic. & diximus in 2.c. q. 2. nu. 3.* Qua ratione, cum Diuorum Seueri, & Antonini rescripto declaratum esset, mandata generali iurisdictione legato proconsulis, posse eũ, & de suspecto tutore cognoscere *in l. cognitio 4. in prin. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd.* Vlpianus *in l. 1. §. damus ff. de susp. tut.* ita infert, *Ergo, etsi prætor mãdet iurisdictionem, simili modo dicendum est, suspectum posse apud eum postulari, cui mandata est: cum enim sit in prouincia hoc rescriptum, consequens erit dicere etiam eum, cui a prætore mãdata est iurisdictio, posse de suspecto cognoscere.* Itaque a legato proconsulis arguit Vlpianus ad eum, cui a prætore mandatur iurisdictio, vt scilicet, quæ transferuntur in legatum, censeantur etiam in eum, cui mandatur a prætore iurisdictio, trâsfer-
29 ri; Quod vtique *fieri posse † fatentur Alcia. lib. 2. Parad. cap. 5. num. 1. & Ant. Gou. lib. 1. de Iurisd. num. 37. &* verum est in ijs, quæ per consequentias mandatæ iurisdictionis transferuntur, Quomodo transfertur suspecti cognitio, *vt ostendemus in 8. cap. quæst. 22.* ne quis existimet, hoc etiam nos intelligere de ijs, quæ cum specialiter essent magistratibus tributa, non poterãt ex vi mandatæ iurisdictionis in legatum proconsulis transferri, sed beneficio legis, aut constitutionis ei concessa sunt, vt tutoris datio *l. 1 §. legatus ff. de tut. & cur.* nam hæc non rectè per consequẽtias dicentur in alios, quibus mâdatur iurisdictio, transferri.

Hæc autem, quæ de eo, cui mandata est iurisdictio, diximus, nemo putet, & in datis iudicibus habere locum, vt, et hi scilicet iudicem dare possint: nam certi iuris est, in ordinarijs iudicijs talem eos non ha-
30 bere potestatẽ, † *vt scribunt Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 5. nu. 2. Longoual. in d. l. imperium 3. nu. 22. & 23. ff. de Iurisd. Iac. de Nigr. in dict. rub. ff. de off. eius, n. 4. & ibi Camill. Plaut. lib. 1. cap. 12. nu. 1. & 14. & cap. 14. nu. 17. Ie Gillot. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 22. num. 1. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 8. ad l. more 5. l. solet 16. ff. eod. & ad tit. ff. de Iudic. cap. de Iudicibus datis, Egu. Bar. ad l. legatus, 12. ff. de off. proc. & leg. & ad l. fin. ff. de off. eius, Coras. in d. l. legatus 12. n. 3. ff. de off. proc. Cuiac. ad l. cum prætor 12. ff. de Ind. & ad eand. l. in 17. lib. Paul. ad Edict. & ad l. aliquãdo 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Papin. & lib. 9. obs. cap. 23 Donell. lib. 17. cõm. cap. 23. Petr. Fab. ad l. nemo potest 71 ff. de reg. Iur.* quia non solũ non habent imperium, ob cuius vim solẽt dari iudices *l. cum prætor 12. §. Item hi ff. de Indic.* sed ne iurisdictionem quidem, *l. ait prætor 5. in princ. ff. de re Iudic.* solam enim dicuntur habere notionem, idest cognoscendi, & iudicandi facultatem, *vt dicemus in 9. cap. q. 2. nu. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Delegare possunt ordinarij.*
2 *Delegare possunt etiam minores magistratus.*
3 *Delegare possunt omnes, qui iurisdictionem habent iure suo.*
4 *Ordinarij habent iurisdictionem iure suo.*
5 *Delegatus a principe potest subdelegare.*

6 Delegatus ad vnam causam eã subdelegare non poteſt.

7 Delegatus ſubdelegare non poteſt, & cur.num.10.

8 Delegare is tantum poteſt, qui habet iuriſdictionem iure ſuo.

9 Delegatus non habet iuriſdictionem iure ſuo, Sed alieno beneficio.

11 Delegatus poſt litem conteſtatam delegare poteſt, Sed contra num. 54.

12 Procurator poſt litis conteſtationem poteſt alium procuratorem ſubſtituere.

13 Procurator fit dominus litis per conteſtationem.

15 Procurator in multis diſtat a iudice delegato.

16 Delegatus non fit dominus per litis conteſtationem.

17 Procurator poſt litis conteſtationem non poteſt reuocari.

18 Delegatus etiam poſt litis cõteſtationem reuocari poteſt.

19 Delegatus poteſt ſubdelegare vnum articulum, Sed contra nu.20.

21 Quæ de toto dicuntur, eadem, & de partibus dicenda ſunt.

22 Declaratur clem. 1. De off.deleg.

23 Delegatus ad vnam litem, & delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ ſunt multum diſsimiles.

24 Subdelegatus a delegato principis ſubdelegare non poteſt, & cur numero 25.

26 Subdelegatus a delegato principis nõ poteſt ſubdelegare etiam vnũ articulum cauſæ.

27 Subdelegatus a delegato principis nõ poteſt ſubdelegare etiam poſt litis conteſtationem.

28 Declaratur cap.cum cauſam 62. De appell.

29 Delegatus cum poteſtate ſubdelegandi poteſt ſubdelegare, Sed contra num.42.

30 Delegandi poteſtas eſt iuriſdictionis.

31 Authoritate aliena facere quis poteſt, quæ iure ſuo non poſſet.

32 Authoritatem faciendi dans ipſe facere videtur, Declara, vt num.49.

33 Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur.

34 Delegatus ex authoritate ordinarij perinde habetur, ac ſi fuiſſet ab ordinario delegatus.

35 Delegatus ſubdelegare poteſt, ſi data ſit facultas ſubdelegandi nomine ipſius ordinarij, Sed contra nu.36. & 37.

38 Delegatus ſubdelegare poteſt, ſi data ſit ei facultas ſubdelegandi perſona certa, Sed contra numero 40. & 41.

39 Delegatio incerta perſona facta non valet.

43 Delegãdi poteſtas ſpecialiter tribuitur, Sed contra nu.44.

45 Ordinarius non poteſt a ſe abdicare proprietatem iuriſdictionis.

46 Delegatus a principe non poteſt ſubdelegare cum facultate ſubdelegandi.

47 Delegãdi poteſtas nec ſpecialiter tribuitur, nec competit iure magiſtratus.

48 Declaratur l.1.ff.de off.eius.

50 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non poteſt ipſam vniuerſitatem ſubdelegare.

51 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non poteſt ſubdelegare vnam cauſam, Sed contra num.54.

52 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum habet iuriſdictionem alieno beneficio.

53 Delegare vt poſsit legatus proconſulis eſt ius ſpeciale, Sed contra num.58.

55 Declaratur l. vlt. C. vbi, & apud quem.

56 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non poteſt delegare totam vniuerſitatem, ſed iudicem in vna cauſa dare poteſt.

57 Declaratur l.more 5.ff.de Iuriſd.

A qui-

A quibus hodie iudices delegaripoffint Quęftio Quarta.


N extraordinarijs autem
iudicijs,quibus vtimur,fi
quęramus,a quibus iudi-
ces delegari poffint, con-
ftat effe diftinguendos ordinarios
a delegatis: nam ordinarij fine du-
1 bio delegare poffunt † l.a Iudice 5.
l.vlt.C.de Indic.l.vlt.C.vbi,& apud
quem, l.vn. C. qui pro fua Iurifd.&
fcribunt gl.in l.more 5.in verb. alie-
no beneficio, & ibi Petr.de Bellap.in
princ. Bart. num.10. Caftr. num.1.
Iaf.in princ.& num.19. Purp.num.
85. Caccialup. num. 9. ff. de Iurifd.
Caftr. in l. a Iudice 5. num. 1. & ibi
Alex. num. 8. Iaf.num.2. & 11. C.
de Indic. Caftr. in l. cum prætor 12.
§. 1. num. 1. ff. de Iudic.& in l.vn.
num.2. C. qui pro fua Iurifd. Alex.
in rub. ff. de offic. eius, num. 23. &
ibi Purp. num.13. & Alb. num.9.
Iac.de Nigr.in l.vlt.num.1. ff.eodem
2 fiue fint maiores, fiue minores, †
vt fentiunt ij qui fcribunt quemli-
libet ordinarium delegare poffe, vt
Alex.in dict. l.more num.27. verfic.
Non obftat vltimum, Iaf. in d. l. a
Iudice, num.9. verf. teneo gl. in l. a
Pio 15. in princ. in verb. a fe, &
ibi Iaf. num. 1. ff. de re Iudic. Azo
in fumma C. de Iurifd. om. Iud.num.
17. quia poteftas delegandi com-
petit omnibus, qui iurifdictionem
3 habent iure fuo, † l. more 5. & ibi
tradũt Petr.de Bellap. num. 2. Bart.
in princ. & num.1. Caftr.numero 1.
Iaf.in princ. & num.1. verf. aliam,
Caccialup.num. 2. Iaf.in d.l.a Indi-
ce, num. 5. Quomodo habent or-
4 dinarij, † vt in d.l. more, fcribunt
Petr. de Bell. in princ. Bart. num.4.
Caftr.num.1. Iaf.in prin. Dec. num.
10. Purp. num.85. Iaf. in d.l.a Diuo
Pio 15. in princ. num.1.& in l.fi vni
36.num.8.ff.de re Iudic. & in l.1.§.
qui mandatam num.2.ff.de off.eius,
& in l.qui per falutem 33.numero 2.
ff. de Iureiur.Dec. in rub. ff. de offic.
eius, num.4.& ibi Alb.nu.2. Claud.
Cantiun.lib.2. de off. Iud.cap. 2. nu.
2.Vaco.aVacu.lib.6.declar.84.num.
2. & 9. in fin. Coraf. lib.3. Mifcell.
cap.19.num.1.

Cœterum, fi fint delegati, &
quæramus,an iudicis fubdelegan-
di poteftatem habeant, conftat re-
ferre, verũ loquamur de delegatis
a principe,an verò de ijs,qui ab or-
dinarijs delegantur: nam a princi-
pe delegati fine dubio fubdelegan-
5 di poteftatem habent † d. l.a Iudi-
ce 5.C.de Indic.d.l.vn.C.qui pro fua
Iurifd. cap. cum caufam 62. verfic.
mandamus de appell.cap. fi pro debi-
litate 3. cap. quamuis fimus 6. cap.
cũ te.18.c.fup quaftionũ 27.in prin.
cap. paftoralis 28. in princ. & §. 1.
cap. ex literis 29. cap. licet 30. cap.
cum R.Canonicus 35.cap.vlt.De off.
& pot.Iudic.deleg. cap. quamuis 6.
eodem tit.in 6. fcilicet, quia iurifdi-
ctionem,tametfi delegatam, parem
tamen habẽt cum ordinarijs, ac ve-
lut ordinariã, vt dicemus in 9. cap.
quaft. 8. nu. 3. imo maiorem quam
illi in caufa delegata, vt dicemus in
eod.9.cap.quaft.9.num.2.

Ab ordinarijs autẽ iudicibus delegati, an fubdelegare poffint, dubia folet effe quæftio, propterea, quod noftri iuris interpretes Digeftorum, & Codicis leges non diftinguentes, fed vno,eodemq; fenfu accipientes,tam eas,quę de mandanda in ordinarijs iudicijs iurifdictione,quam quæ de iudicibus dandis loquuntur, contorquent ad iudicum delegationem,quę fit in extraordinarijs, quarum tamen legũ, quanta fit in hac difputatione differentia,facile eft ex ijs intelligere, quæ diximus in 1.cap.q.5.Tradunt

autem passim in hac quæstione re-
ferre, vtrũ loquamur de iudicibus
ad vnam tãtum causam delegatis,
an verò de ijs, qui ad vniuersitatẽ
causarum delegantur: nam, si de il-
lis, si quidem totam causam subde-
legare velint, omnes fatentur, hoc
6 eis facere nõ licere. † *Ita enim scri-
pserunt gl. in d.l. legatus 12. in verb.
habet, & ibi Bart. in prima lect. ff. de
off. proc. & leg. gl. in l. vlt. in verb. nõ
posse, & ibi Bart. Castr. num. 2. Seb.
Sap. nu. 2. ff. de off. eius, gl. in cap. cum
causam 62. in verb. delegatus de ap-
pell. Bart. in l. solet 16. num. 1. & ibi
Ang. num. 1. ff. de Iurisd. Bart. in l. 1.
§. 1. nu. 1. ff. quis, & a quo app. Bald.
in d.l. a Iudice 5. in princ. & nu. 1. &
ibi Castr. nu. 7. C. de Iudic. Alex. in d.
l. more 5. num. 29. ff. de Iurisd. Paul.
Oria. in d. rub. ff. de off. eius, num. 12.
& ibi Mart. Mont. num. 69. vers. cir-
ca primum, Lud. Burg. in l. 1. num. 88
ff. de Iud. Claud. Cantiun. d. lib. 2. de
off. Iud. cap. 2. nu. 1. Alcia. lib. 2. Pa-
rad. cap. 5.* Et rectè; probatur enim.

Primo ijs locis, in quibus scribi-
tur simpliciter, delegatum non pos-
7 se subdelegare, † *vt in l. a Iudice 5.
C. de Iudic. cap. cum causam 62. De
appell. Quod etiam scripserunt gl. in
l. imperiũ. 3. in verb. Iurisdictio, et ibi
Bart. nu. 1. ff. de Iurisd. gl. in d. l. more
5. in verb. alieno beneficio, & ibi Ang.
in prin. Castr. num. 1. Alex. nu. 2. Ias.
in prin. & nu. 3. Dec. num. 2. Caccial.
n. 9. vers. 4. Purp. nu. 95. ff. de Iurisd.
gl. in l. 1. §. 1. in verb. ab eo, et ibi Bart.
n. 1. ff. quis, & a quo app. Azo in sum.
C. de Iurisd. om. Iud. n. 12. gl. in l. vlt.
in verb. non posse, & ibi Bart. Ang.
Castr. Ias. Dec. Purp. Iac. de Nig. Seb.
Sap. ff. de off. eius, Bart. in d. l. legatus
12. in prima lect. ff. de off. proc. & leg.
Bal. in d. l. a Iudice 5. n. 2. & ibi Ang.
in prin. Castr. num. 1. Alex. num. 1. 5.
& 14. Ias. num. 1. & 3. C. de Iudic.
Castr. in d. l. cum prætor 12. §. 1. nu. 1.
ff. de Iudic. & in d. l. vn. num. 2. C. qui
pro sua Iurisd. Alex. in rub. ff. de off.
eius, num. 6. & 23. & ibi Dec. nu. 10.
in fin. Cagn. num. 16. Alb. num. 9. Ias.
in d. l. 1. §. qui mandatam num. 2. ff.
eod. Claud. Cant. d. lib. 2. de off. Iud.
cap. 2. num. 8. & 16. Æmil. Ferr. in
in rub. C. de mand. prin. nu. 11. Andr.
Fach. d. lib. 1. contr. cap. 45.*

Secundo probatur, quia is tantũ
delegare potest, qui iurisdictionem
habet iure suo, non qui alieno be-
8 neficio † *d. l. more 5. & ibi not. Petr.
de Bellaper. num. 2. Bart. in princ. &
num. 1. Castr. num. 1. Dec. nu. 2. Cac-
cialup. num. 2. Dec. in d. rub. ff. de off.
eius, nu. 10. vers. sed ista, & ibi Cagn.
num. 16. Camill. Plant. lib. 1. cap. 11.
nu. 5. Io. Gillo lib. 2. de Iurisd. & Imp.
cap. 23.* Sed iudices delegati non
habẽt iurisdictionem iure suo, sed
9 alieno beneficio † *vt scribũt Bart.
in d. l. more, in princ. & num. 4. & ibi
Castr. num. 1. Alex. in l. si vni. 36. nu.
6. et ibi Ias. nu. 8. ff. de re Iud. Ias. in
l. 1. §. qui mandatam num. 2. ff. de off.
eius, Dec. in d. l. vlt. in princ. ff. de off.
eius, Cagn. in dict. rub. ff. de off. eius
numero 16. & 23. Claud. Cantiun.
dict. lib. 2. de offic. Iud. cap. 2. numero
4. Vasc. a Vasc. dict. lib. 6. decl. 84.
numero 2.* Non poterunt igitur de-
legare.

Tertio probatur, quia, qui rei
proprietatem non habet, sed so-
lum vsum, nõ potest eum in alium
transferre *l. in eo 11. ff. de vsu, et
hab. §. 1. Inst. eo.* Sed iudex dele-
gatus non habet proprietatem iu-
risdictionis, sed solum eius vsum,
& exercitium *l. 1. §. qui mandatã ff.
de off. eius, et dicemus in 9. cap. q. 7.*
Non poterit igitur eum in alium
10 transferre. † *Ita Ang. in d. l. more,
num. 1. et ibi Castr. num. 1. Alex.
num. 3. Ias. num. 1. Dec. num. 3. Cac-
cial. num. 3. Castr. in d. l. a Iudice 5.
num. 2. et ibi Ias. num. 5. C. de Iudic.*

Ias.

Ias.in d.l.1.§. qui mandatam nu.2. ff. de off.eius Alcia.ad l.Imperium 3. nu.27.ff.de Iurisd. Iac. de Nig. in l. fin.nu.3.ff.de off.eius, Andr.Fach.d. lib.1.controu.cap.46.

Planè, si lis fuerit coram delega-
11 to contestata censent † gl. in l. & quia.6.in verb.nec ipsa lex, in fin.ff. de Iurisd.in l.legatus 12.in verb. habet ff.de off.proc.& leg,in l.1.§.1.in verb.ab eo ff. quis, & a quo app. & in l.vlt.in verb.non habent C. vbi,& apud quem, Azo.in sum.C.de Iurisd. om.iud.nu.12.Cuiac. ad l. aliquando 5.ff.de off.proc.& leg.in 1. lib.q.Pap. & alij pleriq; subdelegare posse, quia,cum iurisdictionis mandatum ad aliarum causarum exemplum reguletur, l.& quia 6. ff. de Iurisd. & nos diximus in 1.c.q.1.num.1.& in alijs causis post litis cõtestationem possit procurator vices suas alteri committere, & procuratorem sub-
12 stituere † l.neq; 11.l. nulla 23. C. de procur. cap.1.§ licet de procur.in 6.
13 quasi factus litis dominus† l.ab executore 4.§.vlt.ff.de app.l.si procurator.11.§.1. ff. de dol. excep. Consequens videtur, vt hoc etiam possit is,cui iurisdictio fuit delegata,quasi & ipse factus litis dominus, vt ait gl.in §.si verò etiam quidã, in verb. contestatio. Auth.de exh.reis coll.5.

Sed est verius,quod alij frequẽtius tradiderunt, ne post litẽ quidẽ
14 cõtestatam subdelegare posse.† Ita enim censuerunt gl.in c. cum Bertoldus 18. in verb. committentibus de re iud. gl.in c.1.§. licet in verb. procurator De procur.in 6.Petr.de Bellap.in d.l.more.5.nu.11.& ibi Bart. nu.11.Ias.nu.54.Dec. nu. 38. (licet dicat articulum esse disputabilem) Caccialup.nu.24.Purp. n.100.vers. 6.Bart.in d.l.legatus 12.nu.3.& ibi Ang.ff.de off.proc.& leg.Bart. in l.1. §.1.nu.1.ff. quis, & a quo app. Ang. in d. l. a Iudice 5.numero 1.& ibi Castr. numero 5. Alex. numero 13. vbi testatur hanc esse communem cõclusionem,& Ias.nu.5. vers.3.C. de Iudic. Ang.in l.& quia 6.nu.6.ff. de Iurisd.& in l.vlt.in fi.C. vbi et apud quem, & alij frequentius. Probatur autem

Primo cap. cum causam 62. De appell.secundum ea, quæ dicemus infra nu.27.

Secundo ijs locis quos retulimus supra nu.7. in quibus generaliter scribitur, nulli, præterquam delegato a principe esse permissum delegare: nam, cum non distinguant, vtrum lis fuerit contestata, nec ne, debent per cousequentias indistincte intelligi, iuxta regulam l. de pretio 10.ff. de publicia.

Nec obstat, quod de procuratore dictum est, quia respondeo non esse in omnibus parem iurisdictionis mandatæ, & aliarum rerum causam, nam procurator in multis di-
15 stat a iudice delegato,† vt scribunt gl.in l.iudicium soluitur 58. in verb. iudicium ff.de Iud.gl.in l. & quia 6. in gl.vlt.& ibi Ang.nu.4.Alex.in d. l.more,nu.5. & ibi Caccial. nu.5.& 24.Ias.in l.a Diuo Pio 25. in prin.n. 26.ff.de re Iudic Iac.de Nigr.in l.2. nu.7.ff.de off.eius, & potissimum in hoc,quia, licet procurator per litis contestationem fiat dominus, non tamen idem de iudice delegato di-
16 ci potest,† vt scribunt Bart. in d.l. legatus 12.n. 3.& ibi Ang.ff. de off. proc.& leg.Petr.de Bellap.in d.l.more nu.11.& ibi Bart.nu.11.Ias. nu. 20.Dec.nu.38.Caccial.nu.24. Bart. in d.l.1.§.1.num. 1.ff. quis & a quo app.& in l.si reus 73 nu.3.ff. de procur.Bald.in rubri. decret. De off.& pot.Iud.deleg.nu.2.Ang.in d.l. a Iudice 5.nu.1.& ibi Castr.num.5. Ias. nu.5.vers.3.C. de Iudic. Castr. in l. Iudicium soluitur 58.nu. 2.ff.de Iudic.Ias.in l.si pluribus 33.nu.26.ff. de

de leg. 1. & patet ex eo, quia licet procurator post litis contestationẽ
17 reuocari non possit † *l. post litem* 17. ff. *de procur. c.* 2. *De procur. in* 6. iudex tamen delegatus potest, *vt di-*
18 *cemus in* 10. *c. q.* 7. *n.* 8. † *Et in his terminis considerant gl. in d. c.* 1. §. *licet, in verb. procurator, de procur. in* 6. *Petr. de Bellap. in d. l. more, nu.* 11. & *ibi Bart. nu.* 11. *Castr. nu.* 12. *Iaf. nu.* 20. *Dec. nu.* 38. *Bart. in d. l.* 1. §. 1. *nu.* 1. *ff. quis & a quo app. Aug. in d. l. a Iudice* 5. *nu.* 1. & *ibi Castr. num.* 5. *C. de Iudic. Castr. in d. l. Iudicium solui tur* 58. *nu.* 2. *ff. de Iud. Iaf. in d. l. a Diuo Pio* 15. *in prin. nu.* 9. & 16. ff. *de re Iud.* & *in d. l. si pluribus* 33. *nu.* 26. ff. *de leg.* 1.

Quod si non totam causam, sed vnam tantum eius articulum subdelegare velit, censent pleriq;, hoc
19 eum facere posse, † *vt Bart. in d. l. more* 5. *nu.* 11. & *in l. solet* 16. *nu.* 4. ff. *de Iurisd. Castr. in l. fi. nu.* 2. & *ibi Seb. Sap. nu.* 3. ff. *de off. eius, Castr. in d. l. a Iudice* 5. *nu.* 7. *C. de Iudic* moti Primo authoritate *clem.* 1. *de off. deleg.* Secundo ratione, quia idem videtur dicendum de singulis partibus respectu speciei, quod de singulis rebus respectu vniuersitatis *l. proponebatur* 76. ff. *de Iudic.* Sed delegatus ad vniuersitatem causarum potest vnam ex causis, quę sub vniuersitate continentur delegare, *vti dicemus infra nu* 54 Ergo & delegatus ad vnam speciem, poterit aliquam eius partem idest vnum articulum delegare.

Sed est verius, & receptius, si articulus sit iurisdictionalis, nõ posse
20 † *vt scripserunt Bart. in d. l. legatus* 12. *in* 2. *lect. nu.* 6. ff. *de off. proc.* & *leg. Ang. in d. l. more. n* 2. & *ibi Alex. nu.* 26. *vbi ait hanc esse magis communem, & Iaf. nu.* 54. *Purp. num.* 99. *vers. tamen, Caccialup. n.* 23. *Alex. in d. l. a Iudice, nu.* 10: & *ibi Iaf. nu.* 10 *vers.* 6. *vbi testatur ita omnes tenere, Io. Gall. lib.* 1. *de Iurisd.* & *Imp. c.* 22. *nu.* 1. *Andr. Fach. lib.* 1. *contron. c.* 46. *vbi testatur hanc esse magis cõmunem:* Probatur enim.

Primo, quia, quæ de toto dicuntur, eadem, & de partibus dicenda
21 sunt † *l. quæ de tota.* 75. *in prin. ff. de rei vẽd. l. si seruus eius.* 81. ff. *de acq. hered. l. in ratione* 30. §. *diligenter.* ff. *ad l. falc.* Sed delegatus non potest subdelegare totam causam, *vti supra dictum est*, Nec igitur poterit eius partem.

Secundo probatur, quia delegatus ab ordinario est similis ei, qui fuit a delegato principis subdelegatus, *vt dicemus infra nu.* 24. Sed subdelegatus a delegato principis non potest etiam vnum articulum causæ sibi commissæ alteri subdelegare *cap. cum causam.* 62. *de appell.* Nec igitur id facere poterit delegatus ab ordinario.

Tertio probatur *cap. super quastionum* 27 *in prin. vers. intentionis de off. & potest. iud. deleg.* vbi S.P. loquens de delegatione actus iurisdictionalis, ait posse fieri a delegato Sedis Apostolicæ, Non igitur ab alijs, *ex regula l. cum prætor* 12. *in prin. ff. de Iudic.*

Quarto probatur ijs locis, in quibus simpliciter scribitur, ab ordinario delegatum non posse iudicem subdelegare, *quos retulimus supra nu.* 7. nam, cum generaliter, & indistinctè loquantur, generaliter quoq; & indistinctè sunt accipiendi, siue tota causa subdelegetur, siue vnus causæ articulus.

Neq; obstant contraria: nam ad Primum respondeo *clem.* 1. *de off. & pot. iud. del.* loqui de iudice delegato a principe, quem certum est, non solum vnum causæ articulum, sed etiam totam causam subdelegare posse, *vt diximus supra nu.* 5.

nos

nos verò loqui de eo, qui delega-
tur ab ordinario, cuius longe di-
22 uersa est ratio† *Ita respõdent Alex.*
in d.l.more,nu.26.Ias. in d.l. a indi-
ce,nu.10.vers.6. Io. Gill.d.lib.2. de
Iurisd.& Imp.c.22.n.1.Andr.Fach.
d.lib.1.contron.c.46.

Ad Secundum verò respondeo,
Imo non rectè duci argumentum a
rebus vniuersitatis ad partes rerũ
particularium; maximè in hac ma-
teria,in qua longè alia est ratio de-
legati ad vniuersitatem causarum,
alia eius, cui vna tantum causa de-
legatur:nam ille magis ei compara
tur, cui in ordinarijs iudicijs man-
dabatur iurisdictio, quam iudici
speciali,hic verò cõtra, *vt diximus*
*in 1.c.q.6.nu.9.vers.sanè.*Quamo-
brem ille dicitur similis ordinario,
hic verò non item, *vt dicemus in 9.*
23 *c.q.7.*† *Et in his terminis respõdent*
Alex.in d.l.more,nu.26.vers.non ob
stat,& ibi Purp.nu. 99.vers.5. Alex.
in d.l.a indice nu.e 1. & ibi Ias.nu.
10.vers.6.

Ex his intelligimus regulam *l. a*
iudice 5.C.de Iudic.& c.cũ causam.
62.de appell quæ vult, Delegatum
subdelegare non posse, nisi a princi
pe delegatus sit, respectu eorũ, qui
ad vnam tantum speciem delegan-
tur,generalem, & indistinctam esse
& habere locum,siue tota causa, si-
ue pars eius delegetur,& siue sit, si-
ue non sit lis contestata. Deniq; ha
bere locum in omni delegato, siue
sit delegatus ab ordinario,siue a de
legato principis: nam nec is subde
24 legare potest † *d.c. cũ causam 62.de*
appell.c.super quæstionum 27.§.si ve
rò de off.& pot. iud. del. & scribunt
Castr.in d.l.a Iudice, n.9.& ibi Ias.
nu.1 e. vers.1.Ang.in d.l.more nu.8.
& ibi Caccialup nu.18.Claud.Cant.
d.lib.2.de off.iud.c. 2. nu.8. ne alio-
quin detur progressus in infinitum,
quod iuris ratio non permittit,
25 † *vt in his terminis considerant glo.*
in d.c.cum causam 62.in verb.dele-
gatus,de appell.Castr.in d.l.a Iudice
*nu.9.*Idq; procedit,siue totam cau-
sam subdelegare velit,siue etiam v-
num eius causæ articulum, qui iu-
26 risdictionalis sit, † *d.c.cum causam,*
& scribunt Alex in d.l.more,nu.26.
vers.& vera, & ibi Caccial. nu.18.
& siue lis contestata sit, siue non cõ
27 testata,† vt *scribit gl.in d.cap.cũ cau*
sam,in verb.delegatus, & probat *d.*
c.cum causam dum alternatiuè lo-
quendo,supponit non potuisse cõ-
mitti testium examinationem,quę
28 non nisi lite cõtestata fit, † *vti con-*
stat ex tit. vt lit. non cont. & in his
terminis considerant Alex.in d. l. a
Indice,num.13.Caccial.in d.l.more,
nu.24.

Planè,si delegatio facta sit ab or
dinario cum potestate subdelegan
di,quæri solet,an ex ea, talis pote-
stas in delegatum transferatur. Et
frequentiori quidem Dd. Scholæ
29 visum est trãsferri, † *vt Bart. in d.*
l.more, nu.12. & ibi Alex.num.27.
vers.tamen, & infra,vbi recedit ab
ijs,quæ dixerat in d. l. a Indice 5. C.
de Iudic.Sequuntur in d.l.more,Ias.
nu.54. vbi testatur hanc esse cõmu-
nem,& Purp. nu.104.vers.7. Bart.
in d.l.legatus 12.in 2.lect.num.2.ff.
de off.proc. & leg. & in d.l. solet 16.
nu.2.ff.de Iurisd.Bald.in d.l. a Iudi
ce,nu.2.& ibi Ias.nu.9. vers.teneo,
Castr.in l.vlt.n.1.ff.de off.eius Alex.
in rub.ff.eod.nu.11.vbi pariter testa
tur hanc esse communem, & ibi Iac.
de Nigr.nu.19.vers.9. Mart. Mont.
nu.52.Paul.Oria.in l.1.in prin.num.
*90.ff.eod.*Mouit autem eos.

In Primis illud,quia,quę compe
tunt iure magistratus,delegari pos-
sunt,*l. 1. in prin. ff. de off. eius*; Sed
potestas delegandi Iudicem com-
petit ordinarijs iure magistratus;
Poterit igitur delegari. Minorem
pro-

probant Primo, quia iure magistratus ea dicuntur competere, quæ cõpetunt omnibus magistratibus etiã minoribus, *l. 1. in prin. ff. de off. eius, secundum communem veterum expositionem, quam referemus in 8. c. q. 2. nu.* 1. Sed potestas delegandi iudicem competit omnibus magistratibus etiam minoribus, *vt diximus supra num.* 2. Competit igitur iure magistratus. Secundo probant minorem, quia, quæ sunt iurisdictionis, sine dubio competunt iure magistratus, *vt dicemus in eod. 8. c. q. 24 nu.* 1. Sed potestas delegandi indi-
30 cem est iurisdictionis † *l. imperium 3. ff. de Iurisd. & scribunt omnes, quos referemus in 8. c. q. 8. nu. 3.* Cõpetit igitur iure magistratus. Tertio videtur illa minor probari, ex principijs, quæ nos in hac disputatione vera supponimus: nam iure magistratus competere dicũtur ea, quę competunt more maiorum, *vt diximus in 2. c. q. 1. num. 6. & dicemus in 8. c. q. 1. nu. 14.* Sed potestas mandandæ Iurisdictionis competit more, *vt diximus in eod. 2. c. q. 1. nu. 2.* quemadmodum, & potestas delegandi iudicem, quæ hodie non differt ab illa, *vt diximus in eod. 2. c. q. 2. num. 6.* Competit igitur iure magistratus.

Secũdo moti sunt, quia, qui propria authoritate facere non potest, si talem habeat a potestatem ha-
31 bente facultatem, potest, † vt ecce, arbiter ex compromisso sumptus non potest alterius arbitrio committere decisionem controuersiæ, potest tamen, si talem habeat a partibus facultatem *l. non distinguemus 37. §. quæsitum ff. de arbitr.* Et habẽs seruitutem aquæductus, qui eam non potest alteri concedere, potest, si talem habeat a domino fundi potestatem *l. cum essent 31. §. per plurimũ, & ibi gl. in verb. solet. ff. de seru. rust. præd.* Sed delegatus ab ordinario facultatem habet ab eo, qui delegare potest, nempè ab ordinario, cui certum est delegandi facultatẽ competere, *vt diximus supra nu.* 1. Ergo, licet authoritate propria sub delegare nequeat, poterit tamen ex illa facultate ab ordinario data.

Tertio moti sunt, quia, qui ex alterius authoritate deputantur, aut eliguntur ab alio, perinde habẽtur, ac si fuissent deputati, aut electi ab
32 eo, qui dedit authoritatem, † vt patet in arbitris electis ex authoritate principis, qui perinde habentur, ac si fuissent ab ipso principe delegati *l. apertissimi 16. vers. & sic, & ibi gl. not. in verb. delegati C. de Iudi.* & in procuratore electo a Duumuiris ex authoritate decurionum, qui videtur ab ipsis decurionibus electus *l. item eorum. 6. §. si decuriones ff. quod cuiusq; vniu.* & in electo ab hærede ex potestate data a testatore, qui ab ipso testatore videtur electus, *l. vnum ex familia. 69. §. si Falcidia ff. de leg. 2.* qui enim per alium
33 facit, per se ipsum facere videtur† *l. ita autem 5. §. gessisse ff. de adm. tu. l. 2. ff. de fid. & nom. tut. l. 1. §. vlt. ff. si mens. fals. mod. dix. l. in adibus 19. §. quod filius ff. de donat. l. qua ratione 9. §. hac quoq; ff. de acq. rer. dom.* Sed is, qui subdelegatur a delegato, vtiq; delegatur ex authoritate data ab ordinario. Ergo perinde est habendus, ac si fuisset ab ipso ordina-
34 rio delegatus, † *vt in specie scribũt Bart. in d. l. more, nu. 12. & ibi Alex. nu. 27. vers. tamen.* Sed, si ab eo delegatus fuisset, valeret sine dubio delegatio. Debet igitur valere, licet facta sit a delegato.

Secunda fuit opinio distinguentium, aut potestas subdelegãdi fuit concessa simpliciter, & non valebit subdelegatio, aut verò fuit dictum, vt possit subdelegari nomine ipsius dele-

35 delegantis, & valebit. † *Ita Ang. in d. l. more nu. 2.*

Verum hæc distinctio nõ est admittenda, † *eamque proinde merito*
36 *Dec. in d. l. more, nu. 42. vers. tamen, & alij reprobarunt*, quia, siue dicatur, vt delegatio fiat nomine ipsius delegãtis, siue non, semper intelligitur 1 cum delegatus nomine suo, & ex persona propria talẽ haud dubiè non habeat potestatem,
37 † *vt considerat Purp. in d. l. more nu. 205. vers. 2.*

Tertia fuit opinio existimãtium referre, vtrum certa persona fuerit expressa, cui subdelegetur, nec ne: nam, si sit expressa, censent valere de legationem, aliàs non valere.
38 *Fuerunt huius opinionis Castr. in d. l. a Iudice, nu. 6. Dec. in d. l. more, nu. 42. vers. tamen*, moti, quia huiusmo di potestatis concessio habetur pro delegatione, cum ordinarius conce dendo potestatem subdelegandi vi deatur ipse delegare, *vti supra nu. 34. dictum est*, Sed ordinarij delega tio valet, si certæ personæ facta sit,
39 aliàs est nulla † *cap. ad hæc 8. De rescrip.* Idem igitur est dicendum de huiusmodi concessione subdelegãdi, vt scilicet valeat, si certa persona exprimatur, alias nullius sit momenti.

Verum, neq; huiusmodi distinctio debet admitti, quia, si valet talis concessio expressa certa persona, debet coram valere, licet ea nõ sit expressa, quia sufficit personam certificari per alterius nominarionem in ijs, quæ per alium fieri pos-
40 sunt, † *d. l. Item eorum. 6. §. 1. ff. quod cuiusq; vni. d. l. vnum ex familia 69 §. si falcidia ff. de leg. 2.* Si igitur de legatio per aliũ, idest per delegatũ ab ordinario fieri potest, consequẽs est, vt ad eius validitatem sufficiat personam certificari per subdele-
41 gationem, † *vt in specie considerat Alex. in d. l. more, nu. 27. vers. tamen.*

Quamobrem veriorem esse puto Quartam sententiam existimantium, hanc delegandi facultatẽ non posse ab ordinario, in delegatum
42 transferri. † *Quæ fuit sentẽtia Petr. de Bellap. in d. l. more, num. 10. & ibi Caccialup. nu. 10. vers. sed in puncto Alex. in d. l. a Iudice, num. 9. vbi ait hãc esse veriorẽ, Dec. in l. 1. in prin. n. 27. ff. de off. eius, Cag. in rub. de off. eius, nu. 23. in fi. & ibi Camill. Plant. lib. 2. c. 13. nu. 3. & 8. Io. Gill. d. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 22 in fin. Ant. Gou. in d. l. more, nu. 2. Andr. Fach. d. lib. 1. contr. c. 45.*

Non moueor autem, vt ita sentiam ea ratione, *qua moti sunt Alex. in d. l. a Indice, num. 9. Dec. in l. 1. in prin. nu. 27. ff. de off. eius, & Andr. Fach. d. lib. 1. contr. c. 45.* quia, quæ specialiter lege, vel S. C., vel constitutione principum tribuuntur, nec mandari possunt, nec mandata iurisdictione transferuntur *l. 1. in prin. ff. de off. eius.* Sed potestas delegandi iudicem specialiter tribui-
43 tur, † *vt ex l. cum prætor 12. §. 1. ff. de Iudic. scribunt Alex. in d. l. a Indice 5. nu. 9. C. de Iud. Dec. in d. l. 1. in prin. nu. 27. ff. de off. eius. Seb. Sap. in d. l. fin. n. 2. ff de off. eius, Andr. Fach. d. lib. 1. contro. c. 45. & alij, quos retulimus in q. 3. nu. 3.* Nec igitur mãdari poterit, nec mandata iurisdictione trãsferretur, quia verius est,
44 † *quod Alex. in d. l. more, nu. 27. vers. non obstat vltimum, Ias. in d. l. a Indice, nu. 9. vers. tenee, et alij tradiderunt*, non tribui specialiter: nam, cũ specialiter non diceretur tribui in ordinarijs iudicijs, non obstante, quod lege, vel S. C. vel constitutione principum daretur prouincialibus, propter vrbanos magistratus, quibus more cõpetebat, & ex quorum persona potestas prouincialiũ solebat æstimari, *vti latissimè osten dimus*

dimus in ead.q.3.nu.21. Cõsequẽs est, vt multo minus dici possit specialiter tributa in extraordinarijs; in quibus eadem censetur cum potestate mandandæ iurisdictionis, quæ sine dubio moris est, non legis *l.more 5.ff.de Iurisd. & diximus in 2.cap.q.1.num.1.& q.2.num.6.* Sed moueor.

Primo, quia ordinarius non potest iurisdictionis proprietatem in suum delegatum transferre: nec e-
45 nim eam a se abdicare potest † *l. pen.ff.de off.præsid.& scribunt Aug. in d.l.more,nu.1. & ibi Alex. nu.2. Ias.nu.1.Dec.nu.3.Caccialup.nu.3. Ias.in l.a Diuo Pio 15.in prin. nu.3. ff.de re Iud.Alb.in rub.ff.de off. eius nu.27.& ibi Mart.Mont.n.71.vers. 5.* Et, quamuis dicamus in eũ transferri iurisdictionem, non tamẽ hoc intelligitur, quoad ipsius proprietatem, sed tantum, quoad vsum, & exercitium, *uti latius dicemus in 9. c.q.7.* Nec igitur transferre poterit ea, quæ pendent a iurisdictionis proprietate. Sed potestas delegandi pendet a proprietate iurisdictionis, scilicet, quia is tantum delegare potest, qui iurisdictionem habet propriam, & proprio iure, non etiã qui alieno beneficio, *vt diximus supra nu.3.* Non poterit igitur delegandi potestatem in delegatum transferre.

Secundo moueor, quia, si posset ordinarius, posset, & delegatus a principe, quippe, qui in iure delegandi parem cum ordinarijs potestatem habet, *vt diximus supra n.5. & dicemus in 9.c.q.8.nu.3.* imò maiorem, quam illi in causa delegata, *vt dicemus in ead.9.c.q.9.nu.1.* Atqui delegatus a principe non potest subdelegare eum potestate sub
46 delegandi, † *vt scribunt glo. in cap. super quæstionũ 27.§.porrò, in verb. transfert de off.& pot.iud.deleg. Alex.in d.l.a Iudice, num.9.& in d. rubr.ff.de off.eius n.11.& ibi Mart. Mõt.nu.52.Cam.Plaut.lib 2.cap.13. nu.1.& 8.Caccialup.in d.l.more,nu. 18.& ibi Purp.nu.105.vers.2.quicquid in contrarium scripserint Ias. in d.l.a Iudice,nu.9.vers.sed contrarium Iac.de Nigr.in d.rub.ff.de off. eius nu.19.vers.9.* Nec igitur poterit ordinarius.

Tertio moueor, quia, si talis facultas posset in delegatum transferri, facilimè eluderetur dispositio *d. l.a Iudice 5. C. de Iudic.* quæ vult a iudice iudicem delegatum, iudicis dandi potestatem non habere. At hoc esset absurdum. Ergo & antecedens.

Neq; obstant contraria: ad Primum enim respondeo iudicis delegandi potestatem in extraordinarijs iudicijs, quibus vtimur, nec specialiter tribui, nec competere iure
47 magistratus, † Non enim tribuitur specialiter, quia non lege, sed more competit, *vti diximus supra nu.44.* nec competit iure magistratus, quia neq; est imperij, neq; iurisdictionis, vt sunt ea, quæ iure magistratus cõpetunt *l.muto 6.§.tutoris datio ff.de tutel.& dicemus in 8.c.q.6.nu.1.* Iure magistratus competebat in ordinarijs iudicijs, quoniam erat imperij *l.cum prætor 12.§.Itẽ bi.ff.de Iudic.& diximus in hoc c.q.2.nu.10. & dicemus in eod.c.8.q.8.nu.6.* scilicet, quia, qui dabat iudicem iudicare iubebat, *l.eum qui.13.ff.de Iurisd.& diximus in hoc c.q.3.nu.25. & dicemus in 7.c.q.1.nu.20.* Quãobrem dabatur iudex etiam inuitus, & ignorans, *vt ostendemus in eod.c.7.q.1.nu.17.* Sed hodie, quia iudicis delegatio eadẽ est cum mãdato iurisdictionis, *vt ostendimus in 1.c.q.6. num.2.* & Iurisdictionis mandandæ potestas non est imperij, aut iurisdictionis, sed cuiusdam

facul-

facultatis ab officio Iuisdicentis se-
paratæ, quæ non nisi in volentem
exercetur, fit, vt neq; iudicis dele-
gatio dici possit esse imperij, aut iu-
risdictionis, minusvè competere
iure magistratus.

Et sanè distinctio Papiniani *in l. 1. ff. de off. eius*, de ijs est accipienda,
48 † quæ spectant ad Iusdicentis offi-
cium, *de quo in l. 1. ff. de Iurisd.* nam
ea, vel specialiter tribuuntur, vt da-
tio tutoris, gladij potestas, & id ge-
nus alia, *qua latius prosequemur in
8. cap. q. 2. & seqq.* vel competunt
iure magistratus, vt Iurisdictio, iu-
dicis datio, quæ fiebat in ordina-
rijs iudicis, & similia, *qua ibidem la-
tius enumerabimus.* Cœterum pote
stas iurisdictionis demandandæ nõ
pertinet ad officium iusdicẽtis: nec
enim magistratus, qui iurisdictionẽ
mandat, dici potest (quatenus man
dat) iusdicere, aut iusdicentis offi-
cium exercere, sed potius contra-
here exemplo aliarum causarũ, quę
demandantur, & secundum quas
iurisdictionis mandatum regula-
tur, *l. & quia 6. ff. de Iurisd. & dixi-
mus in 1. c. q. 1. nu. 1.* Itaq; ad huius-
modi potestatem non pertinet illa
Papiniani distinctio, & consequen
ter non possumus iurisdictionis mã
dandæ potestatem, aut inter ea re-
ferre, quæ specialiter tribuuntur,
aut inter ea, quæ competunt iure
magistratus, tametsi more sit rece-
pta; Nec igitur inter ea connume-
rari debet iudicis delegatio, quæ fit
hodie in extraordinarijs iudicijs,
quippe, quæ in illius successit locũ.

Ad Secundum vero, & Tertium
respondeo contraria procedere in
ijs, quæ per alios fieri possint, Dele-
gationem autem per alios fieri non
posse, nec eius potestatem in alios
posse transferri, ideoq; ad eam non
49 pertinere. † *Ita Petr. de Bellap. in d.
l. more nu. 10. & ibi Dec. nu. 42. vers.
tamen, Andr. Fach. d. lib. 1. contron.
cap. 45.*

Sanè, si ordinarius diceret, Dele
go eum, qui a delegato nominabi-
tur, vel eligetur, fateter, nomina-
tione a delegato subsecuta, valere
delegationem non tamquam a de-
legato, sed tamquam ab ordinario
factã, quia in delegatum non trans-
ferretur delegandi potestas, sed so-
la personæ nominatio, & ipse dele-
gationis actus verè fieret ab ordi-
nario. Et hoc exemplo testatoris,
qui dicendo, lego, vel per fideicom
missum relinquo vni ex agnatis,
quem hæres elegerit, non commit-
tit hæredi dispositionem: Ipse enim
testator legat, vel per fideicommis-
sum relinquit, sed solam dat perso-
næ nominationem, & electionem *l.
vnum ex familia 69. in princ. ff. de
leg. 2.*

Sed hæc quidem de his dicun-
tur, qui ad vnam tãtum causam ab
ordinario delegantur; Quod, si de-
legentur ad vniuersitatem causarũ
& quæramus, an subdelegare pos-
sint, si quidem ipsam eãdẽ vniuer-
sitatem subdelegare velint, omnes
50 fatentur, non posse, † *vt gl. in l. lega-
tus 12. in verb. habet. & ibi Bart. in
2. lect. nu. 7. ff. de off. proc. & leg. gl. in
l. 1. §. 1. in verb. ab eo. ff. quis, et a quo
app. gl. in d. c. cũ causã 62. in verb. de
legatus. De appell. Ang. in d. l. a Iudi-
dice 5. in prin. et ibi Alex. nu. 8. C. de
Iudic. Castr. in d. l. fin. n. 1. & ibi Ias.
nu. 2. Iac. de Nigr. nu. 6. in fin. Seb.
Sap. nu. 1. ff. de off. eius, Petr. Calef.
in l. 1. nu. 62. ff. de Iudic. Alcia. lib. 2.
Parad. c. 5. nu. 1. Purp. in rub. ff. de off.
eius, nu. 6. Claud. Cane. d. li. 2. de off.
Iud. c. 2. nu. 17. Longo. in l. Imperium
3. nu. 22. ff. de Iurisd.* quia alioquin
iurisdictionem sibi mandatam al-
teri mandarent, quod, ne fieri pos-
sit, more comparatum est *l. vlt. ff. de
off. eius l. more, 5. ff. de Iurisd.*

Cœte-

bet, & ibi Bart, in ſecunda lect. nu. 2. & 3. ff. de off. proc. & leg. glo. in l. a Di no Pio 15. in prin. in verb. a ſe & ibi Imol. nu. 6. ff. de re Iudic. gl. in l. 1. §. 1. in verb. ab eo, & ibi Bart. nu. 1. ff. quis, & a quo app. gl. in cap. cum cau ſam 62. in verb. delegatus de appell. Azo in ſumm. C. de Iuriſd. omn. iud. nu. 12. Bart. in d. l. more 5. nu. 11. & ibi Ang. nu. 2. Alex. nu. 8. & 26. verſ. non obſtat, & 29. Iaſ. nu. 19. & 54. Purp. nu. 98. uerſ. 4. Caccial. nu. 22. uerſ. 11. ff. de Iuriſd. Bart. in l. ſolet 16. nu. 1. & ibi Ang. nu. 1. Alex. nu. 6. in fin. ff. eod. Bald. in d. l. a Iudice 5. nu. 1. & 2. & ibi Ang. in princ. Caſtr. nu. 3. Alex. num. 6. & 7. ubi teſtatur hanc eſſe communem. Iaſ. nu. 6. & 7. verſ. ſecundo fallit C. de Indic. Ang. in l. vlt. nu. 5. C. eod. nu. 6. & ibi Iaſ. nu. 8. ff. de re Iudic. Aleia. lib. 2. Parad. c. 5. nu. 1. Purp. in d. rub. ff. de off. eius, nu. 6. & ibi Cagn. nu. 18. & 21. in fi. Paul. Oria. nu. 12. Iac. de Nigr. nu. 5. Martin. Mont. num. 20. verſ. 3. num. 46. et nu. 69. verſ. circa primum, Petr. Calef. in l. 1. nu. 62. et ibi Lud. Burg. num. 88. ff. de Iud. Claud. Cantiun. d. lib. 2. De offic. Iud. cap. 2. nu. 17. & 19. Longon. in d. l. Imperiũ. 3. nu. 22. ff. de Iuriſd. Moueor aũt.

Primo, quia is, cui generalis mãdata eſt iuriſdictio, iudicem in vna cauſa dare poteſt, *l. cum prætor 12. §. is quoq; ff. de Iudic. & diximus in q. præced. nu. 10.* Sed iudex ad vniuerſitatem cauſarum delegatus in extraordinarijs iudicijs idem eſt, cum eo, cui generalis mandatur iuriſdictio *l. ult. C. ubi, et apud quẽ, et diximus in 1. c. q. 6. n. 9. uerſ. ſanè.* Ergo iudicẽ in vna cauſa dare poterit.

Secundo moueor, quia ſubrogatus in alterius locũ eandẽ habet poteſtatẽ, quã habet is, in cuius locũ ſubrogatur *c. ſane 11. de off. et pot. ind. deleg. §. ſed neq; Inſt. de teſt. ord.* Sed delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ ſubrogatus eſt in extraordinarijs iudicijs in locũ eius cui mandabatur olim iuriſdictio, *uti diximus in eod. 1. c. q. 6. nu. 9. verſ. ſanè.* Ergo eandem quam ille, debet habere poteſtatem. At is potuit in vna cauſa dare iudicem, *uti verius eſſe oſtẽdimus in q. præced. nu. 10.* Poterit igitur & eum dare iudex ad vniuerſitatem cauſarum delegatus.

Tertio moueor *l. vlt. verſ. ſed ne quis, C. vbi & apud quem,* vbi Iuſti-
55 nianus † vetat, ne cauſa in integrũ reſtitutionis cognoſcatur, *apud cõpromiſſarios iudices,* vel *arbitros, ex communi ſententia electos, apud eos, qui dantur a iudicibus, qui propriã iuriſdictionem non habent, ſed tantummodo iudicandi facultatem:* quibus verbis ſignificat etiam eos, qui propriam iuriſdictionem non habent, poſſe dare iudices, licet ab ijs nolit de in integrum reſtitutione cognoſci; Huiuſmodi, aũt non ſunt quibus vna tantum ſpecies fuit delegata, quoniã hi ſine dubio iudicẽ nequeunt *d. l. a indice 5. C. de Indic.* Neceſſario igitur intelligendi ſunt, quibus vniuerſitas cauſarum delegatur. Et ſi dixeris poſſe illa verba intelligi de iudicibus à principe delegatis, qui propriam iuriſdictionem non habent, & tamen alios iudices dare poſſunt, *d. l. a indice 5. C. de Indic.* reſpondeo Imo eſſe accipiẽda etiã de iudicibus a magiſtratu delegatis, quoniã de ijs omnibus ſupra locutus eſt, Iuſtinianus, vt apparet ex illis verbis, *quos Auguſta dederit maieſtas, aut noſtra reſpublica adminiſtratores.*

Quarto moueor, quia ſimiliũ idẽ eſt iudicium *l. 2. C. comm. de legat.* Sed iudex ad vniuerſitatem cauſarum delegatus eſt ſimilis ordinario, *vt dicemus in nono cap. q. 7.* quia iuriſdictionem, licet alienam, vniuerſalem tamen habet (cum vniuer

ſum iuriſdicundi officium in eum
trãsferratur *l. 1.§. damus ff. de ſuſp.
tut.* qualem habent ordinarij *l. ſi in
aliquã 7.§.ult.ff.de off. proc.& leg.
l.de omnibus 10.ff.de off.præſid. cap.
ſtuduiſti.2. De off. leg.* Ergo quem-
admodum ordinarius delegare po
teſt,ita etiam (vnam intelligo cau-
ſam) poterit ad vniuerſitatem cau
ſarum delegatus.

Neque huic ſententiæ contraria
refragantur; nam ad Primum re-
ſpondeo regulam illam pertinere
ad iudices ad vnam tantum cau-
ſam delegatos, qui veteris iudicis
dati referunt imaginem, nos vero
loqui de Iudicibus ad vniuerſita-
tem cauſarum delegatis,qui magis
ei, cui in ordinarijs iudicijs man-
dabatur iuriſdictio, quam iudici
dato comparantur, *ſecundum ea,
quæ diximus in 1. cap. q.6. num. 9.
verſ. ſanè.*

Ad Secundum verò reſpondeo
eum,cui mandata eſt iuriſdictio,ſi-
ue, vt hodie dicimus, iudicem ad
vniuerſitatem causarum delegatũ
non poſſe quidem iuriſdictionem
ipſam alteri demandare, ideſt, non
poſſe ipſammet cauſarum vniuerſi
tatem alteri committere, (ita enim
hodie mandare iuriſdictionem ef-
fectu interpretamur)ſed non impe
diri quominus ex illa vniuerſitate
poſſit vnius cauſæ cognitionem in
56 aliquem transferre,† *ut poſt Alcia.
d.lib.2.Parad.c.5.nu.1. tradiderunt
Purp.in d.rub.ff.de off. eius, num. 6.
Claud.Cant.d. lib.2. de off.Iud. c.2.
nu.17. & Longou. in d.l. Imperium,
3.nu.22.ff.de Iuriſd.*

57 Ad Tertium reſpondeo† regulã
l.more 5. ff. de Iuriſd. ſi ad ordina-
ria iudicia referatur, generalẽ qui-
dem, & indiſtinctam eſſe, ſed non
obeſſe propoſitæ ſententiæ, quo-
niam is,qui iuriſdictionem habet
alieno beneficio,non poteſt quidẽ
eam alteri demandare,ſed iudicem
in vna cauſa dare poteſt, *ut diximus
in 1.c.q.5. nu. 12.* quod ſi referatur
ad extraordinaria, neceſſario reci-
pere diſtinctionẽ: aut enim is, qui
iuriſdictionem habet alieno benefi
ficio, fuit ad vnam cauſam delega-
tus,& verum eſt, non poſſe eum de
legare, aut verò fuit delegatus ad
vniuerſitatem cauſarum, & verius
eſt, poſſe eum non quidem ipſam
vniuerſitatem, ſed vnam ſpeciẽ al-
teri committere.Nec eſt contrariũ,
quod par videatur vtriuſq; delega-
ti ratio cũ neuter habeat iuriſdi-
ctionem iure ſuo,quia, licet in hoc
ſint pares, ſunt tamen diſpares in
eo, quia iudex ad vnam tantũ cau-
ſam delegatus, non ſolũ ordinario
nõ eſt ſimilis, ſed ne quidẽ ei, cui
mandabatur olim etiam ad vnam
ſpeciem iuriſdictio, cum alioquin
ad vniuerſitatem cauſarum delega
tus magis illius,cui generalis olim
iuriſdictio mandabatur, quam iu-
dicis dati referat imaginem, *ut di-
ximus in primo cap.q.6. nu.9. verſ.
ſanè.* Quamobrem a noſtris non
male comparatur ordinario, *ut di-
cemus in 9.c.q.7.* quippe, cuius vi-
ces gerit cuiuſq; partibus in vniuer
ſo Iuriſdicundi officio fungitur,
ut ibidem latius oſtendemus.

Ad Quartum denique reſpon-
deo, Ius ſingulare, quod in legato
proconſulis noſtri conſiderant,
non in eo verſari, vt poſſit iudi-
cem in vna cauſa delegare, ſi gene-
ralis ei mandata ſit iuriſdictio,
quoniam hoc habet cum alijs om-
nibus delegatis commune, ſed con
ſiſtere in eo, quia (ſecundum eos)
poteſt, & ipſe Iuriſdictionẽ vniuer
ſam alteri mandare, ſiue, vt aiunt,
ipſammet cauſarũ vniuerſitatẽ alte
58 ri cõmittere,†Sed, quia *in 9. c.q.5.*
demonſtrabimus hoc eſſe falſum,
cum ſit verius, legatum procõſulis
licet

licet iudicem dare potuerit, non tamen iurisdictionis mandandæ facultatem habuisse, Ideo respõdeo, negando, Ius aliquod singulare in legato proconsulis considerari posse: nam verius est, omnes quibus olim iurisdictio mandabatur, potuisse dare iudices, *vt ostendimus in 3.q.nu.*10. Quo fit, vt etiam hodiè iudices dare in vna causa possint omnes, quibus vniuersitas causarũ delegatur, quippe, qui illius referũt imaginem, cui iurisdictio in ordinarijs iudicijs mandabatur, *vti supra dictum est*. Et hęc de Quinto capite.

Quibus mandari possit iurisdictio.

Caput Sextum.

S V M M A R I V M.

1 *Iurisdictio potest mandari uel priuato vel magistratui.*
2 *Idoneus ad iudicandum qui non est, nec est idoneus ad iusdicendum.*

De personis, quibus iurisdictio mandari potest.

Quæstio Prima.



TRanseamus nunc ad Sextũ, & videamus, Quibus mãdari possit iurisdictio. Constat autem mandari posse, vel priuato, vel magistratui,
1 † *vt de priuato cõstat ex l.vlt.§. vlt. ff.de off.eius, De magistratu verò ex l.& si prætor 3.ff.eod.et nos latius dicemus in 7.c.q.c.nu. 16. De vtroque demum scribunt Coras.ad rub.ff. de off.eius,n.1.& ibi Egu.Baro.Camill. Plaut.lib.2.cap.2.nu.1.Ant.Gen.ad l.solet 16.nu.2.ff.de Iurisd.Eduard. pro Eguin.fo.29.& 37. & Cuiac. ad l.aliquãdo.5.ff. de off. proc.& leg. in 1.lib.quæst.Papin.& est de mente omnium quos referemus in q.seq.nu.1.* Et hoc arbitrio mãdantis, quippe, qui potest eum eligere, cui iurisdictionem demandet, solo excepto proconsule, qui non nisi vni ex legatis iurisdictionem mandare potest, *ut diximus in 4.c.q.1.num.*4. Planè, quod de priuato diximus, ita accipiendum est, vt ita demum ei iurisdictio mandari possit, si ad iusdicendum sit idoneus, & iurisdictionis capax, *ut scribit Cam.Plaut. in l.Barbarius 3.num.260.ff.de off. præto.* Qua in re, quia iurisdictionis mandatum a datione iudicis nec olim differebat, nec hodie differt, cum is, qui ad iudicandum idoneus non est, nec ad Iusdicendum idoneus censeri possit,
2 † *ut scribit Don. lib.17.comm.c.*8. Ideo, quę ad hunc locum pertinent, ab ijs erũt petenda, quæ latius de iudicibus dicemus, *in qq.seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Delegatio potest fieri tam priuatis quam magistratibus.*
2 *Causa non delegantur nisi in dignitate positis authoritate literarum sedis Apostolica.*
3 *Delegatio non fit nisi personis idoneis.*
4 *Iudices, qui dari prohibeantur.*
5 *Iudices esse natura prohibentur surdus, mutus, impubes, & perpetuo furiosus.*
6 *Furor non continuus non impedit iudicis dationem.*
7 *Declaratur l.cum furiosus 39.ff. de Iudic.*
8 *Iudices esse lege prohibentur damnati publice iudicio.*
9 *Infames non possunt esse Iudices.*
10 *Iudicare prohibentur fœmina, & serui moribus.*

11 *Seruus, qui liber putabatur, si iudex datus pronuntiet, tenet sententia.*
12 *Iudices dari possunt omnes, qui non prohibentur.*
13 *Filiusfa. potest esse iudex, & cur nu. 14.*

Qui iudices dari possint.

Quæstio Secunda.


Vdices autē, qui dari pos-
sint, si quæramus, constat
in ordinarijs iudicijs, eos
tantum dari potuisse, qui
erant in albo iudicium descripti, &
selecti ex ordinibus, penes quos e-
rant pro tempore iudicia, *secundum*
ea, quæ dicemus in 7. c. q. 1. n. 6. Sed
hodie in extraordinarijs, quibus v-
timur, posse regulariter delegari,
quos delegans elegerit, *vt ibidem*
dicemus nu. 12. siue sint priuati, siue
1 magistratus † *l. 2. C. de sportul. l. a*
proconsulibus 19. l. præcipimus 32. in
fin. l. si quando 36. C. de appell. §. illo
Auth. de appell. & intra, quæ tempo.
coll. 4. & scribunt Castr. in rub. ff. de
off. eius, & ibi Alex. nu. 3. Ias. nu. 5.
Purp. nu. 40. Paul Oria nu. 15. Abb.
nu. 21. Iac. de Nigr. nu. 8. in fi. Dec. in
l. fin. nu. 2. & ibi Purp. nu. 4. versi. vl-
timo. Iac. de Nigr. nu. 5. Seb. Sap. nu.
4. ff. eod. Valas. ad l. imperium 3. nu.
237. ff. de Iurisd. Paul. Oria. in l. 1. in
prin. nu. 45. ff. de off. eius. Planè cau-
sæ, quæ authoritate literarum sedis
Apostolicæ, vel legatorum eiusdem
committuntur, nullis nisi dignita-
te præditis, aut personatum obtinē-
tibus, seu Ecclesiarum Cathedra-
2 lium canonicis delegari possunt † *c.*
statutum 11. in prin. & §. in nullo De
rescrips. in 6. & scribunt Alex. consi.
77. nu. 5. vol. 2. & in d. rub. ff. de off.
eius nu. 3. & ibi Ias. nu. 5. Purp. nu.
40. Paul. Oria. nu. 15. Alb. num. 21.
Iac. de Nigr. nu. 9. Martin. Monter.
nu. 9. Camill. Plaut. lib. 2. cap. 2. nu.
2. Purp. in d. l. vlt. nu. 4. versi. vltimo.
& ibi Seba. Sap. num. 4. ff. eod. Paul.
Oria. in d. l. 2. in prin. n. 45. de off. ei⁹.

Generaliter autem obseruandū
est, ne iudices dentur, nisi, qui sint
3 idonei ad iudicandum † *cap. si pro*
debilitate 3. De off. & potest. iudic. de
leg. Cuiusmodi, qui sint, si quæra-
mus constat hominum tria esse ge-
nera: nam quidam sunt, de quibus
non dubitatur, quin ad iudicandū
minus idonei censeantur, quidam
verò contra, de quibus non ambi-
gitur, quin idonei sint, quidam de-
niq; de quibus dubitatur. Non am-
bigitur enim, quin, vt minus idonei
4 a iudicando repellantur omnes, †
qui enumerātur in l. cum prætor 12.
§ non autem ff. de Iudic. c. 1. §. tria
sunt 3. q. 7. & a Paul. Manu. de legib.
Roma. fo. 126. Duar. ad tit. ff. de Iu-
dic. cap. de ijs, qui Iudices dari pos-
sunt, Ant. Gou. ad l. 2. nu. 7. ff. de Iu-
risd. & lib. 1. varia. lect. c. 6. Cuiac. ad
d. l. cum prætor 12. ff. de Iudic. tam in
ff. quam in 17. lib. Paul. ad Edict. Do-
nell. lib. 17. comm. c. 24. Petr. Fab. ad
l. fœmina 2. ff. de reg. iur. Bret. de ord.
iudic. c. 13. idest qui vel natura, vel
lege, vel more impediūtur: natura,
5 † vt surdus, mut⁹, impubes, & perpe
tuo furiosus; *vt præter superiores*
locos de surdo scribit gloss. in cap.
sciscitatus 14. in verb. impedimen-
tum De rescript. De impubere Castr
in l. quidam 57. num. 1. ff. de re Iud.
Dec. in l. fœmina 2. §. Item impu-
beres num. 4. ff. de reg. iur. De perpe-
tuo furioso Cuiac. in l. cæcus 6. ff. de
Iudic. illi; quia non sunt apti ad
id, quod agitur, audiendum, & pro-
nuntiandum, vt est necesse, *&*
scribunt Donell. d. lib. 17. comm. cap.
24. Bret. d. cap. 13. de ordin. iudic.
hi verò, quia mente, & iudicio ca-
rent, *vt præter superiores locos de*
vtroq; constat ex §. præterea Inst.
quib.

quib non est perm. fac. test.
Planè, si furor nõ sit continuus,
sed interpollatus, & habẽs dilucida
interualla, quin furiosus rectè iu-
dex addicatur etiã, quo tẽpore fu-
riosus est, nõ puto dubitandũ: nec
enim ideo minus erit iudiciũ, quod
hodie non potest iudicare, cũ suæ
mentis effectus dicere sentẽtiã pos
6 sit † l. cũ furiosus 39. ff. de Iudic. &
scribunt gl. in d. c. 1. §. tria sunt, in
verb. et qui perpetuo 3. q. 7. Cuiac. in
d. l. cum prætor 12. ff. de Iudic. tam
in ff. quã ad Paul. & ad l. iudex da-
tus 46. ff. de Iudic. in 2. lib. q. Paul. et
ad d. l. cũ furiosus 39. in 3. lib. q. Pa-
pin. Don. d. lib. 17. comm. c. 26. Bret. d.
c. 13. de ord. Iud. Qui verus est d. l.
7 cum furiosus, sensus, † non quem
Duar. ad tit. ff. de Iudic. c. de ijs, qui
iud. dar. pos. & alij comminiscũtur,
dum putant loqui Papinianum de
perpetuo furioso, & hoc dicere, pos
se eum dari iudicẽ, sed iudicare nõ
posse, quia non in datione, sed in
pronuntiatione requiritur iudiciũ:
nam frustra daretur iudex, si nun-
quam iudicare posset.
Lege verò prohibetur iudicare,
qui propter turpitudinẽ senatu mo
tus, nec restitutus est, siue repetũda
rũ dãnatus sit, siue quouis alio pu-
blico iudicio, vt nominatim lege Iu
8 lia cautũ est, † & præter locos rela-
tos supra n. 4. scribitur etiã in l. 2. ff.
de senato. l. eadẽ 6. §. 1. ff. ad l. Iul. re
pet. l. 1. ff. ad l. Iul. de re priu. & a Fe
nest. de magistr. c. 1. Paul. Manut. de
legib. Rom. fo. 201. & generaliter om
nis, qui infamia notatus est, lege im
9 peditur, ne iudex esse possit † c. 1. 3.
q. 7. c. sciscitatus 14. & ibi not. Abb.
nu. 3. De rescript. Imol. in l. quidã 57
nu. 4. ff. de re Iud.
Moribus demum prohibentur
10 seruus, & fœmina, † vt præter locos
ibidem adductos de seruo constat ex
d. c. sciscitatus, 14. & ibi gl. in verb.
seruũ, & Abb. nu. 3. De rescrip. Dec.
in l. in omnibus 135. nu. 1. ff. de reg.
iur. Camill. Plaut. ad l. Barbarius 3.
nu. 252. ff. de off. prato. Cuiac. lib. 18.
obs. c. 33. Petr. Fab. in l. in bis 175. ff.
de reg. iur. De fæmina vero cõstat ex
l. 2. ff. de reg. iur. c. mulierẽ 33. q. 5. et
scribunt gl. in d. cap. 1. §. tria sunt, in
verb. moribus 3. q. 7. Dec. in d. l. fæmi
na 2. nu. 3. ff. de reg. iur. Cuiac. li. 13.
obs. c. 23. non quia iudiciũ non ha-
beant, sed quia receptũ est, vt ciui-
libus non fungantur officijs, vt præ
ter locos ibidẽ adductos de fæmina
constat ex d. l. 2. ff. de reg. iur. l. 1. ff.
ad Vell. De seruo vero ex l. in seruili.
17. C. qui dar. tut. pos. & scribunt
Dec. in d. l. in omnibus 135. nu. 1. ff.
de reg. iur. Ant. Cont. lib. 1. disp. iur.
ciuil. c. 2. Hoto. Ill. q. 17.
Planè, si seruus dum putaretur li
ber ex delegatione sententiã dixit,
quamuis postea in seruitutem reuo
catus sit, sententia tamen ab eo di-
cta rei iudicatæ firmitatẽ obtinebit
11 † l. 2. C. de sent. & int. omn. iud. c. 1.
§. verũtamẽ 3. q. 7. & scribunt gl. in
d. c. sciscitatus, in verb. seruũ, & Ca
mill. Plaut. in d. l. Barbarius, n. 253.
Cuiac. lib. 18. obs. c. 33. Hoto. Ill. q. 17.
exẽplo eorũ, quæ gesta sunt a seruo
qui per errorẽ creatus fuit prætor,
in l. Barbarius 3. ff. de off. præt. de cu-
ius interpretatione plenius videre
est apud Ant. Cont. lib. 1. disp. iur. Cõ
nil. c. 2. Ant. Gou. lib. 1, varia. lect. c.
6. Ant. Guib. cap. 11. q. iur. Cuiac. lib.
18. obs. c. 33. Hoto. Ill. q. 17. Et hi qui
dem sunt, de quibus nulla est dubi-
tatio, quin a iudicando repellantur.
Contra verò sunt alij, de quibus
nõ ambigitur, quin iudices dari pos
sint. Huiusmodi sunt regulariter,
qui nulla ex supradictis causis im-
12 pediuntur, † vt scribunt Ias. in rub.
ff. de off. eius nu. 6. & Cuiac. in d. l. cũ
prætor 12. ff. de Iudic. siue sint pa-
tresfam, siue filijfam. nã, & filijfam.

13 indices dari possunt † *d.l. cum prætor 12.§.vlt.l.si filiusf.15.ff. de Iudic.§.si filiusf.Inst.de oblig.quæ quasi ex del. nas. & scribunt Paul. Manut.de legib.Rom.fo.126. Cuiac.in d. l.cum prætor tam in ff. quã ad Paul. & lib.13.obs. cap.18. Et confirmant etiam l.in priuatis 77.ff. de Indic.l. quin etiam 6.ff.de arbitr. secundum ea, quæ dicemus in quæst.6.* quia
14 † in causis, & muneribus publicis, (quale est iudicandi munus *l.quippe 78.ff.de Iudic.l.2.ff. de reg. iur.l. amissione 5.§.vlt.cum l.seq.ff.de cap. min.l.vlt.§.iudicandi ff. de mun.& hono.* non habetur ratio potestatis *l.nam quod 14.in prin.ff. ad Trebell.* sed filiusfa. pro patrefa. habetur *l. filiusfa.9.ff.de his, qui sunt sui, vel al.iu.*

S V M M A R I V M.

1 *Cæcus iudex dari non potest, Sed contra nu.5.*
2 *Sententia debet ex scripto recitari. Declara, vt nu.15.*
3 *Iudex, quæ debeat inspicere, cum testes examinat.*
4 *Argumentum a muto & surdo ad cæcum valet, Fallit, vt nu. 17.*
6 *Declaratur l.cæcus 6. ff.de Iudic.*
7 *Declaratur l.1.§.casum ff. de postul.*
8 *Cæcus non potest creari magistratus sed iudex dari potest, & cur. nu.14.*
9 *Maiestas requiritur in magistratu.*
10 *Magistratuum insignia.*
11 *Maiestas etiam ex corporis dignitate deducitur.*
12 *Cæcus quæ facere possit.*
13 *Cæcus, cur iudicio excellat.*
16 *Testium examinatio potest alijs committi.*

An cœcus iudex dari possit.
Quæstio Tertia.



AT verò de nonnullis dubitatur, nũ iudices dari possint, & Primo de cœco: nã frequentius receptum est, cum initio quidem dari iudicẽ non posse, datum verò prius, quam luminibus caperetur iudicem permanere, iudicandiq; munere posse fungi, licet ei cœcitatis vitium acci
1 derit. † *Ita enim censuerunt gl. in l. 1.§.casum in verb. fungitur, & ibi Ang.nu.2.ff. de postul. gl. in l. cæcus 6.in verb.fungitur, & ibi Bart.ff.de Iudic. Abb.cons.47.nu.1.lib.1. & alij veteres passim.* Mouentur autem.

Primo *l.1. §.casum ff. de postul.* vbi Vlpianus de cœco loquens, *Sed melius est,* inquit, *vt retinere quidẽ dicamus iam acceptum magistratum posse, aspirare autem ad nouum penitus prohiberi, idq; multis comprobatur exemplis.*

Secundo mouentur, quia iudex dari nequit, qui, quæ pertinent ad iudicantis officium, explicare non potest, *vt diximus in q. præced. n.5.* Sed cœcus est huiusmodi, scilicet, quia ad iudicantis officium pertinet sententiam ex scripto recitare
2 † *l.1.l.vlt.C.de sent. ex per. recit.* & in examinatione testium inspicere, quo vultu, quo pallore, qua animi trepidatione dicta proferantur
3 † *l.3.§.1.ff.de testib. cap.si testes. in prin.4.q.3.* quæ sine dubio facere non potest cœcus. Non poterit igitur dari iudex.

Tertio mouentur, quia valet argumentũ a muto & surdo ad cœcũ
4 † *l.vn. C. qui morb. se excus.* Sed illi iudices dari non possunt *l.cum prætor 12.§.natura ff.de Iudic.* Nec igitur dari poterit cœcus.

His tamen non obstantibus, verius est, quod alij tradiderunt, etiã initio rectè, & vtiliter iudicem da-
5 ri posse. † *Quæ fuit sententia Duar. lib.1.disp. ann.c.23.et ad tit.ff.de Indic.c.de his qui ind.dar. poss. Donell. li.17.cõm.c.24.Cuiac. ad l. cæcus 6. ff.de Iud.* Probatur aũt hęc sentẽtia

Primo *l.cæcus 6.ff. de Iudic.* vbi Vlpia-

Vlpianus, *Cæcus*, inquit, *iudicantis*
6 *officio fungitur*, † nec distinguit,
vtrum cęcus esset, cum iudex datus
est, an verò postea factus sit.

Secundo probatur *d.l.* 1. §. *casum*,
ff. de postul. quam perperam veteres
ad comprobandam suam sententiā
7 adduxerunt: nam ibi Vlpianus, †
*Quamuis autem cæcus pro alio po-
stulare non possit*, inquit, *tamen &
Senatorium ordinem retinet, & iu-
dicandi officio fungitur; numquid
ergo, & magistratus gerere possit*, &
paulo post, *Sed melius est, vt reti-
nere quidem dicamus acceptum ma-
gistratum posse: aspirare autem ad
nouum penitus prohiberi*: quibus
verbis (si quis ea diligenter per-
pendat) non obscurè significat, cę-
cum etiam initio posse dari iudicē;
nam, cum loquitur de ordine sena-
torio, vel de magistratu, vtitur ver-
bo, retinendi, cum verò de munere
iudicandi, simpliciter ait, cœcum il-
le fungi posse, qua diuersitate lo-
quendi nobis significat, distinctio-
nem retentionis iam accepti, & su-
sceptionis noui muneris, pertinere
quidem ad dignitatem senatoriam,
& ad magistratum, sed non ad mu-
nus iudicandi: quia cœcus ad no-
uum magistratum assumi, senator-
vè de nouo creari non potest, iu-
8 dex verò dari potest, † *vt in specie
declarant Duar. Don. & Cuiac. in lo-
cis supra relatis*. Cuius diuersitatis
hæc est ratio, quia in senatore, vel
magistratu non sufficit animi iudi-
ciū, sed requiritur etiam maiestas;
9 † Quamobrem dicimus maiestatē
prætoris, *l. si familia* 9. *ff. de iurisd.*
maiestatem imperij, *l. pen. ff. de iust.
& iur.* quæ maiestas non solum ex
insignibus, & ornamentis deduci-
10 tur, *de quibus* † *in d. l.* 1. §. *casum*, *ff.
de postul. & latè Brisso. lib. 3. Sel. an-
tiq. c.* 14. & 16. sed etiam ex digni-
11 tate, & forma corporis, † *vt scribit
Tiraq. in* 2. *leg. connub. nu.* 44. Vnde
Plin. lib. 1. Epist. ad Iunium Mau-
ricum scribens, *est*, inquit, *illi fa-
cies liberalis, multo sanguine, multo
rubore suffusa, est ingenua totius
corporis pulchritudo, & quidam Se-
natorius decor, quæ ego nequaquam
arbitror negligenda*. Et ideo, quia
talis maiestas in cœco deficit, nil
mirum si magistratus, senatorvè
creari nequeat. At in iudice dele-
gato, non requiritur hæc maiestas,
sed sufficit animi iudicium, quod
etiam in cœcis reperitur; Quam ob
12 rem, † & authoritatem præbere, *l.
etiam si tutor* 16. *ff. de auth. tutor.* &
adoptare, vel arrogare, *l. etiam cæ-
cus* 9. *ff. de adopt.* & testari, *l. hac con-
sultissima* 8. *C. qui test. fac. poss. §. cæ-
cus, Inst. quib. non est perm. fac. test.*
& agnoscere bonorum possessionē,
l. vlt. ff. de bon. possess. fur. & contra-
here, *vt scribunt Alex. cons.* 12. *nu.* 3.
volum. 1. *Ias. in d. l. hac consultissi-
ma* 8. *num.* 7. *& ibi Dec. num.* 42. *C.
qui test. fac. poss.* & id genus alia, in
quibus animi iudicium desidera-
tur, facere possunt. Quinimo in
cœcis potissimum iudicium excel-
lit, quippe quorum mens non di-
strahitur specierum varietate, sed
tota hæret in earum rerum, de qui-
bus cogitant, contemplatione de-
13 fixa, † *vt scribit Ang. in l.* 1. §. *casum*,
nu. 1. *ff. de postul.* Qua ratione mo-
tus Democritus, cum putaret impe
diri animi aciem aspectu oculorum
dicitur oculis se priuasse; *vt refert
Cic. lib.* 5. *Tuscul. quæst.* Nil mirum
igitur si etiam cœci iudices delega-
14 ri possint. † *Ita Duar. & Donell. in
supra allegatis locis*.

Hinc intelligimus non obesse
contraria, nam ad Primum respon-
sio, patet ex ijs, quæ diximus, sci-
licet, quia, §. *casum*, nostram, non
veterum confirmat sententiam, *vt
ostendimus in* 2. *fundamento*.

Ad ſecundum verò reſpondeo; Imo nihil in iudice deſiderari, qđ non etiam cæcus, vel per ſe, vel per alium explicare poſſit: nam, quod attinet ad ſententiæ recitationem, præter id, quod multi ſunt caſus, in quibus ſententia ſine ſcripto proferri poteſt, *vti videre eſt in Auth. niſi breues, C. de ſent. ex peric. recit.* neceſſario etiam fatendum eſt, eam
15 per alium fieri poſſe, † quod *& rectè Donell. d. lib. 17. Commen. cap. 24. ſcripſit*, & contrariæ ſententiæ ſectatores fatentur, quando iudex po ſtea, quam datus eſt, in cæcitatis vitium incidit, *vt Bart. in d. l. cæcus, & ibi Bald. Angel. & alij, reprobata opinione glo. quæ ibi in verb. fungitur, contrarium ſentiebat*: ſi enim poteſt in hac ſpecie, cur non, & in illa, qua dicimus iam cæcum datũ eſſe iudicẽ? Quod verò de teſtium examinatione dicitur, non officit, quia certum eſt, talem examinationem poſſe per alios expediri, cum non ſit actus iuriſdictionalis, ideoque poſſit etiam à delegato ad vnã
16 cauſam alteri cõmitti, † *vt tradunt omnes quos retulimus in 5. cap. q. 4. num. 20. & in ſpecie reſpondet Donel. d. lib. 17. comm. cap. 24.*

Ad Tertium denique reſpondeo aliam eſſe rationem ſurdi, & muti, aliam cœci; nam ad iudicium explicandum auribus, & lingua opus eſt, non oculis, quia cauſæ diſcuſſio auribus percipitur, ſententia voce promulgatur, nec in ijs vllum ſibi
17 vindicant locum oculi. † *Ita Don. d. lib. 17. comm. cap. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. annis indiſtinctè iudex à Principe delegari poteſt.*
2 *Princeps dando minori magiſtratum cenſetur decernere, vt omnia gerat.*
3 *Magiſtratibus petendis certa ætas fuit legibus definita.*
4 *Minor 18. annis iudex dari non poteſt. Fallit ſi partes conſentiant, num. 5. Sed contra, nu. 7.*
6 *Declaratur l. quidam 57. ff. de re iud. & nu. 8. 27. 22. & 31.*
9 *Poſtulare poteſt, qui plenam attigit pubertatem.*
10 *Anno 18. poteſt quis dari iudex, & ſine dubio ſi partes conſentiant, nu. 14. Inuitis vero partibus non poteſt, num. 16. licet plerique contra ſenſerint, num. 15.*
11 *Minor 20. annis non cogitur iudicare.*
12 *Declaratur l. cum lege 46. ff. de arb.*
13 *Excuſatio non eſt neceſſaria ijs, qui non poſſunt eſſe tutores.*
18 *Maior annis 20. iudex dari non poteſt inuitis partibus. Sed contra num 23.*
19 *Minor 25. annis non admittitur ad munera publica. Declara, vt numero 27.*
20 *Minor 25. annis cur non poſſit eſſe arbiter, & nu. 28. & 29.*
21 *Declaratur, & emendatur Sueto. in Aug. c. 32. & nu. 25.*
24 *Maior 20. annis poteſt cogi iudicare.*
26 *Declaratur cap. cum viceſimum 41. de offic. & pot. iud deleg.*
28 *Iudicis, & arbitri diſcrimen circa ætatem oſtenditur, et nu. 29. et 30.*
32 *Harmenopolus improbatur.*

An minor 25. annis Iudex dari poſſit. Quæſtio Quarta.



Ecundo de minore 25. annis dubitari ſolet, an iudex dari poſſit. Dubitationem autem fecit, *l. quidam 57. ff. de re iudi.* vbi Vlpianus: *Quidam conſulebant*, inquit, *an valeret ſententia à minore vigintiquinque annis iudice data. Et æquiſſimum eſt, tueri ſententiam ab eo dictam, niſi minor decem, & octo annis ſit.*

sit. Certè, si magistratum minor gerit, dicendum est iurisdictionem eius non improbari; Et, si forte ex consensu iudex minor datus sit, scientibus ijs, qui in eum consentiebant, rectissimè dicitur valere sententiam. Proinde, si minor prætor, vel consul ius dixerit, sententiamvè protulerit, valebit: Princeps enim, qui ei magistratum dedit, omnia gerere decreuit: nam, quia variam hæc verba interpretationem receperunt, ideo perplexa, atque difficilis reddita est quæstio proposita, de qua, quid statuendũ sit, si quæramus, puto multum referre, vtrum loquamur de datione iudicis, quæ fit à principe, an verò de ea, quæ fit à magistratu; nam si de illa, verius est, valere dationem, etiam si minor plenam nõ attigerit pubertatẽ, nec partes con-
1 senserint, † *cap. cum vicesimum 41. de offic. & pot. iudic. deleg. & scribunt Bart. in d. l. quidam 57. in prin. & ibi Angel. num. 1. Imol. in princip. Castr. num. 1. Alexand. num. 1. & 4. ff. de re iudic. Claud. Cantiun. lib. 1. de offic. iudi. cap. 3. num. 22. qui tamen malè de hoc ipso intelligit totam l. quidam; Idem scripsit Donell. lib. 17. comment. cap. 24.* quia, cum princeps possit ei magistratum, veluti consulatum, & præturam indulgere, quo casu censetur ei concedere potestatem omnia gerendi, quę spe-
2 ctant ad iusdicentis officium, † *d. l. quidam 57. versic. proinde, & scribunt Petr. Fab. in l. 2. ff. de regul. iur. Eduar. adu. Gou. in l. 2. ff. de iurisdi. Hoto. Ill. quæst. 17. Donell. d. lib. 17. comment. cap. 24.* tametsi per leges id fieri nequeat, quippe, quibus certa magistratibus petendis, atque gerendis ætas, eaque maior fuit defi-
3 nita, † *l. 2. ff. de minor. l. ad remp. 8. ff. de mun. & hon. & scribunt Cuiac. lib. 21. obs. cap. 32. Petr. Fab. in d. l. 2. ff. de reg. iur. Bret. cap. 13. de ordin. iudic.* Vnde Ouid. lib. 4. Fasto.

Iura dabas populo senior, finitaque certis
Legibus est ætas, unde petatur honos,

& Latin. Pacat. in Laudatio. Theod. *non in amplissimis,* inquit, *dignitatibus, sed in præturis quoque, & ædilitatibus capescendis ætas spectata est petitorum, nec quisquam annos comitiali lege præscriptos festinatis honoribus occupauit.* Cur non poterit vnius causę cognitionem non expectato consensu partium delegare?

Cœterum, si non à Principe, sed à Magistratu causa delegetur, refert, vtrum is, cui fit delegatio, sit minor 18. annis, an verò huiusmodi ætatem attigerit: nam ante 18. annum constat minorem iudicem
4 dari non posse, † *d. l. quidam 57. ff. de re iudic. & scribunt Cuiac. in d. l. cum prætor 12. ff. de iudic. in 17. lib. Paul. ad Edict. Donell. d. lib. 17. comment. cap. 24. Petr. Fab. in d. l. 2. ff. de reg. iur. Bret. d. cap. 13. de ordi. iudi.* & quidem sine dubio, si partes non consentiant: sed, si consentiant, res in controuersiam reuocatur: nam plerique censent dationem va-
5 lere, † *vt glo. in d. l. quidam, in verb. minor, & ibi Bart. in princ. Angel. num. 1. Castr. num. 1. Donell. d. lib. 17. comment. cap. 24.* ita accipientes, *versic. & si forte d. l. quidam:* dum Vlpianus, *& si forte,* inquit, *ex consensu iudex minor datus sit, scientibus ijs, qui in eum consentiebant, rectissimè dicitur, valere sententiam:* Non enim (vt ipsi cen-
6 sent) hæc verba † sunt accipienda de eo, qui peruenit ad plenam pubertatem, vt pote, de quo iam supra fuerat locutus Vlpianus, sed de minore decem, & octo annis, vt species sit diuersa.

Sed est verius, quod alij tradiderunt, ne partibus quidem consen-

ſentiẽtibus, eum iudicem dari poſ-
7 ſe: † *Ita enim cenſuerunt, Imol. in d.l.quidam, num. 3. & ibi Alex. nu. 2. Eduar. adu. Gou. in d.l.2.ff.de iuriſd. Petr. Fab. ad d. l. 2. ff.de regul.iur.* & rectè: nam hoc apertè ſcribitur *in d cap.cum viceſimum* 41. *de offic. & pot. iud. deleg.* cuius deciſio non eſt in hac parte à iure ciuili diuerſa, ſed ſtatuit id ipſum, quod antea fuerat legibus definitum, ſcilicet, quia
8 Vlpianus † *initio d. l. quidam,* ſcripſerat, ita demum ſententiam à minore dictam valere, ſi non ſit minor decem, & octo annis, ſecundum quam definitionem accipiendum eſt etiam, quod poſtea ſubijcit *in verſic. & ſi forte.* Nec enim verum eſt, hoc poſito ſuperuacuam induci eorum, quæ iam dicta fuerant, repetitionem, quia verius eſt; Imo ſpecies eſſe diuerſas, tametſi de eodem accipiantur, qui decem, & octo annis non ſit minor, *uti mox latius oſtendemus.*

Quod, ſi decimum octauum attigerit annum, aut (vt requirit S.P. *in d.cap.cum viceſimum*) eum tranſcenderis, quo caſu dicitur ad plenam peruenisse pubertatem, & ita ſtabile, ac firmum habere conſiliũ, vt etiam pro alijs poſtulare poſſit,
9 † *l. 1. §. pueritiam, ff. de poſtul. §. vlt. inſt. quibus ex cauſ. man. non lic.* traditur quidem ſimpliciter eum iudi-
10 cem dari, & iudicare poſſe, † *vti videre eſt apud Ant. Gou. ad l. 2. num. 8. ff. de iuriſd.* & probat Primo *d. l. quidam,* in illis verbis, *& æquiſſimum eſt, tueri ſententiam ab eo dictam, niſi minor decem, & octo annis ſit.* Secundo *l. cum lege 46. in prin. ff. de arb.* vbi Calliſtratus ait, lege Iulia cautum eſſe, *ne minor 20. annis iudicare cogatur: Quod etiam ſcripſerunt Caſtr. in d. l. quidam, num. 1. Claud. Cantiun. d. lib. 1. de offic. iudi. cap. 3. num. 12. in fin. Paul. Manut. de leg. Rom. fol. 123. Eduar. adu. Gou. in l. 2. ff. de iuriſd. fol. 62. Briſſo. lib 4. ſel. antiq. cap. 7. Petr. Fab. ad d. l. 2. ff. de reg. iur. Bret. d.*
11 *cap. 13. de ord. iud.* nam ex hoc † intelligimus eum iudicem dari poſſe, quia alioquin fruſtra prohiberetur
12 cogi, ſi iudex eſſe non poſſet, † *vt animaduerterũt Imol. in d. l. quidam num. 3. Anton. Gou. in d. l. 2. num. 8. ff. de iuriſdict. & rectè, quicquid in contrarium ſcripſerit Eduar. adu. Gou. ibid. fol. 63.* Quemadmodum fruſtra ſe excuſat à tutela, vel cura,
13 qui tutor, aut curator eſſe nequit, † *l. ſcire 15. § qui non iuſtè, & §. vlt. l. Caius 19. ff. de excuſa. tut. §. Item maior. inſt. eod. l. Seia 26. ff. de tut. & cur. l. 1. C. de conf. tut.* Tertio *d. cap. cum viceſimum,* ibi *in eum, qui annum 18. tranſcendiſſet.* Sed, quoniam hæc datio fieri poteſt, vel conſentientibus, vel inuitis partibus, ideo videndum eſt, Quomodo ſit hoc accipiendum. Et, ſi quidem partibus conſentientibus fiat, non eſt dubitandum, quin valeat datio
14 † *d. c. cum viceſimum 41. de offic. & pot. ind. deleg. d. l. quidam 57. verſic. & ſi fortè, ff. de re iudi. & ſcribunt Imol. in dict. l. quidam, num. 3. & ibi Alex. num. 3. Eduard. adu. Gou. in d. l. 2. ff. de iuriſd. Petr. Fab. in dict. l. 2. ff. de reg. iur. Bret. d. cap. 13. de ordi. iudic.* Cœterum, ſi inuitis partibus
15 fiat, cenſent quidem † *Bart. in d. l. quidam, in princ. & ibi Angel. nu. 1. Caſtr. num. 1. & alij* plerique ſimili modo dationem valere, idque ſignificare Vlpianum, *initio dict. l. quidam,* illis verbis, *& æquiſſimum erit tueri ſententiam ab eo dictam, niſi minor decem, & octo annis ſit,* quippe, quæ non videntur accipienda de eo, qui partibus conſentientibus ſententiam dixit, vtpote de quo poſtea loquuntur illa verba, *etſi forte ex cõſenſu iudex minor da-*

tus

datus sit, quæ sine dubio significant talem consensum in specie initio proposita non interuenisse, sed necessario videntur accipiẽda de eo, qui partibus inuitis iudex datus pronuntiauit;

Sed est verius, dari inuitis partibus non posse, illis verò consen-
16 tientibus posse, † vt *censuerunt Imol. in dict. l. quidam num. 3. & ibi Alex. num. 2. Eduard. adu. Gen. ad l. 2. ff. de Iurisd. fo. 62. Petr. Fab. ad l. 2. ff. de reg. Iur. Donell. dict. lib. 17. comm. cap. 24.* & apertè constat *ex d. cap. cum vicesimum 41. De off. & pot. iud. deleg.* cui

Non refragatur Vlpiani locus *in dict. l. quidam*, vt pote, in quo non agitur de iudice dato inuitis parti-
17 bus, sed initio † tractatur de eo, qui datus est illis non contradicentibus fortassis ob id, quod iudicis ætatem ignorabant, quo casu licet ipso iure sententia non valeat, tamen ex bono, & æquo sustinetur, quod significat Vlpianus illis verbis, *Et æquissimum est tueri sententiam ab eo dictam*: tueri enim dicitur prætor ea, quæ sustinentur ex bono, & æquo, licet iure deficiant *l. 1. in prin. ff. quib. mod. vsusf. am. l. si vsusfructus 9. ff. vsufr. quẽad. cau. l. 1. in fin. ff. quod fals. tut.* Postea verò loquitur Vlpianus de iudice dato partibus ætatem non ignorantibus, & expresse consentientibus, quo casu valet sententia etiam ipso iure, Idque significat, dum ait, *Et si forte ex consensu iudex minor datus sit, scientibus ijs, qui in eum consentiebant, rectissimè dicitur valere sententiam*: Itaque neutro casu loquitur de iudice dato inuitis partibus, tametsi species diuersas proponat, *vt explicant Eduard. adu. Gen. in dict. l. 2. ff. de Iurisd. fo. 62. & Donell. dict. lib. 17. commen. cap. 24.*

Hinc intelligimus minorem 20. annis nec inuitum, nec inuitis partibus iudicem dari posse; volentem verò in volentes, aut saltem non nolentes posse iudicandi munus exercere, validamque sententiam proferre, *secundum ea, quæ diximus*.

Sed hæc quidem de eo dicuntur, qui minor est annis 20. Quod, si maior sit, sed minor 25. partibus quidem consentientibus dubium non est, quin iudex dari possit, cum possit etiam intra vicesimum annũ, *vti supra diximus*. Cæterum inuitis partibus negant plerique eum
18 iudicem dari posse, † *vt Eduard. adu. Gen. in dict. l. 2. ff. de Iurisd. fo. 62. & Donell. d. lib. 17. comm. cap. 24.* moti

Primo, quia minores 25. annis ad munera publica, quæ patrimo-
19 nij non sunt, admitti non oportet † *l. adremp. 8. ff. de mun. & hon.* Sed iudicandi munus, & publicum est, *l. quippe 78. ff. de Iudic. & diximus in hoc cap. quæst. 2. num. 14.* & personale non patrimoniale *l. vlt. §. iudicandi ff. de mun. & hon.* Non debent igitur ad id minores admitti; *Ita arguunt Harmen. li. 1. Iuris epit. tit. 4. Eduard. & Donell. in supra allegatis locis.*

Secundo, quia ratio, propter quam minor 25. annis non potest esse arbiter, habet locum etiam in iudice: nam ideo arbiter esse nequit, quia, si sit minor 20. annis, nõ potest cogi iudicare, si verò, sit maior, potest quidem cogi, sed, si temerè susceperit arbitrium, causa cognita succurritur ei per in inte-
20 grum restitutionem † *l. cum lege 46. in princ. & §. 1. ff. de arbitr.* Atqui hæc ratio locum habet etiam in iudice, *vt ait Donell. dict. lib. 17. cap. 24.* Debet igitur, & in eo locum habere dispositio, vt scilicet, quemadmo-

admodum minor nõ poteſt eſſe ar-
biter, ita etiam non poſſit eſſe iu-
dex.

Tertio moti ſunt authoritate
Sueto. in Auguſto cap. 32. vbi *Iu-
dices*, inquit, *a triceſimo ætatis anno
allegit, ideſt, quinquennio maturius,
quam ſolebant:* nam ex his verbis
videtur clariſſimè conſtare, iudices
ante Auguſtum non conſueuiſſe ſu
mi, niſi ætatis trigintaquinque an-
norum, & Auguſtum contra ratio-
nem iuris antiqui cepiſſe eos elige-
re, quinquennio maturius, ideſt an
21 no trigeſimo, † *vt prater Eduar. &
Donell. ſcribunt etiam Carol. Sigo. lib.
2. De antiq. iur. ciu. Rom. cap. 18.
Paul. Manut. de legib. Rom. fo. 123.
Claud. Cantiun. lib. 1. de off. iud. cap.
3. num.* 17. Non igitur intra 25.
annum.

Quarto moti ſunt, quia abſur-
dum videtur alienarum rerum po-
teſtatem (maximè iudiciariam) ei
tribuere, cui rerum ſuarum admi-
niſtratio non conceditur *l. fin. C. de
leg. tut.* Atqui minori 25. annis
non conceditur ob conſilij imbe-
cillitatem rerum ſuarum admini-
ſtratio *l. 1.* ff. *de minor.* Non de-
bet igitur ei permitti iudicandi po-
teſtas.

Quinto videtur hoc ipſum *dict.
l. quidam 57.* ff. *de re Iud.* compro-
22 bari: nam † exceptio denotat regu-
lam in contrarium, & eam confir-
mat in caſibus non exceptis *l. 1. in
princ. verſ. huius* ff. *de off. eius,* Sed
in dict. l. quidam, excipiuntur in mi-
nore 25. annis duo caſus, vnus,
quando datus eſt cum conſenſu par
tium, vel ijs ætatem ignorantibus
ſententiam dixit, *ſecundum ea, qua
diximus ſupra numero 17.* alter ve-
rò quando creatus eſt magiſtratus
a principe, quibus caſibus iudex
eſſe poteſt. Ergo in alijs omnibus
caſibus denotatur, & confirmatur
regula in contrarium, vt ſcilicet iu-
dex eſſe non poſſit. *Ita Eduar. adu.
Gou. in d. l. 2.* ff. *de* Iuriſd.

Sexto, & vltimo videtur hanc
partẽ cõprobare locus Harmenop.
*lib. 1. Iuris epit. tit. 4. quem probant
Eduard. in loco relato, & Donell. dict.
lib. 17. comm. cap. 24.* nam ibi ex-
preſſe ait, minorem 25. annis iudi-
cem eſſe non poſſe, quia iudicandi
munus publicum eſt, ideoque ad id
minor admitti non debet.

Verum his non obſtantibus ego
puto veriorem eſſe ſentẽtiam exi-
ſtimantium, maiorem 20. annis, li-
cet minor ſit 25. iudicem etiam in-
uitum, & inuitis partibus dari poſ-
23 ſe: † *Fuit hac ſententia Bart. in d. l.
quidam in princ. & ibi Ang. num. 1.
Imol. in princ. & num. 3. Caſtr. num.
1. Alex. num. 1. & 2. & aliorum an-
tiquorum. Eiuſdem ſententia fue-
runt Anton. Gou. in dict. l. 2. num. 8.*
ff. *de Iuriſd. Cuiac. lib. 21. obſ. cap. 32.
Petr. Fab. in d. l. 2.* ff. *de reg. Iur.* Mo-
ueor autem

Primo *l. cum lege 46 in princ.* ff.
de arbitr. vbi Calliſtratus ſcribit le-
ge Iulia cautum eſſe, *ne minor 20.
annis iudicare cogatur.* Ergo vo-
luit maiorem 20. annis cogi poſſe,
24 † *vt aiunt Caſtr. in dict. l. quidam,
numero 1. Cuiac. dict. libro 21. obſ.
cap. 32. & Petr. Fab. in dict. l. 2.* ff. *de
reg. Iur.*

Secundo moueor eodem loco
Suet. in Aug. cap. 32. nam, ſecundũ
veram, & emendatam lectionem,
Iudices, inquit, *a viceſimo ætatis an-
no allegit, ideſt, quinquennio matu-
rius, quã ſolebant:* Et ſane, a vice-
25 ſimo, legendũ eſſe, † *Quomodo legit
Cuiac. dict. lib. 21. obſ. cap. 32.* non
verò, a triceſimo, *vt legunt ij, quos
retulimus ſupra num. 21.* aut a vice-
ſimo quinto, *vt legit Petr. Fab. in
dict. l. 2.* ff. *de reg. Iur.* intelligimus
ex dict. l. cum lege; nam lex Iulia iu-
dicio-

diciorum fuit ab Augusto lata: Vnde, cum ea lege factum sit, ut ab anno uicesimo minor cogi posset iudicare, intelligimus, ita se rem habere, ut, cum ante Augusti tempora non solerent in album iudicum referri, nisi maiores 25. annis, Augustus lege Iulia promulgata effecerit, ut quinquennio maturius, idest, anno uicesimo referrentur, & eo modo cogi possent iudicare.

Tertio confirmat hanc interpretationem S. P. *in cap. cum vicesimũ 41. De off. & pot. ind. deleg.* ubi, *Cum vicesimum annũ peregeris*, inquit, *dari potuisti in atate huiusmodi delegatus: Cæterum constituto infra atatem eandem (nisi partes scienter consentirent in eum, qui annum decimum octauum transcendisset) facta delegatio ab alio, quam a principe*
26 *non teneret*: nam, † cum partium consensum in eo requirat, qui infra uicesimum annum constitutus est, non obscure significat, talem consensum non esse necessarium, quoties causa committitur ei, qui uicesimum annũ peregit: Cui S. P. declarationi standum est, (*quicquid Donell. d. lib. 17. comm. cap. 24. & alij censuerint*) quippe, quæ mirum in modum consentit cum dispositione iuris ciuilis; *secundum ea, qua supra diximus, & in specie animaduerterunt* Imol. *in dict. l. quidam, in princ. & num. 3. & ibi Alex. num. 2.* excepto eo, quod iure ciuili sufficit, quem attigisse plenam pubertatem, ut iudex ex consensu partium dari possit, *d. l. quidam*, cum alioquin iure pontificio debeat is, in quem partes consentiunt 18. annum transcendisse, & præterea iure ciuili ualet sententia, si non ipso iure, saltem tuitione prætoria, licet partes scienter non consenserint, *d. l. quidam, & nos ostendimus supra* cuius tamen contrariũ uidetur iure Pontificio definitum: Nisi dicamus loqui S. P. de ualiditate delegationis, sed non negare, quin ex bono, & æquo sententia lata sustineri debeat, si partibus ætatẽ ignorantibus lata sit.

Huic autem sententiæ contraria non obstant: nam ad Primum respondeo, maiorem illam non esse generalem, nec pertinere ad om-
27 nia munera personalia, sed † ad ea tantum, quæ continent Reip. aut bonorum administrationem: Cuiusmodi sunt decurionatus, tutela, cura, & id genus alia munera: nam, quia talis administratio non nisi cũ magno periculo committitur adolescentibus *l. 1. in fin. ff. de minor.* ideo fit, ut neque tutores, aut curatores creari *l. vlt. C. de leg. tut. §. Itẽ maior Inst. de exc. tut.* neque decuriones fieri possint *l. non tantum 11. ff. de decur.* Sunt enim decuriones ueluti suæ curiæ senatores *l. omnes 53. C. de decur. lib. 10. latè Brisso. lib. 4. select. antiq. cap. 13.* qui remp. administrant. At iudicandi munus nec reip. nec bonorum cõtinet administrationẽ, ideoque potest etiã minoribus sine periculo committi, quia, si peccauerit minor, appellatione corrigetur eius sententia, & preterea cogebatur olim ex formula præscripta iudicare. *Ita respondent Anton. Gou. in d. l. 2. num. 8. in fin. ff. de Iurisd. & Petr. Fab. in d. l. 2. ff. de reg. Iur. & recentè, quicquid censetur Eduard. adu. Gou. in dict. l. 2. fo. 62.*

Ad secundum uerò respondeo, Imo respectu ætatis, aliam esse rationem iudicis, aliam arbitri: nam,
28 † iudex cum partium consensu etiã minor 20. annis dari potest, *dict. l. quidam 57. ff. de re Iud.* arbiter uerò eius ætatis ex compromisso sumi non potest *dict. l. cum lege 46. in princ. ff. de arbitr.* Denique post 20. an-

30. annum cogi poteſt iudicare minor, ſi index datus ſit, non etiam, ſi arbiter ex compromiſſo ſumptus, *dict. l. cum lege*. Cuius diuerſitatis duplex affertur ratio, Vna, quia datio iudicis ſit authoritate publica, qua iudicandi poteſtas tribui poteſt, Arbiter verò ſumitur a priuatis, qui talem poteſtatem dare nequeunt; Et ideo, quia, quicquid geritur authoritate cõpromiſſi, non niſi vim contractus habet, ſit, vt nõ rectè cõferatur in eum, qui ex proprio contractu non poteſt ad id, quod recipit, implendum adſtringi, ob reſtitutionis in integrum beneficium, quod ei ſolet indulgeri, ſi quid in cautè, & temerè faciendum
29 ſuſceperit. † *Ita Imol. in dict. l. quidam, num. 4. & ibi Alex. num. 3. Petr. Fab. in dict. l. 2. ff. de reg. iur. Donell. (licet de minore tantum cum partium conſenſu dato loquatur) dict. lib. 17. comm. cap. 24.* Altera verò, quæ affertur, ratio eſt, quia maius ab arbitro, quam a Iudice damnum afferri poteſt: cũ ab hoc appellare liceat, ab illo verò non item, *l. 1. C. de arbit.* ideoq; cautius videtur agendum in illo, quam in hoc deligẽdo, *ſecundum regulam l. 1. §. ſi quis non ab aliquo verſ. nam vel magis ff. de*
30 *Carb. edict.* † *Ita Imol. in d. l. quidã, num. 4.*

Ad Tertium reſponſio patet ex ijs, quæ diximus *ſupra num. 25.* vbi demõſtrauimus Suetonij locum eſſe corruptum, & ſecundum veram, & emendatam lectionem noſtram, non aduerſariorum probare ſententiam.

Ad Quartum reſpondeo id procedere, ſi concedatur adminiſtratio, ſecus verò, ſi iudicãdi poteſtas: nam hæc facilius, quam illa committitur adoleſcentibus, *vt oſtendimus ſupra num. 27.*

Ad Quintum reſpondeo legem
31. illam loqui de minore 20. annis, † vt patet ex eo, quod ait æquiſſimũ eſſe ſententiam ab eo dictam tueri, & eo modo ſignificat, ipſo iure non valere ſententiam, quod dici non poſſet, ſi maior eſſet annis 20. quippe qui per legem Iuliam cogi poteſt iudicare. Vnde intellimus, mendosè legi, *An valeret ſententia a minore vigintiquinque annis iudice data*, cum legendum ſit, a minore 20. annis, *vt rectè animaduertit Petr. Fab. in dict. l. 2. ff. de reg. iur.* Facilis enim eſt, & frequens in authorum libris numerorum error, propter ſcribẽdi notas, *vti poſt Cuiac. d. lib. 21. obſ. cap. 32. ſcripſit Petr. Fab. in dict. l. 2. ff. de reg. iur.*

Ad Sextum denique reſpõdeo,
32 Harmen. in hoc erraſſe, † quoniam ſimpliciter ſcripſit, minorem 25. annis non poſſe eſſe iudicem, quod perſpicuè falſum eſt, *vti conſtat ex d. l. quidam 57. ff. de re Iud. d. l. cum lege 46. in princ. ff. de arb. & ex ijs, quæ ſupra diximus. Ita. Ant. Gou. in d. l. 2. nu. 8. ff. de Iuriſd. Petr. Fab. in d. l. 2. ff. de reg. iur.*

SVMMARIVM.

1 *Imperiti iuris poterant olim dari iudices.*
2 *Magiſtratus olim creabantur plerunq; iuris imperiti.*
3 *Magiſtratus habebant ſuos aſſeſſores.*
4 *Magiſtratus nihil ſine conſilio aſſeſſorum ſtatuebant.*
5 *Declaratur l. 2. ff. quod quiſq; iuris, & nu. 6.*
7 *Aſſeſſoribus non mandabatur iuriſdictio.*
8 *Centumuiri cognoſcebant de controuerſijs iuris.*
9 *Centumuiri qui, & vnde dicti.*
10 *Decemuiri litibus iudicandis qui.*

11 *Cen-*

11 *Centumuiri in quatuor consilia diuisi, & ab omnibus de eadem re cognoscebatur nu. 12.*

13 *Sententia contraria, & pares a centumuiris poterant proferri.*

14 *Querela est iudicium centumuirale.*

15 *Petitio hereditatis iudicium cẽtumuirale.*

16 *Iudices dati habebant suos assessores.*

17 *Iudices dati de iure consulebant magistratus.*

18 *Imperiti iuris non possunt delegari, nisi a principe, vt nu. 21. Sed contra nu. 22.*

19 *Declaratur l. certi 15. C. de Iudic. & nu. 20. & 33.*

23 *Ordinarij possunt esse iuris imperiti, & illiterati, & cur nu. 24.*

25 *Delegati possunt habere suos assessores.*

26 *Delegati qualitates, quanam esse debeant.*

27 *Imperiti iuris possunt habere causarum experimentum.*

28 *Discretio est mater omnium virtutum.*

29 *Aduocati grossi possũt recusari si causæ subtiles eis committantur.*

30 *Declaratur §. 1. Auth. de Iudic. coll. 6.*

31 *Declaratur cap. 1. De cons. & affin. & nu. 32.*

An iuris imperiti iudices dari possint, Quæstio Quinta.



TErtio de iuris imperitis, & ignaris, num iudices dari possint, ideo dubitari solet, quia iudicãdi munus nõ videtur ab alio, quam a iurisperito posse exerceri; Qui enim fieri potest, vt secundum ius (nisi fortuito) pronuntiet is, qui iuris notitiam non habet? qui discernere non potest, quid æquum sit, quid iniquum, cum in hoc genere etiam a prudentibus ipsis plerunque sub authoritate iuris scientiæ perniciosè erretur, vt Celsus Adolescẽs dicere solebat *l. si seruum 91. §. sequitur* ff. *de verb. oblig.*

Sed magis est, vt iuris peritia nõ fuerit in ordinarijs iudicijs in iudi-
1 ce dato necessaria, † *vt scribit Hoto. Ill. quæst. 28.* nam, cum necessaria non fuerit in magistratibus, & ijs, quibus iurisdictio mãdabatur: Cõsequens est, vt multo minus fuerit necessaria in iudicibus datis, quippe, qui nõ nisi ex iure sibi in formula præscripto iudicare poterant, vt, *diximus in primo cap. quæst. 6. num. 4 & dicemus in cap. 7. quæst. 3. num. 9.* Non fuisse autẽ necessariam in magistratibus, & ijs, quibus iurisdictio mandabatur, intelligimus ex eo, quia consules, prætores, proconsules, præsides, & id genus alij magistratus, plerunque viri militares ex nobilioribus familijs orti, & ignari
2 legum ac iuris creabantur † *l. certi 15. C. de Iudic. & scribunt Coras lib. 1. Miscell. cap. 19. num. 3. Cuiac. lib. 23. obs. cap. 40. & in parat. C. de assess. Hoto. d. Ill. quæst. 28. Donell. lib. 18. commen. cap. 2. Bret. de ord. Iud. cap. 14.* Vnde Cic. pro Planc. *Populus Romanus*, inquit, *deligit magistratus, quasi reip. villicos, in quibus, si qua præterea est ars, facile patitur, sin minus virtute eorum, & innocentia contentus est: Quotus enim quisque disertus? quotus quisque iuris peritus est?* Et eiusdem qualitatis homines a senatu dabantur proconsulibus in prouincias profecturis, vt ab eis mandatam iurisdictionem susciperẽt, & exercerent. Nec fuit hoc inconueniens: nam, cum iuris scientiam non solum per nosmet ipsos habere, sed etiam consulendo peritiores adsequi possimus *l. in bonorũ 19. ff. de bon. poss.* nil fuit impedimento, quominus etiam ab huius-

ſuſmodi hominibus ius diceretur,
non quidem ex proprio ſenſu, ſed
ex conſilio aſſeſſorũ, ideſt iuris pe-
ritorum, qui, vt ipſis magiſtratibus,
ita, & eorum legatis in conſilijs ad-
3 ſidebant, † *vt de magiſtratibus con-
ſtat ex l. lex Cornelia 5. §. in lege Cor
nelia ff. de Iniur. l. Celſus 29. in prin.
ff. de leg. 2. l. metum 9. §. ſed, quod præ
tor ff. quod met. cauſ. l. 1. ff. de off. aſ-
ſeſſ. l. 1. C. de aſſeſſ. §. 1. Auth. de Iu-
dicib. coll. 6. & tradunt ad eund. tit.
ff. de off. aſſeſſ. Duar. Egu. Bar. Coraſ.
& Cuiac. Briſſo. lib. 1. ſel antiq. cap.
12. Donell. dict. lib. 18. comm. cap. 2.
Bret. d. cap. 14. De ord. Iud. De lega-
tis verò conſtat ex l. ſi quis forte 6. §.
pen. ff. de pœn. & ſcribit Cuiac. in
parat. ff. de off. aſſeſſ. in l. & quia 6.
ff. de Iuriſd. in 2. lib. Paul. ad edict. &
lib. 7. obſ. cap. 21.* & ſine quorum cõ-
ſilio nihil decernebãt magiſtratus,
4 & qui vices eorum ſuſtinebant † *l.
3. §. 1. ff. de minor. l. an manumittere
5. ff. de manu. vind. d. §. 1. Auth. de
Iudic. coll. 6. & ſcribunt Coraſ. dict.
lib. 5. Miſcel. cap. 19. num. 3. Cuiac.
dict. lib. 23. obſ. cap. 40. Bret. d. cap.
14. De ord. Iud.* adeo, vt aſſeſſores
ipſi verba plerunque ſuggerent in
reddendo iure: Quod oſtẽdit Se-
nec. lib. 1. de tranq. animi, his ver-
bis, *qui inter peregrinos, & ciues,
aut vrbanus prætor adeuntibus aſſeſ
ſoris verba pronuntiat.* Vnde factũ
eſt, vt, ſi magiſtratus per imperitiã
iuris, & legum iniquum aliquod ius
ſtatuiſſet, non ipſi hoc magiſtratui,
5 ſed eius aſſeſſori noceret † *l. 2. ff.
quod quiſque iuris*, quia non magi-
ſtratus ſed aſſeſſor ſe iuriſperitum
profitebatur, ideoque talem peri-
6 tiam præſtare debebat, † *vt ibidem
acc. in verb. aſſeſſori, & poſt eum Cu-
iac. dict. lib. 23. obſ. cap. 40. alijque
paſsim tradiderunt.* Hinc etiam fa-
ctum eſt, vt magiſtratus non ſole-
rent, imo nec poſſent his aſſeſſori-
bus mandare iuriſdictionem, aut
7 eos dare iudices, † *vt ſcribit Anton.
Gou. lib. 2. de Iuriſd. num. 47. & pro-
bat l. 2. C. de aſſeſſ. & ſeparatio tit. ff.
de off. aſſeſſ. a tit. de off. eius, (quam-
quam contrarium ſcripſerit Anton.
Aug. ad Modeſt. in l. non ſolum 12. §.
ſimiliter ff. de excu. tut.)* quoniam
eorum opera erat in conſulendo, &
iure tam ipſis magiſtratibus, quam
eorũ vice ius dicentibus ſuggeren-
do neceſſaria.

Iudices autem dari etiam impe-
ritos, & ignaros iuris potuiſſe imo
in ordinarijs iudicijs conſueuiſſe,
vel ex eo intelligimus, quia non da-
bantur iudices, niſi, qui fuerant ex
ordine ſenatorio, & equeſtri ſele-
cti, & in album iudicum relati, *vt
latius oſtendimus in 7. cap. quaſt. 1.
num. 6.* quique, vt plurimum erant
iuris ignari, præcipue equites, qui
tamquam milites arma potius, quã
leges callebant, *l. fin. in princ. C. de
de Iur. delib. Ita Hoto. d. Ill. quaſt. 28.
Bret. d. cap. 14. De ord. Iud.*

Sed in ordinarijs iudicijs hoc nõ
erat inconueniẽs, quia iudices non
dabantur ex numero ſelectorum,
niſi in ijs cauſis, in quibus erat cõ-
trouerſia de facto, vel certo, & in-
dubitato iure: nam cauſæ iuris am-
biguitatem continentes ad Centũ-
uiros remittebantur, quorum co-
gnitione, & iudicio ſolebant iuris
8 controuerſiæ terminari, † *vt ſcri-
bunt Carol. Sigon lib. 2. de Iudic. cap.
22. & 28. Coraſ. lib. 3. Miſcell. cap.
17. num. 5. & ad l. 2. numero 25. ff. de
Iuriſd. Ranard. cap. 5 c. Protrib. Cu-
iac. lib. 2 c. obſer. cap. 3 c. M. Anton.
Muret. ad l. 2. §. deinde cum eſſet, &
ibi Cuiac. ff. de orig. Iur. Bret. cap. 8.
12. & 35. De ordin. Iudic.* Vnde Se-
nec. lib. 3. de benefic. cap. 7. *De qui-
buſdam*, inquit, *etiam imperitus iu-
dex dimittere tabellam poteſt, vbi fe-
ciſſe, aut non feciſſe pronuntiandum
eſt,*

est, vbi prolatis cantionibus contro-
uersia tollitur. Vbi verò inter dispu-
tantes ratio ius dicit, vbi animi con-
iectura capienda est, vbi id, de quo
sola sapientia decernit, in controuer-
siam incidit, non potest adhac sumi
iudex ex turba selectorum, quem cen
sus in album, & equestris hæreditas
misit, & Cic. lib. 1. de Orat. nã, quod
maximas centũuirales causas in iu-
re positas protulisti, quæ tandem ea-
rum causa fuit, quæ ab homine elo-
quenti iuris imperito nõ ornatissimè
potuerit dici, & Quintill. lib. 4. cap.
2. id accidit aliquando vtrique par-
ti, cum vel nulla expositio est, vel de
re constat, de iure quæritur, vt apud
Centumuiros, filius, an frater debeat
esse intestato hæres. Erant autẽ cen-
tumuiri centum, & quinq; iudices
ad iudicandũ asciti, ex singulis tri-
bubus, quę erant triginta quinque,
terni, sed, quo facilius appellaren-
9 tur, Centumuiri dicti, † vt in l. qui
repudiantis 17. in princ. ff. de Inoff.
testa. l. vlt. C. de lib. præter. Ita Carol.
Sigo. d. lib. 1. de Iudic. cap. 22. Vnde
Ouid. lib. 3. de Ponto Eleg. 5.
Vtq; fui solitus, sedissẽ forsitã vnus
De cẽtum iudex in tua verba viris.
Et lib. 2. de tristib. Eleg. 1.
Nec malè commissa est nobis fortuna
reorum
Vsque decẽ decies inspicienda viris.
Et ab his centumuiralia iudicia no
minata, de quibus fit mẽtio in l. vlt.
C. de pet. hered. l. Titia 13. ff. de Inoff.
test. l. petitor. 31. ff. de lib. leg. His præ-
erant Decemuiri, litibus, siue, vt ve
teres dicebant, stlitibus iudicandis,
qui magistratus erãt, & hastæ, idest
iurisdictioni centumuirali pręerãt:
nam cogebant Centũuiros, & eorũ
10 sententias exequebantur, † vt scri-
bunt Fenest. de magistr. cap. 23. Põp.
Lat. de magistr. cap. de prætoribus, &
decemuiris Carol. Sigo. dict. lib. 1. de
Iudic. cap. 8. & 28. Ranar. d. cap. 19.
& 20. Protrib. Cuiac. lib. 3. obs. cap.
32. Muret. ad d. l. 2. §. deinde cũ esset,
& ibi Cuiac. ff. de orig. Iur. Bret. cap.
9. de ord. Iud. & constat ex l. 2. §. de-
inde cum esset ff. de orig. Iur. vbi Põ-
ponius, Deinde, inquit, cum esset ne-
cessarius magistratus, qui hastæ præ-
esset, decemuiri (malè autem vulgo
legitur, Centumuiri) litibus iudican
dis constituti sunt. Vnde Ouid. siue,
vt alij malunt, Lucanus ad Pison.
Seu trepidos ad iura decem citat ha-
sta virorum,
Et firmare iubet cẽteno iudice causas
Papinius
Cessat centeni moderatrix iudicis
hasta,
Martialis lib. 7. Epigr.
Hunc miratur adhuc centum grauis
hasta virorum,
& Suet. in Aug. cap. 36. scribit Augu
stũ constituisse, vt centũuiralem ha-
stã, quam quæstura functi consuene-
rant cogere, decẽuiri cogerent. Erant
autẽ centumuiri in quatuor consi-
lia diuisi, & in Basilica, vel Iulia, vel
Portia, quatuor ascendebant tribu-
11 nalia, † vt scribunt Caro. Sig. d. lib. 1.
de Iud. cap. 28. Ranard. cap. 20. Pro-
trib. Cuiac. lib. 10. obs. cap. 20. Bret.
ca. 9. de ord. Iud. Vnde Quint. lib. 12.
cap. 5. Certè, inquit, cũ in basilica Iu
lia diceret primo tribunali, quatuor
autẽ iudicia, vt moris est, cogerẽtur,
atq; omnia clamoribus fremerent, &
auditũ, et intellectũ, & quod agenti-
bus cæteris cõtumeliosũ fuit, laudatũ
quoq; ex quatuor tribunalibus memi-
ni. Ad quod respiciens in l. cũ filius 78.
in princ. ff. de leg. 2. Papinianus, Cũ
filius, inquit, diuisis tribunalibus, (vt
legitur in Pandectis Florentinis)
actionẽ inofficiosi testamenti matris
protulisset; Ab his quatuor consilijs
vno, atq; eodẽ tẽpore de eadẽ con-
trouersia cognoscebatur, & iudica-
12 batur, † vt scribũt Caro. Sig. d. lib. 1.
de Iud. c. 28. Ranar. d. ca. 20. Protrib.

Quamobrē Centumuirale iudiciū,
quadruplex iudicium vocabatur.
Plin.lib.4.Epist.*Proximè,cum apud*
Centumuiros in quadruplici iudicio
dixissem, subit recordatio, egisse me
iuuenem aquè in quadruplici,& lib.
6. quadruplici iudicio bona paterna
repetebat. Hinc eueniebat,vt actor
interdum obtineret omnibus con-
silijs,interdum vinceret duobus,&
totidem vinceretur,& ita pares nu-
mero,contrariæque sententiæ pro-
13 ferrentur, † *vt scribunt Rauard. d.*
cap.20. Protrib. Cuiac. dict. lib. 10.
obser. cap.20. Vnde Val. Max.lib.
7.cap.7.*Cum improbissimis enim ha*
redibus, inquit, *de paternis bonis*
apud centumuiros contendit, omni-
busque non solum consilijs, sed etiam
sententijs superiòr discessit, & Mar-
tianus *in l.si pars* 10 ff.*de Inoff.testa.*
loquens de Inofficiosi testamenti
querela, quam inter centumuiralia
14 iudicia numerari † constat *ex l.Ti-*
*tia 13.l.qui repudiātis 17.in prin.*ff.
eod.l.maximū vitium 4. C.de lib.pra
ter. ita scribit,*Si pars iudicantiū de*
inofficioso testamento,cōtra testamē-
tū, pars secundum id sententiam de-
derit, quod interdū fieri solet. huma-
nius erit,sequi eius partis sententiā,
qua secūdum testamentū pronuntia-
uit,& Vlpianus *in l.circa 24.*ff.*eod.*
de eadē querela loquens,*Circa inof*
ficiosi querelam, inquit, *euenire ple-*
rumq; adsolet,vt in vna, atq; eadem
causa diuersa sentētia proferantur,
& eodē sēsu *in l.cū filius 78.in prin.*
ff.*de leg. 2.* Papinianus, *Cum filius*,
inquit, *diuisis tribunalibus, actionē*
inofficiosi testamēti matris protulis-
set, atq; ita varia sententia iudicum
extitissent. Non solum autem de
querela iudicabant centumuiri, &
15 omni hæreditatis petitione,† *l.vlt.*
*C.de pet.hared.l.petitor.31.*ff.*de lib.*
lega. Paul.lib.5. Sentent. tit. 16. sed
etiam de alijs omnibus quæstioni-
bus iuris controuersi,quæ erant in-
numeræ, vti constat ex his verbis
Cic. lib. 1. de Orat. *Nam volitare*
in foro, harere in iure, ac pratorum
in tribunalibus, iudicia priuata ma-
gnarum rerum obire, in quibus sapè
non de facto, sed de aquitate, ac iu-
re certetur, iactare se in causis cen-
tumuiralibus,in quibus vsucapionū,
tutelarum, gentilitatum, agnatio-
num, alluuionum, circumluuionum,
nexorum, mancipiorum, parietum,
luminum, stillicidiorum, testamento-
rum ruptorum, aut ratorum,catera-
rumque rerum innumerabilium iura
versentur, cum omnino, quid suum
quid alienū. quare denique ciuis,an
peregrinus, seruus, an liber quispiā
sit, ignoret, insignis est impudentia.
Ex his (vt eo redeat, vnde no-
stra defluxit oratio) intelligimus
nón fuisse in ordinarijs iudicijs ab-
surdum causas etiam imperitis cō-
mitti, Primo, quia in ijs nō de iure
tractabatur, sed de facto, & iudex
nō debebat aliud inquirere, quam,
vtrum ita se res haberet, vt fuerat
proposita: nā, si ita se habebat, ne-
cessario debebat condemnare reū,
aliàs eum absoluere, *vti diximus in*
*1.cap.q.6.num.6.*Quamobrem for-
mula, quā ei prætor præscribebat,
ita solebat concipi,*Si paret rem Ti-*
tij esse,si paret Titium vendidisse, &
id genus alijs modis,*vti diximus in*
1. cap.quast.3. num.23. & quast.6.
num. 6. Non erat igitur res tanti
momenti, quin de ea posset etiam
iuris imperitus iudicare, *vt dice-*
bat Senec. lib. 3. de benef. cap.7. cu-
ius verba supra retulimus. Secun-
do, quia iudices solebant & ip-
si exemplo magistratuum in consi-
lium aduocare iurisperitos,& secū-
dum eorum sentētias, & opiniones
16 pronuntiare, † *vt scribūt Caro.Sig.*
d.lib.2.de Iud.cap.28.Don.d lib.18.
cōm.cap.2.Bret.d.ca.14.De ord.Iud.

Vnde

Vnde Cic. in Topic. *priuata enim iudicia maximarum quidem rerum*, inquit, *in iuriſconſultorum mihi videntur eſſe prudentia: nam, & adſunt multum, & adhibentur in conſilio*, & pro P. Quinctio, *quæ*, inquit, *quo plura ſunt C. Aquilli, eo te, & hos, qui tibi in conſilio adſunt, meliori mente noſtra verba audire oportebit*, & paulo poſt, *non eo dico C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides, & conſtantia, aut quo non in ijs, quos tibi aduocaſti, viris electiſsimis ciuitatis ſpem ſummã habere P. Quinctius debeat*, & Gell. lib. 12. c. 13. *Cur*, inquit, *hoc me potius rogas, quam ex iſtis aliquem peritis, ſtudioſiſque iuris, quos adhibere in conſilium iudicaturi ſoletis?*
Tertio, quia, ſi iuris aliqua dubitatio nata fuiſſet, ſolebant iudices conſulere magiſtratus ipſos, a qui-
17 bus dati fuerant: † *vt ſcribũt Duar. lib. 5. diſp. ann. c. 41. Coraſ. ad l. ſolet 6. §. ſicut num. 3. ff. de offic. proc. & leg.* nam, vt in *l. eum, quem temerè 79. §. 1.* ff. *de iudic.* Vlpianus ait, *Iudicibus de iure dubitantibus præſides reſpondere ſolent, de facto conſulentibus non debent præſides conſilium impertiri, verum iubere eos, prout religio ſuggerit, ſentẽtiam proferre.* Denique ſolebat obſeruari, vt in actionibus, quæ ſui natura faciunt locum arbitrio iudicis, ideſt, in quibus iudex ex bono, & æquo debet æſtimare, quantum actori pręſtari debeat, vt in actionibus bonæ fidei, §. *in bonæ fidei Inſt. de actio.* aut quemadmodum ei debeat ſatiſfieri, vt in actionibus arbitrarijs §. *præterea Inſt. eod. ſecundum ea, quæ latius dicemus in 7. c. q. 3. nu. 6.* non darentur quiuis iudices, ſed tãtum prudentiores, *vt eſt de mente Vand. lib. 1. q. iur. cap. 14. num. 9.* ſcilicet, quia, *In his magni* videbatur *eſſe iudicis ſtatuere, quid quemque cuiq; præſtare oporteret*, vt ait Cic. lib. 3. offic.

Sed hæc in ordinarijs iudicijs, quibus veteres vtebantur, obtinebant, in extraordinarijs verò, quibus vtimur, ſi quæramus, an etiam iuris imperitis cauſæ delegari poſſint, tres conſtat fuiſſe noſtrorum interpretum ſententias, Primam exiſtimantium indiſtinctè non poſ-
18 ſe delegari; † *Quæ fuit ſententia Coraſ. lib. 5. Miſcell. c. 19. nu. 5. & quorundam aliorum*. Mouentur autem.

Primo *ex §. 5. Auth. de Iudicib. coll. 6.* vbi Iuſtinianus apertè ſcribit, non debere magiſtratus habere iudices maximè legũ ineruditos; deinde neq; cauſarum habentes experimentum, quia ſi cauſæ committerentur ijs, qui per ſe non ſciunt, quod iuſtum eſt, ſed aliunde coguntur emendicare rectè iudicandi formulam, maximam ex hoc labẽ, & iacturam ſentiret Reſpublica.

Secundo mouentur *ex c. 1. in fi. de conſang. & affin.* vbi Alex. 3. *S. P. non ſunt cauſæ matrimonij tractandæ per quoslibet*, inquit, *ſed per iudices diſcretos, qui poteſtatem habeãt, iudicandi, & ſtatuta canonum non ignorent.*

Tertio quia non poteſt iuris imperitus eſſe iudex ordinarius, multo igitur minus poterit eſſe delegatus, *d. §. 5. Auth. de iudic. coll. 6.* Ante-
19 cedens videtur probari † ex ipſamet *l. certi 15. C. de iudic.* quam alij ad comprobandam contrariam ſententiam adducere conſueuerunt: nam ibi Iuſtinianus, de militaribus loquens hominibus quibus conceſſa eſt iudicandi facultas, *cum ſciamus*, inquit, *& militares magiſtratus, & omnes tales homines per vſum quotidianum iam eſſe approbatos, vt & audiant lites, eaſq; dirimant, & pro ſua, & legis ſcientia huiuſmodi*

altercationibus finem imponant: Illa
enim verba, *pro sua, & legis scien-
tia,* videntur indicare, magistratus
militares,& alios,de quibus loqui-
tur Imperator,debere habere scien
tiam legis, & sic esse iuris peritos,
20 † *vt considerant Coras. dict. lib. 5.
Miscell. cap. 19. num.6. Donell.dict.
lib. 17. comm. cap.24.* Et sanè,cum
magistratus officium in reddendo
iure consistat *l. 2. §. post originem ff.
de orig.iur.*& imperitus id per se fa-
cere nequeat,cum,vt ait Terent.in
Adelph.Act.1.Sc.2.

*Homine imperito nũquam quicquam
iniustius,*

ac proinde necessario debeat ab
alijs, idest ab assessoribus iurisdicũ
di formam emendicare, magnum
ex hoc respublica detrimentum
percipere videtur, *dict. §. 1. Au-
th. de Indic. coll. 6.* Quamobrem
Alexander Seuerus (vt Lampri-
dius in eius vita refert) dicere so-
lebat, *eos esse promouendos, qui per
se remp. gerere possent, non per asses-
sores.*

Secunda fuit opinio distinguen-
tium aut tractamus de causis, quæ
delegantur a principe, aut de ijs,
quæ delegantur ab alijs: nam prio-
re casu esse delegationem etiam
iuris imperitis, & ignaris factam
(dummodo scienter facta sit) va-
lere, *ex l. quidam 57. ff. de re In-
dic.* posteriore verò contra,*ex dict.*
21 *§. 1. Auth. de Indic. coll. 6.* † *Ita
censuerunt gl. in dict. §. 1. in verb.
habere, Auth. de Indic. & in dict.l.
certi in verb.magistratus.& ibi Ias.
num.5. C. de Indic.Donell.d.lib. 18.
comm.cap.2.*

Verum his non obstantibus ego
veriorem esse puto Tertiam sen-
tentiam existimantium, etiam le-
gum imperitis, imo, & illiteratis,
dummodo discreti sint, & causa-
rum experimentum habeant, cau-
sas delegari posse nõ solum a prin-
22 cipe, sed etiam ab ordinario, † *Cu-
ius sententia fuerunt gl. in cap. sci-
scitatus 14.in verb.impedimento, &
ibi Abb.num. 15. de rescript.Ang.in
l.quidam 57.num.2. & ibi Imol nu.1
ff. de re Iud.* Probatur autem hæc
sententia.

Primo argumento ducto a pari-
tate rationis: nam ratio, propter
quam dicimus potestates, & iudi-
ces ordinarios etiã illiteratos con-
23 stitui posse † *l. certi 15. & ibi gl. in
verb. hominibus, & in verb. magi-
stratus, & post eam Bart.Bald.Ang.
Ias. & alij C.de Ind.§.1.& ibi gl. in
verb. habere, & in verb.nostris Au-
th.de Indic. coll. 6.gl. in l. 2.in verb.
assessori, ff.quod quisque iuris Bart.
in l.cæcus 6. & ibi Ang.ff. de Indic.
Bart.in l.fin. num.3.C.de sent.ex pe-
ric. recit. & in l. expertes 6.num. 1.
C.de decur. lib. 10.* est,quia possunt
habere peritos assessores, & ex eo-
rum consilio sententiam proferre
24 † *dict. §. 1. & ibi gl: in verb. nostris
Auth. de Indic.coll.6. Bald.in dict.l.
certi, & ibi Ias.num. 5. & nos dixi-
mus supra num. 3.* At hæc eadem
ratio locum habet etiam in delega-
tis, quippe, qui & ipsi possunt sibi
25 peritos assessores adiungere † *cap.
statutũ 11.§.assessorem De rescript.
in 6. & scribunt Ang.in dict. l. qui-
dam 57. numero 2. & ibi Imol. nu-
mero 1. ff. de re Iudic. Abb. in dict.
cap. sciscitatus 14. numero 15. De
rescript. Martin. Mont. in dict .rub.
ff.de off.eius,num 42.circa fin.* Nec
alia ratione cantum est *in dict. cap.
statutũ 11.in princ.de rescript.in 6.
& refert Paul. Oria. in l.1. in princ.
num.45.ff.de off.eius*, ne causæ,quæ
delegantur ab Apostolica sede, aut
ab eius legatis,*audiantur alibi, quã
in ciuitatibus, vel locis insignibus,
vbi possit cõmodè copia peritorũ ha-
beri*, quã, quia plerunq; non solum
par-

partibus, sed etiam ipsis iudicibus necessaria est opera peritorum, qui non nisi cum magno litigatorum incommodo, & sumptu ab alijs ciuitatibus peterentur. Debet igitur in delegatis eadem esse iuris dispositio, vt scilicet, etiam si sint iuris imperiti, causæ tamen eis delegari possint.

Secundo probatur, quia, qualitates in eo, cui causa delegari debet requisitę, possunt etiam in iuris imperito, & illiterato reperiri: nam
26 qualitates hæ sunt, † vt sit discretus, *cap. si pro debilitate 3. De off. & pot. iud. deleg. cap. 1. in fin. De consang. & affin.* vt prouidus *cap. cum R. Canonicus 35. De off. & pot. iud. deleg.* vt rectè sapiat, *cap. fin. 2. quæst. 2.* vt sciat cognoscere, & discernere, quod iudicare debet *cap. 1. vers. oportet De pœnit. dist. 6.* vt causarum habeat peritiam, & experimentum *dict. §. 1. Auth. de Iudicib. coll. 6.* Sed hæ qualitates omnes possunt etiam in imperitis, & illiteratis inueniri, eum, & ipsi prudentiam in rebus agendis, & tra-
27 ctandis † *l. Athleta 8. §. vlt. ff. de excus. tut. §. similiter Inst. eodem*, & discretionem, quæ, vt dicitur, mater
28 omnium virtutum est, † *cap. fin. 1. quæst. 5.* & peritiam, siue experimẽtum causarum habere possunt, *vt scribit gl. in cap. ad nostram 3. in verb. quæritur De consuet.* Nil igitur impedit, quominus & ipsi rectè iudicare possint. *Quid enim,* (vt ait *in dict. l. certi* † *5. C. de Iudic.* Iustinianus) *Obstaculi est, homines, qui alicuius rei peritiam habent, de ea iudicare?* nec eis obstabit scientiæ defectus, quippe, qui per alios suppleri potest, *vt scribit Ias. in d. l. certi, num. 1.* Quinimo, si vetum dicere fas est, solent ab huiusmodi hominibus, qui causarũ habent experientiam, iustiores plerumq; sententiæ proferri, quam a nonnullis, qui se iurisperitos profitentur, sed vere sunt ex numero eorum, quos
29 † *Bald. in l. vlt. numero 37. C. de hared. inst. & post eum Ias. in l. apertissimi 14. num. 7. vers. & licet, & in dict. l. certi, 15. numero 5. C. de Iudic. alijque* passim grossos appellant, & propter iuris ignorantiam, scribunt esse suspectos, & posse recusari, si causæ subtiles eis committantur.

Neque huic sententiæ obstant contraria: nam ad Primum respon-
30 deo, locum illum † non esse generalem, nec ad eos quibus arbitrio principis, vel magistratus causæ delegantur, & de quibus nos loquimur, pertinere, sed tantum ad eos, qui quotannis deputabantur in vnoquoque præsidatu, vt illis, non etiam alijs a prouinciatum rectoribus causæ iudicandæ committerentur: nam huius generis iudices vult Iustinianus non aliter posse deputari, quã si legum sint, & iuris periti, causarumque præterea experimentum habeant; & rectè, cum enim profiteantur se iudicandi habere peritiam, & ea ratione inter iudices numerentur, quis ferat eos ab alijs quærere iudicandi formam, cuius ipsi notitiam profitentur? Nec alia ratione debebant olim assessores iurisperitiam prętare, quam quia se iuris peritos profitebantur eo ipso, quod inter assessores se patiebãtur numerari, *l. 2. ff. quod quisq; iuris, & diximus supra num. 5. & 6.* Diuersa est causa eorum, quibus arbitrio principis, aut magistratus causæ decidendæ committuntur: nam, quia non profitentur iuris, aut literarum peritiã, cum inter iudices, (vt ita dixerim) ordinariè delegandos non numerẽtur, ideo nec eam præstare debent, sed tantum cau-

ſarum peritiam, quæ ſola videtur in exercẽdo officio delegati neceſſaria, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus*.

Ad Secundum verò prætet id,
31 quod dici poſſet † ſingulare in matrimoniali cauſa, vt propter eius grauitatem non niſi a perito iuris pontificij terminari poſſit, conſtat etiam illa verba, *& ſtatuta canonum non ignorent*, non ita eſſe accipienda, quaſi velint, eum, qui de tali cauſa iudicaturus eſt, debere eſſe iuris canonici peritum, ſed hoc ſignificare, iudicem non debere ſentẽtiam proferre, niſi prius ſciat ſtatuta canonum, nẽpe ſciat, quid de illo articulo ſtatutum ſit a ſacris canonibus, quam ſcientiam quia non ſolum per ſe ipſum habere poteſt, ſed etiam conſulendo peritiores, *l. in bonorum 10. in fi.* ff. *de bon. poſſ.* ideo fit, vt ſi iudex qui canonum ignarus eſt, pronuntiet ex animi ſui ſentẽtia de cauſa matrimoniali, teneat quidem ſententia, ſed iudex peccet, quia debebat alteri cauſam delegare, vel conſulere peritiores.

32 † *Ita ſcribunt Abb. in dict. cap. 1. nu. 7. De Conſang. & aff. Iaſ. in dict. l. certi 15. num. 2. C. de Indic.*

Ad Tertium denique reſpondeo, Imo legem illam probare contrarium: nam, cum dicat, *pro ſua, & legis ſcientia*, & ſic diſtinguat ſcientiam legis a ſcientia propria ipſius magiſtratus, ſine dubio denotat magiſtratum ipſum non habere ſcientiam legis. Quo fit, vt illa verba, ita ſunt accipienda, *pro ſua*, ideſt, pro peritia quam habent per ſe, *&* pro *legis ſcientia*, ſcilicet pro ea, quã habent per aſſeſſores, ſiue con-
33 ſiliarios, † *vt ibidem Acc. in verb. & legis, & in verb. ſcientia, rectè interpretatur*. Nec obſtat Alexandri Seueri dictum, quippe, quod nec ab alijs, nec ab ipſo met Imperatore fuit executioni demandatum: nam ex eodem Lampridio conſtat eum conſueuiſſe magiſtratuum aſſeſſoribus publica ſalaria conſtituere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſuſpectus an dari poſsit.*
2 *Iuſdicere, vel iudicare in cauſa propria nemo poteſt.*
3 *Pater in cauſa filij, aut filius in cauſa patris iudicare non poteſt, Sed contra num. 4.*
5 *Declaratur l. in priuatis 77. ff. de Iudic.*
6 *Declaratur l. lex Cornelia 5. ff. de iniur.*
7 *Pater in cauſa filij iuſdicere non poteſt, iudicare poteſt, & cur num. 8. Sed contra num. 9. & cur vtrunque facere poſsit num. 11.*
10 *Declaratur l. ille a quo 13. §. vlt. ff. ad Trebell.*
12 *Filius etiam hodie iudicare poteſt in cauſa patris.*
13 *Declaratur l. qui iuriſdictioni 10. ff. de Iuriſd.*
14 *Liberis qui iuſdicit, ſibi non dicit.*
15 *Pater, & filius non cenſentur vna, & eadem perſona in cauſis publicis.*
16 *Patrem in cauſa filij, & filium in cauſa patris iudicare poſſe, quomodo intelligatur.*

An, & quando ſuſpecti iudices dari poſſint.

Quæſtio Sexta.



Varto, & vltimo dubitati ſolet de eo, in quo ſuſpicionis aliqua iuſta cauſa ſubeſt, nũ iudex dari poſſit. Vtiq; autem non quærimus, an poſſit, vt ſuſpectus recuſari; nam de hoc agemus *in 10. cap. q. 8. num. 41.*

ſed

sed an possit dari iudex, & valeat datio, ita, vt nisi suspectus allegetur, iudicare possit. Et puto regulariter dari, & olim potuisse, & ho-
1 die posse: † nam olim partium cōsensus, qui in dando iudice interuenire solebat, *vt dicemus in 7. cap. quæst. 1. num. 29.* omnem excludebat suspicionis causã, scilicet, quia pars, cui probabiliter iudex potuisset esse suspectus, in eum consentiendo declarabat, se eum pro suspecto non habere; Hodie verò licet delegatio fieri possit inuitis partibus; *vti dicemus in ead. quæst. 1. num. 31.* idem tamē dicendum est, quia, cum possit pars, cui iudex suspectus est, vti iure suo, & curare, vt tanquã suspectus remoueatur, si id nō faciat, tacitè censetur in eum consentire. Et sanè iudicis etiam suspecti dationem valere ex eo intelligimus, quia remotione opus est, vt desinat esse iudex, *vt dicemus in eod. cap. 10. quæst. 8. num. 41.* quæ res non esset necessaria, si non valeret datio: vt de tutore, diximus *in hoc cap. quæst. 4. num. 13.*

Planè in causa propria dari quisquam iudex, nec olim poterat, nec
2 hodie potest † *l. Iulianus 17.* ff. *de Iudic. l. vn. C. ne quis in sua caus. iudic. vel iusd. & scribunt Harmen. lib. 1. Iuris Epit. tit. 4. Ant. Gou. ad l. qui iurisdictioni* 10. *num. 7. & 9.* ff. *de Iurisd.* In causa verò filij, an pater dari, vel filius in causa patris possit, dubium est: nam plerique censue-
3 runt non posse, † *vt Coras. lib. 4. Miscell. cap. 9. numero 2. & alij*, qui mouentur.

Primo *l. qui iurisdictioni* 10. ff. *de Iurisd.* vbi Vlpianus, *Qui iurisdictioni praest*, inquit, *neque sibi ius dicere debet, neque vxori, vel liberis suis, neq; libertis, vel cæteris, quos secum habet.*

Secundo, quia in causa propria iudicare nemo potest, *vt diximus supra num. 2.* Sed causa patris est causa filij, & contra, cum pater, & filius vna, atq; eadem persona censeãtur *l. vlt. C. de Impub. & al. sub.* Ergo nec filius in causa patris, nec pater in causa filij iudex esse poterit.

His tamen non obstantibus, verius est, & patrem in causa filij, & filium in causa patris iudicem dari
4 posse. † *Ita enim scripserūt Duar. lib. 1. disp. ann. cap. 51. & 53. ad tit.* ff. *de Iurisd. cap. 2. & 6. ad l. qui iurisdictioni* 10. ff. *eodem, & ad tit.* ff. *de Iud. cap. de ijs, qui iud. dar. poss. Ant. Gou. ad l. 1. num. 5. & ad d. l. qui iurisdictioni* 10. *in princ. & num. 7.* ff. *de Iurisd. Ant. Guib. cap. 9. quæst. iur. num. 2. Eduar. adu. Gou. in l. 1.* ff. *de Iurisd. fo. 61. Cuiac. ad l. in priuatis 77. ff. de Iud. in 3. tract. ad Afric. Donell. lib. 17. comm. cap. 25.* Probatur autem.

Primo *l. in priuatis* 77. ff. *de Iudic.* vbi Africanus, *In priuatis negotijs*, inquit, *pater filium, vel filius patrem iudicem habere potest.*
5 † Nec est, quod causeris id tantum procedere in priuatis, idest domesticis negotijs, quæ sunt propria ipsorum patris, & filij, nec ab alijs explicari possunt, vt sunt adoptiones, emancipationes, cæteræque actiones similes; *Quomodo interpretatur Coras. dict. libro 4. Miscell. cap. 9. num. 5.* quia verius est, imo priuata negotia, dici ab Africano causas, & lites, quæ apud priuatos iudices agitantur, quęque proinde res, & causæ priuatæ nuncupantur, *vt ex ijs, quæ diximus in primo cap. quæst. 4. num. 3. facile est intelligere*: nam de ijs posse patrē, & filium iudicare intelligimus ex eo, quia alioquin ratio, quæ postea subijcitur, esset inepta, si de priuatis illis actionibus sensisset Africanus,

nam ideo ſubijcit Paulus, alterum in priuato alterius negotio iudicare poſſe, quia *iudicare publicum munus eſt*, quæ ratio nihil habet cum emancipatione, vel adoptione, cõmune: quoniam in his actibus nullum munus publicum conſiderari poteſt: Nec enim pater, qui cum filio diſcutit, an expediat eũ emancipare, vel in adoptionem dare, dici poteſt aliquo publico munere fungi.

Secundo verò probatur *l. quin etiam 6.* ff. *de arbitr.* vbi Caius, *quin etiam*, inquit, *de re patris dicitur filiumf. arbitrum eſſe: nam, & iudicẽ eum eſſe poſſe plerisque placet:* ex cuius ſententia *in cap. 2. §. filius 3. quæſt. 7.* Gratianus, *filius*, inquit, *in re patris arbiter eſſe poteſt: nam, & iudicem eſſe poſſe, plerisque placet.*

Tertio probatur *l. lex Cornelia 5.* ff. *de Iniur.* vbi Vlpianus ſcribit, lege Cornelia caueri, ne in actione iniuriarum iudicet pater agente filio, aut filius agente patre: quod fruſtra fieret, ſi alter alterius iudex
6 eſſe non poſſet; † nam, & ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulterijs teſtimonium dicere cõdemnatam mulierem, colligitur etiam mulieres in iudicio teſtimonij dicendi ius habere *l. ex eo. 18.* ff. *de teſtib. & in his terminis conſiderat Ant. Gou. in dict. l. qui iuriſdictioni 10. num. 2. & 3.* ff. *de Iuriſd.*

Neque obſtant contraria: nam ad Primum reſpondent recentiores paſſim, legem illam loqui de eo, qui ius dicit, nos verò de eo, qui iudicat: & patrem in cauſa filij, vel filium in cauſa patris ius quidem dicere poſſe, iudicare verò non poſ-
7 ſe. † *Ita enim reſpondent Duar. dict. lib. 1. diſp. ann. cap. 51. & 53. ad tit.* ff. *de Iuriſd. cap. 6. ad l. qui iuriſdictioni 10.* ff. *eodem, & ad tit.* ff. *de Iudic. cap. de ijs, qui Iud. dar. poſſ. Ant. Gou. ad l. 1. num. 1. & ad dict. l. qui iuriſdictioni 10. num. 7.* ff. *de Iuriſd. Eduard. adu. Gou. in dict. l. 1.* ff. *de Iuriſd. fo. 61. Anton. Guib. d. cap. 9 quæſt. iur. num. 2. Donell. dict. lib. 17. comm. cap. 25.* Cuius diuerſitatis illam afferunt rationem, quia, maius quid, & magis periculoſum eſt iuſdicere, quam iudicare: nam, qui ius dicit, poteſt (ſaltem de facto) quem velit, dare iudicem, & ei talem formulam præſcribere, vt is, etiam ſi bonus ſit, & officij peritus, nihil tamen opis afferre poſſit, cum omnimodo cogatur id ſtatuere, quod facere iuſſus eſt, ideoque maior eſt in nos, fortunasque noſtras iuſdicen-
8 centis, quam iudicis poteſtas; † *Ita Anton. Gou. in dict. l. qui iuriſdictioni 10. num. 12.* ff *de Iuriſd.* Vnde Cic. Verr. 2. *Dubium nemini eſt*, inquit, *quin omnes omnium pecunia poſita ſint in eorum poteſtate, qui iudicia dant, & eorum, qui iudicant; quia nemo noſtrum poſsit ædes ſuas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, ſi, cum hæc a quopiam veſtrum petita ſint, prætor improbus cui nemo intercedere poſsit, det, quem velit, iudicem, iudex nequam, & leuis, quod prætor iuſſerit, iudicet; ſi verò illud quoque accedet, vt prætor in ea verba iudicium det, vt vel Octauius Balbus iudex homo, & iuris, & officij peritiſsimus non poſsit aliter iudicare, ſi iudicium ſit eiuſmodi. L. Octauius iudex eſto, ſi paret, fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure Quiritium P. Seruilij eſſe, neque is fundus Q. Catulo reſtituetur, non neceſſe erit L. Octauio iudici, cogere P. Seruilium Q. Catulo fundum reſtituere, aut condemnare eum, quem non oporteat?*

Verum hæc reſponſio mihi non probatur: nam, etſi non inficier, inſpecto veterum iudiciorum ordine,

ne,longe aliud esse iusdicere,aliud
iudicare,*vt ostendimus in 1.c.q.4.*
nu.15.& illud magis,quam hoc pe-
riculosum esse,*propter ea, quæ scri-*
*bit Cic.d.Verr 2.*non tamen verum
esse puto patrem in causa filij, vel
filium in causa patris iusdicere non
9 posse,nam contrarium † *rectè cen-*
suit Cuiac.in d.l. in priuatis 77. ff.
de Iud.tract.3.ad Africa.& proba-
tur Primo *l.ille a quo.13.§.vlt.ff.ad*
*Treb.*vbi filius,qui prætor est, po-
test cogere patrem,vt adeat, & re-
10 stituat hæreditatem, † quod face-
re non posset, si non esset ei permis
sum ius dicere,cum huiusmodi co-
actio fiat decreto *l. recusare. 6. in*
*prin.*ff.*eod.* & imperio magistratus,
d.l.ille a quo 13.§.tempestiuũ, ideo-
q; cogi non possit is, cui magistra-
tus ius dicere nequit *d. §. tempesti-*
*uum,*Secundò quia eadem affertur
ratio,cur filius in causa patris,& pa
ter in causa filij iudicare iusq; dice-
11 re possit: nam† *in l. quippe 78.ff.de*
iudic. ideo dicitur posse iudicare,
quia *Iudicare publicum munus est,*
& in publicis muneribus non atten
ditur patria potestas *l.filiusf.9.ff.de*
his,qui sunt sui vel al.iur. quæ ratio
affertur,*& in l. nã quod 14. in prin.*
ff.ad Treb. nam ideo dicitur posse
iusdicere,quia, *quod ad ius publicũ*
attinet, non sequitur ius potestatis.
Ex hac igitur rationis identitate in
telligimus idem ius de vtroq; sta-
tuendum esse. Tertio demum pro-
batur, quia, si non posset iusdicere
nec per consequentias hodie iudi-
care posset : nam in extraordina-
rijs iudicijs,in quibus formularum
conceptiones non obseruãtur, qui
iudicat,vtiq; & iusdicit, *vti dixi-*
mus in 1.c.q.6.num.3. Atqui etiam
12 hodie iudicare potest,† *d.c.2. §. fi-*
*lius 3.q.7.*Ergo potest & ius dicere.
Quamobrem verius est patrem
in causa filij,& filium in causa pa-
tris non solum iudicare, sed etiam
iusdicere posse : Nec obstare *l. qui*
13 *iurisdictioni 10. ff. de iurisd.*quia †
non ait eum non posse ius dicere,
sed non debere,quæ longe sunt dis
similia:nam illud ad ius & potesta-
tem,hoc ad honestatem refertur: li
cet enim ob vim imperij,quo fun-
gitur, iusdicere possit (nec enim
olim magistratus recusari poterãt,
vt dicemus in 9.c.q.10 nu.31.) non
tamen id faciet honestè : Itaq; me-
lius fecerit,si se abstinuerit; *Ita ele-*
ganter respondet Cuiac.in d.l.in pri-
uatis.

Ad Secundum verò respondeo,
negãdo,patrem,qui iudicat in cau-
sa filij,aut filium,qui iudicat in cau
sa patris,sibi, suæq: causæ iudicem
14 esse,†Quod,vel ex eo intelligimus
quia tamquam diuersa ponuntur
ius dicere sibi,& liberis, *in d.l. qui*
iurisdictioni, vt ibidem animaduer-
tit Ant.Gou.nu.9. Nec obstat,quod
pater,& filius vna,& eadem perso-
16 na censeantur, quia † respondeo,
id non procedere in publicis causis,
vt in officio iurisdicundi, aut iudi-
candi:nam, quia in his non atten-
ditur ius potestatis, *vt dictum est,*
ideo nec locum habet potestatis
effectus,vt scilicet pro vna, atq; ea
dem persona reputentur.

Planè,quod diximus, patrem in
causa filij, & filium in causa patris
iudicem esse posse, non ita accipiẽ
dum est, quasi recusari nõ possint,
nam id fieri posse,certum est,*vt di-*
ximus initio huius q. & latius dice-
mus in 10.cap.q.8.n.45. Sed, vt nisi
recusentur iudicare possint,& tene-
16 at sententia. † *Ita Ant. Gou. in d.l.*
qui iurisdictioni, num.4. Et hæc de
Sexto capite.

Quomodo iurisdictio mandari possit. Caput Septimum.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem mandare non cogitur magistratus, Etiamsi sit proconsul. num. 3.*
2 *Iurisdictio mandata cur dicatur haberi beneficio mandantis.*
4 *Iudices dare cogebatur olim magistratus.*
5 *Delegatio iudicis hodie est liberi arbitrij.*
6 *Iudices dari non poterant, nisi ex numero selectorum.*
7 *Iudicia penes quos fuerint.*
8 *Iudices in album relati.*
9 *Iudices selecti qui.*
10 *Iudex interdum etiam viator dabatur.*
11 *Iudices qui darentur in prouincijs.*
12 *Iudex hodie delegatur is, quem vult magistratus.*
13 *Iudex interdum delegatur a principe deputatus.*
14 *Iurisdictio inuito non mandatur.*
15 *Imperari non potest pari, aut maiori.*
16 *Iurisdictio mandari potest pari aut maiori.*
17 *Iudex etiam inuitus dabatur.*
18 *Iudex cogi poterat iudicare, & cur. nu. 19.*
20 *Iudicare iubet, qui dat iudicem.*
21 *Iudex olim dabatur uerbis imperatiuis.*
22 *Iudex etiam absens, ignorans, & furiosus dari potuit.*
23 *Prætor non potuit se dare iudicem.*
24 *Imperare sibi nemo potest.*
25 *Delegari potest etiam par, aut maior.*
26 *Delegatio non potest fieri, nisi subdito, Declara, vt nu. 27.*
28 *Delegatus a principe potest etiam inuitum subdelegare.*
29 *Iudex ex litigatorum consensu dabatur.*
30 *Iudex non dabatur is, quem altera tantum pars nominatim petijsset.*
31 *Delegatio non requirit hodie partiũ consensum.*

Quorum voluntas in iurisdictione mandanda requiratur.

Quæstio Prima.



Ranseamus ad Septimum, & videamus, Quomodo mandetur iurisdictio. Tripliciter autem hæc inspectio considerari potest, vel ratione voluntatis, vel ratione causæ, vel ratione eorum, quæ præscribuntur. Et ratione quidem voluntatis, vel in persona mandantis, vel in persona eius, cui mandatur, vel demum in persona litigatorum.

In persona igitur mandantis exquiritur Primo voluntas, num iurisdictionem suam mandare velit: nec enim, si nolit, mandare cogi-
1 tur,† *vt scribunt Camill. Plaut. in l. Barbarius 3. nu. 260. ff. de off. præto. Duar. in d. l. more 5. & ibi Ant. Gou. nu. 4. ff. de Iurisd.* scilicet, quia mandatum hoc fit ad exemplum aliarũ causarum, *l. et quia 6. ff. de Iurisd. et diximus in 1. c. q. 1. num. 1.* quæ non nisi ex voluntate committuntur. Quamobrem is, qui mandatam iurisdictionem suscepit, dicitur eam
2 habere ex mandantis beneficio† *d. l. more 5. ff. de Iurisd.* idest ex eius voluntate, & liberalitate, quod non esset, si mãdare cogeretur, scilicet, quia in necessitatibus nemo liberalis existit *l. rẽ legatã 18. ff. de adim. leg.* cum alioquin beneficium dicatur id, quod ex mera concedentis, voluntate, & liberalitate proficiscitur *l. vlt. ff. de const. priu. et in his terminis explicat Ant. Gou. in d. l. more. 5. nu. 4. ff. de Iurisd.* Idq; procedit, etiam in procõsule, quippe, qui nõ

co-

cogitur iurisdictionem mandare
3 suis legatis † *l. solet. 6. §. sicut, ff. de off. proc. & leg. & ibi tradunt Egu. Bar. & Coras. nu. 1. 10. Gill. lib. 2. de Iurisd. & Imp. c. 23. Duar. ad tit. ff. de off. proc. & leg. c. 2. ad tit. ff. de Iurisd. c. 6. & ad l. more 5. & ibi Ant. Gou. nu. 4. ff. eod. Coras. ad l. obseruare 4. §. fin. nu. 3. ad l. meminisse 10. §. fin. nu. 4. & ad l. legati 13. nu. 3. ff. de off. proc. & leg. Forcat. in Auiar. c. 9 nu. 3. & Muret. ad l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius, Et rectè, quicquid scripserint idem Coras. in l. cũ, qui 13. nu. 5. ff. de Iurisd. & Cuiac. lib. 7. obs. c. 21.* Nec obstat *l. obseruare 4. §. vlt. ff. de off. proc. & leg.* quæ vult proconsulem legato suo iurisdictionem mandare debere, quia non est hoc accipiendum ratione mandati, sed ratione personæ: Nec enim mandare cogitur, sed si mandare velit, legato mandare debet non alij, *vti sub 4. c. q. 1. num. 4. docuimus.*

In hoc autem haud dubiè Iurisdictionis mandatum a datione iudicis olim differebat: nam magistratus in ordinatijs iudicijs necessario cogebatur dare iudicẽ, qui de causa
4 cognosceret, & indicaret, † *vt scribit Cuiac. in l. aliqñ 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Papin.* cum ipse nõ nisi de fauorabilibus quibusdam causis posset extra ordinem cognoscere, *vt latè docuimus sub 3. c. q. 2. nu. 1. & seqq.*

Planè in extraordinarijs iudicijs quibus vtimur, magis est, vt dele-
5 gatio liberi sit arbitrij, † *vt scribit Bald. in rub. Decr. De off. & pot. iud. del. nu. 1.* quoniam is, qui delegat, iurisdictionem suam demandat, quod nisi voluntariè, fieri nõ solet.

Secundò exquiritur mandantis voluntas in eo deligendo, cui iurisdictionem demandet, solo scilicet excepto proconsule, cui princeps, vel senatus ideo dabat legatum, vt ei non etiam alij iurisdictionẽ demandaret, *vti diximus in 4. c. q. 1. nu. 3. & 4.*

In hoc autem similiter iurisdictionis mandatum a datione iudicis differebat: nam in ordinarijs iudicijs non poterant magistratus arbitrio suo quos darent iudices eligere, sed in vrbe quidem oportebat eos vnum ex ijs dare, qui fuerant ex ordine, penes quem erant iudicia, selecti, & in album iudicũ re-
6 lati, † *vt scribũt Cuiac. lib. 21. obs. c. 31. Ant. Guib. c. 9. q. iur. nu. 10. Muret. ad l. 2. §. deinde cum esset ff. de orig. iur. Bret. c. 12. de ord. iud.* nam primis temporibus iudicia penes senatum erant, soliq; senatores iudices dari poterant; Deinde lege Sempronia, (quam Gracchus rogauit) ad equestrem ordinem translata sunt, apud quem per quinquaginta annorum spatium permanserunt: Postea Sylla transtulit iterũ ad senatum: Tandem cautum est, vt senatores, & equites communi-
7 ter iudicarent, † *vti constat ex Appia. Alex. lib. 1. de Bell. ciu. Plutar. in Gracch. vita, & scribunt Alex. ab Alex. lib. 5. Gen. dier. c. 2. Carol. Sigo. lib. 2. de antiq. iur. Ciu. Rom. c. 18. Paul. Man. de leg. Rom. fo. 105. & 118 Rauard c. 11. Protrib. Duar. ad tit. ff. de Iud c. de Iudic. datis, Cuiac. lib. 21. obs. c. 31. Io. Gill. lib. 2. de Iurisd. et Imp. c. 5. Men. lib. 1. de arbitr. Iud. q. 2. nu. 1. et seqq Douell. lib. 17. cõm. c. 24. Muret ad rub. ff. de off. eius,* Vn de Cic. Verr. 2. *Omnia,* inquit, *non modo commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur, quæ intra decem annos, posteaquam iudicia ad senatum translata sunt, in rebus iudicandis nefariè, flagitiosèq; facta sunt: cognoscet ex me populus romanus, quid sit, quamobrem, cum equester ordo iudicaret annos prope quin-*

quinquaginta continues, nullo iudice
equite romano iudicante, ne tenuissi
ma quidem suspicio accepta pecunia
ob rem iudicandā cōstituta sit, Quid
sit, quod iudicijs ad senatorium ordi-
nem translatis, sublataq; populi ro-
mani in vnumquemq; nostrum pote-
state, Q. Calidius damnatus dixerit,
minoris H S. xxx. M. Pratorium ho-
minē honeste nō potuisse dānari, quē
in locum Asconius Pędianus super
verbis inter decē annos, Rectè di-
xit, inquit, hoc enim tempus, quo se-
natus iudicat victore Sylla ab ordi-
ne equitum transferente iudicia, &
super verbis, Annos prope quin-
quaginta, Tanto enim ferè tempore,
inquit, equester ordo iudicauit lege
Semprenia. Idem Ascon. in Diuin.
super verbis, ordo quoq; alius ad
res iudicandas postulatur, C. Grac-
chus, inquit, legē tulerat, vt equites
romani iudicarent: iudicauerunt per
annos quadraginta sine infamia, post
victor Sylla leges tulerat, vt senato-
rius ordo iudicaret, & iudicauit per
decem annos turpiter, Nunc Aure-
lius Cotta legem fert, vt senatores,
& equites romani, ac Tribuni ararij
simul iudicent. & Suetō. In Cæsare
c.41. Iudicia, inquit, ad duo genera
iudicum redegit, equestris ordinis,
ac senatorij. Tribunos ararios, quod
erat tertium, sustulit. Ex ordine igi
tur, penes quem erant pro tempo-
re iudicia singulis annis seligeban-
tur iudices ad certum numerum, et
eorum nomina in album referebā-
8 tur, vt scribunt Carol. Sig. d. lib. 2. de
antiq. iur. ciu. Rom. c. 18. Ranar. d. c.
11. Protrib. Men. lib. 6. de prasumpt.
pras. 30. nu. 6. Ant. Guib. d. c. 9. q. iur.
nu. 9. Muret. ad d. rub. ff. de off. eius,
Bret. d. c. 12. de ord. Iudic, Quamo-
brem ij iudices lecti, aut selecti di-
9 bantur, † vt scribunt Carol. Sigo. d.
lib. 2. c. 18. Ranard. d. c. 11. Protrib.
Cuiac. d. lib. 21. obs. c. 31. Menoch. de
pras. d. lib. 6. pras. 30. nu. 7. Muret. in
d. rub. ff. de off. eius, Bret. d. c. 12. de
ord. Iud. Vnde Seneca lib. 3. de be-
nef. c. 7. Non potest, inquit, ad hac su
mi iudex ex turba selectorum, quem
census in album, & equestris heredi-
tas misit, & Gell. lib. 14. c. 2. Quo pri
mum tempore, inquit, lectus in iudi-
cem sum, vt iudicia, qua appellātur
priuata, susciperem, & Horat. lib. 1.
Serm. Sat. 4.

Vnū ex iudicibus selectis obijciebat.

Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 10.

Non bene selecti iudicis arca patet.

Et lib. 2. de tristib.

Nec mea decreto damnasti facta senatus.

Nec mea selecto iudice iussa fuga est.

Non semper autem ex selectorum
ordine dabatur iudex: nam interdū
ex authoritate, & rescripto princi-
pis nominatim iudicem declaran-
tis, is dari a magistratu solebat l. e.
§. deniq; ff. de appell l. vlt. ff. quis, &
a quo appell. quem iudicem ex sacra
forma delegatum appellamus, vt di
ximus in 4. c. q. 2. nu. 5. Interdū ve-
rò re vrgente dabat magistratus iu
dicem arbitrio suo, atq; adeo via-
torem ipsum, sed hoc rarò, & non
10 nisi re vrgente faciendum erat † l.
vlt. ff. de Iudic. & scribunt Duar. ad
tit. ff. de Iudic. c. de his, qui iud. dar.
poss. Brisso. lib. 5. de formul. fo. 465.
In prouincijs verò dabantur iu-
dices, qui erant ex illo conuentu,
11 & foro; in quo res agebatur, † vt
scribit Carol. Sigo. lib. 2. de antiq. iur.
prou. c. 5. Vnde Cic. Verr. 3. Prater-
ea, inquit, conuentus honestus Syra-
cusis, multi equites Romani, viri pri-
marij, ex qua copia recuperatores
reijci oporteret, qui aliter iudicare
nullo modo possent, & paulo post, In-
stat Scandilius postero recuperato-
res, Tum iste, homo innocens, qui illā
suspicionem leuare, atq; a se remo-
uere cuperet, recuperatores dicit, se
de

de sua coborte daturum, & inferius, Scaudilius postulare de conuentu recuperatores, Tum iste negat, se de existimatione sua cuiquam nisi suis commissurum, & mox, Negas, de conuentu recuperatores daturum, cohortem tuam proponis, & alibi, selecti e conuentu, aut præpositi ex negotiatoribus iudices, nulli hac copia iudicum, cohors, non Q. Scæuolæ, qui tamen de coborte sua dare non solebat, & ibidem De conuentu nullũ vnquam iudicem, nec recuperatorem dedit, iniquos decumanis omnes dicebat esse.

Sed hodie post ordinarias iudicum dationes sublatas, si quando
magistratus ex iusta causa iudicem
delegandum putarit, eligere poterit arbitrio suo, cui iurisdictionem
12 demandet, † vt scribit Don. lib. 17.
comm. c. 22. nisi fortè principis arbitrio certi fuerint per singula tribunalia deputati iudices, quibus a magistratibus causæ decidendæ committantur (vt obtinebat Iustiniani tempore, quo iudices in vrbe regia deputati fuerant ij, qui enumerantur in §. 1. Auth. de Iudic. coll. 6. in alijs verò ciuitatibus, ipsarum ciuitatum defensores §. nos igitur §. nulla §. deinde Auth. de defens. ciuit. coll. 3.) nam tunc his solis, non etiam
13 alijs causæ delegari poterunt † §.
iudices Auth. de Iudic. coll. 6. & scribunt Camill. Plaut. ad rub. ff. de off. eius, lib. 1. c. 13. nu. 65. Donell. d. lib. 17. comm. c. 22. & 24.

Non solum autem iurisdictionẽ mandantis voluntas exquirenda est, secundum ea, quæ diximus, sed etiam eius, cui mãdatur: Nec enim inuito cuiquam iurisdictio manda-
14 ri potest, † vt scribit Camill. Plaut.
in d. rub. ff. de off. eius, lib. 1. c. 5. nu. 2. & 3. vers. 2. & c. 13. nu. 2, c. 64. n. 5. vt nec aliud negotiũ. Quamobrẽ, vt alia mandata, tamquam voluntaria suscipi dicuntur l. in commodato 17. §. sicut ff. commodat. l. si mandauero 22. §. vlt. l. si quis alicui 27. §. qui suscepit ff. mandat. ita etiam suscipi dicitur mandata iurisdictio l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius, & ibi animaduertit Cuiac. in 1. lib. q. Pap.

Huic intelligimus iurisdictionẽ mandare non esse imperij, vt diximus in 5. c. q. 5. num. 11. vers. 9. Quo fit, vt non subdito, secundum Cam. Plaut. d. lib. 1. c. 14. nu. 6. & prętori, vel cuiuis alij magistratui, qui par, aut maius imperiũ habet, cuiq;
15 proinde non potest imperari, † l. ma
gistratus 4. ff. de arbitr. l. ille a quo. 13. §. tempestiuum ff. ad Treb. iuris-
16 dictio mandari possit † l. & si præ-
tor 3. ff. de off. eius, & scribit Camill. Plaut. d. lib. 1. c. 5. nu. 3. vers. 3. & c. 13. nu. 2. c. 14. nu. 6. & nos diximus in 6. c. q. c. nu. 1.

In hoc autem similiter a datione iudicis mãdatum iurisdictionis differebat: nam in ordinarijs iudicijs
17 potuit etiã inuitus dari iudex, † vt
scribunt Cam. Plaut. d. lib. 1. c. 5. nu. 2. & c. 63. nu. 2. c. 14. nu. 5. Cuiac. li. 13. obs. c. 23. & lib. 21. c. 31. ad l. cũ furiosus 39. ff. de Iudic. in 3. lib. q. Papin. & ad l. iudex datus 46. ff. de Iudic. in 2. lib. q. Paul. Petr. Fab. ad l. 2. ff. de reg. iur. Don. lib. 17. comm. c. 26. &, nisi iustam haberet excusationis
18 causam, iudicare cogi † l. pen. §. qui
autem ff. de vaca. mun. l. vendicor 49. §. iudices l. de qua re 74. in prin. ff. de Iudic. & scribunt Carol. Sigo. lib. 2. de antiq. iur. ciu. Rom. c. 18. Camill. Plaut. d. lib. 1. c. 13. nu. c. & cap. 14. nu. 5. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. c. 6. ad l. eum qui 13. ff. eod. & ad tit. ff. de Iudic. c. de his, qui iud. dari poss. Anto. Guib. c. 9. q. iur. nu. 4. Petr. Fab. ad d. l. 2. ff. de reg. iur. scilicet, quia iudicandi publicum munus est, l. quippe 78. ff. de Iudic. ideoq; defer-
19 tur etiam inuitis. † Ita Camill. Plaut.
d. lib.

d.lib.e.c.5.nu.2.c.13.nu.2. & c.14.
nu.5.Cuiac.d.lib.13. obs.c.23. & d.
lib.21.c.3e.& ad d. l. cum furio-
sus 39.ff.de Iud.in 3.lib.q.Pap.Qua
ratione dicimus iudicandi necessi-
tatem l.iudex datus 40.ff. de Iudic.
l.vlt.§.iudicandi ff. de mun. & hon.
& iudicis dationem esse imperij l.
imperium 3.ff.de Iurisd.& diximus
in 5.c.q.2.nu.20. & dicemus in hoc
c.q.8. nu.6. & propter vim imperij
dari iudices l.cum prætor 12.§.Item
hi ff. de Iudic. Imperat enim, qui
dat iudicem, idest iudicare iubet
20 † l.vlt.ff.de off.præf. vrb.l. eum qui
13.ff.de Iurisd. l. iudicium soluitur.
58.l.si locus 59.ff. de Iudic. et dixi-
mus in 5.c.q.3.num.25. Vnde Cic.
lib.3.de legibus, Iuris disceptator,
inquit, qui priuata iudicet, iudicari
ue iubeat, prætor esto, Hinc datio iu-
dicis fiebat olim imperatiuis ver-
21 bis, Iudex esto, † vt scribunt Carol.
Sigo.lib.e.de Iudic.c.24. Egu. Bar.
lib.1.Var.q.fo.27.Duar.ad tit. ff.de
Iudic.c.de his, qui iud.dari poss. Co-
ras.ad rub.ff. de Iurisd. nu.7. & ad
l.1.nu.13.ff.eod.Cuiac. lib.5 obs.ca.
17.Brisso. lib.5. de formul. fo.418.
Hoto.ad §.1.Eunut.1.Inst. de actio.
Bret.cap.35.de ord.Iud. Vnde Cic.
Verr.3.Iudiciũ sit eiusmodi, inquit,
L.Octauius iudex esto. Et hac ratio-
ne iudex etiam absens, & ignorans
& per consequentias etiam furio-
sus, qui absentis & ignorantis loco
habetur l.2.§.furiosus ff.de Iur.Cod.
22 dari potuit † l. cum furiosus 39. ff.
de Iud.et ibi Cuiac.in 3.lib.q.Papin.
& ad l.cum prætor 12. ff. de Iudic.
quia, quæ inuitis nobis fieri possũt
possunt, & ignorantibus.l.qui potest
27.ff. de reg. iur. Hinc similiter iu-
dex dari, nec maius habens, nec par
imperium potuit, & vtiliter datus
desijt esse iudex, si cœpisset esse
eiusdem, aut etiam maioris impe-
rij l.iudicium soluitur 58.ff. de Iud.

ideo, quia nec minor in maiorem,
nec par in parem imperium exer-
cere potest l.magistratus 4.ff.de ar-
bitr.l.ille a quo 13.§.tempestiuum ff.
ad Treb. Denique nec prætor, nec
alius magistratus specialem iudicẽ
23 se dare potuit † l.vlt. ff. de off.præ-
to.l.præses 5.ff.de off.præsid.l.prætor.
4.ff.de tut.& cur. & scribit Longou.
ad l.Imperium 3.nu.30.ff.de Iurisd.
ideo, quia nemo sibi imperare po-
24 test † l.pen.ff.de arbitr.

Sed, cum hodie dixerimus, eum,
qui in extraordinarijs iudicijs de-
legat iudicem, mandare iurisdictio
nem, consequens est, vt iudex inui
tus delegari nequeat, & proinde, vt
25 dari possit etiam par, aut maior † c.
quamuis 6.c.super quæstionum 27.§.
si verò cap.pastoralis 28. in prin.c.li
cet 30.de off.& pot.iud.deleg.& scri
bũt Bart.in l.etsi prætor 3.ff.de offic.
eiº, & ibi Ias.n.2.Bal.in rub. De off.
del.n. 2. & de ordinario diximus in
6.c.q.2.nu.e. & quilibet etiam non
subditus deleganti: Nec enim ob-
stat, quod dicimus delegationem
non posse fieri, nisi ei, qui deleganti
26 subest † l.vn.C. qui pro sua iurisd.et
ibi not.Bart.Bald.Ang.Cast.& alij,
Cam.Plaut.in d.rub.ff.de off.eius,lib.
1.c.13.nu.2.& c, e4.nu.6. quia hoc
ita accipiendom est, vt cogi possit;
Cœterum, vt valeat delegatio, ma
27 gis est, ne sit hoc necessarium, † vt
declarant gl.in d.l.vn. in verb. rese-
dissent, & ibi Bart.nu.2. Bald.nu.4.
Castr.n.2.C. qui pro sua Iurisd. Bal.
in d.rub.extr.de off.& pot. iud. del.
nu.2.Ias.in rub.ff.de off.eius num.7.
& ibi Paul.Oria.nu.15.

Planè princeps, quin iudicem etiã
inuitũ delegare possit, nulla est du-
bitatio: vt scribit Ias.in d.l.etsi præ-
tor 3.nu.2.ff.de off. eius. Ex quo se-
quitur, vt ab eo delegatus, qui vi-
ces eius gerit, possit, (nullo persona
rum habito discrimine l.vnic.C.qui
pro

pro sua Iurisd. & ibi not. Bald. nu. 2.
etiam inuitum subdelegare, & re-
28 cusantem coercere † *cap. pastoralis*
28. in princ. De off. & pot. Iud. deleg.
& scribit Paul. Oria. in dict. rub. ff.
de off. eius, num. 15.

Litigatorum denique voluntas,
non est in iurisdictione mandanda
necessaria, *vt scribit Alcia. lib. 2. Pa-*
rad. cap. 8. num. 2. siue de potestate
mandandi, siue de persona, cui mã-
detur, eligenda disputemus. Sed
datio iudicis, quæ fiebat olim in or
dinarijs iudicijs litigatorum cõsen-
sum circa iudicem ex numero sele-
ctorum deligendum exigebat: da-
bat enim prætor eum iudicem, de
29 quo litigatores conuenissent † *l. ex*
consensu 23. in princ. ff. de appell. l. si
in iudicis 80. ff. de Iudic. l. quidã 57.
ff. de re iudic. & scribunt Carol. Sigo.
lib. 2. de antiq. iur. prou. cap. 5. & lib.
1. de Iudic. cap. 23. Duar. lib. 1. disp.
ann. cap. 51. Coras. lib. 3. Miscell. cap.
18. num. 5. & lib. 4. cap. 9. num. 2. &
3. ad rub. ff. de Iurisd num. 6. & ad l.
1. num. 6. & 24. ff. eod. & ad rub. ff.
de off. eius nu. 8. et ibi Cam. Plant. lib.
1. cap. 13. num. 7. Ranard. cap. 51.
Protrib. Cuiac. lib. 21. obser. cap. 31.
Brisso. lib. 5. De formul. fo. 413. &
465. Muret. ad l. 2. §. deinde cum es-
set ff. de orig. iur. & ad rub. ff. de off.
eius, Bret de ord. Iud. cap. 12. & 35.
Vnde Cic. pro Cluent. *Neminem,*
inquit, *voluerunt maiores nostri non*
modo de existimatione cuiusquã, sed
ne pecuniaria quidem de re minima
iudicem esse, nisi, qui inter aduersa-
rios conuenisset. Itaque dari non
solebat is, quem altera tãtum pars
nominatim petijsset, quod res ini-
30 qui exẽpli videretur † *l. obseruan-*
dum 47. ff. de Iudic. & scribũt Duar.
ad dict. tit. ff. de Iud. cap. de his, qui
iud. dar. poss. Coras. ad dict. rub. ff. de
off. eius, num. 8. Ranard. dict. cap. 11.
Protrib. Brisso. dict. lib. 5. de formul.
fo. 465. Donell. lib. 17. comm. cap. 19.
Muret. in dict. rub. ff. de off. eius; Pla-
nè dissentiẽtibus ijs verisimile est,
aut sortitionem fieri consueuisse,
aut prętorem suas interposuisse par
tes, vt & in eligendo administrato-
re tutelæ *l. 3. §. vlt. ff. de admin. tut.*
§. sed si ex testamento Inst. de satisd.
tut. & litigatores ad cõsentiendum
in vnum, quem neutra pars iure
suspectum habuisset, compulisse.

Sed hodie in extraordinarijs iu-
dicijs vtimur alio iure: nã delega-
tio solius magistratus arbitrio fit,
nec partium voluntatem exigit, cũ
etiam eis inuitis, & ignorantibus
31 fieri possit, † *vt scribunt gl. in cap.*
super quæstionum 27. §. si verò, in
verb. si non possunt ambo De off. &
pot. iud. deleg. Seb Sap. in l. 1. num. 7.
ff. de Iurisd. Nico. Bell. lib. 3. Supp.
cap. 4. nu. 1. Petr. Stell in l. nec quic-
quam 9. §. vbi decretum, num. 35. ff.
de off. proc. & leg. & de subdelegatio-
ne, quibus casibus fieri potest, Ias. in
l. a Iudice 5. num. 10. vers. Itẽ aduer
te. & num. 11. vers. 3. C. de Iudic. Et
hæc quidem sunt, quæ circa volun-
tatẽ in iurisdictione mãdanda con-
siderari possunt.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio generalis, & vniuersa mandari potest.*
2 *Iurisdictio mãdari potest ad certum genus.*
3 *Iurisdictio mandari potest ad certas personas.*
4 *Iurisdictio mandari potest ad certam speciem, Declara, vt num. 5. & 6.*
7 *Iurisdictio potest mandari etiam ad vnam litem.*
8 *Iudex non nisi ad vnam speciem dari poterat.*
9 *Delegatio iudicis, vel fit vniuersaliter, vel generaliter, vel specialiter.*

10 *De-*

10 *Delegatio vniuersalis qua dicatur.*
11 *Delegatio generalis qua, & nu.* 12. *& 13.*
14 *Delegatio specialis qua.*
15 *Delegari potest tota causa.*
16 *Delegari potest etiam causa pars.*
17 *Delegari potest etiam vnus causa articulus.*
18 *Delegati ad vniuersitatem causarum qui dicantur, & numero* 20. *& 21.*
19 *Territorium est vniuersitas.*

Quomodo mandetur iurisdictio respectu causæ.

Quæstio Secunda.



IN causa verò, quæ mandatur, constat quadruplicem mandandæ Iurisdictionis modum considerari posse: Primum enim mandari potest iurisdictio generalis † *l. cognitio 4. in princ.* ff. *de off. eius*, siue
1 vniuersa *l. solet 16. l. prator* 17. ff. *de Iurisd. & scribunt Petr. Calef. in l.* 1. *num.* 62. ff. *de Iudic. Coras. ad rub.* ff. *de off. eius nu.* 3. *& ibi Camill. Plant. lib. 1. cap. 13. num.* 14. *& 19. & Muret. Io. Gillo. lib.* 2. *De Iurisd. & Imp. cap. 7. nu. 1. Duar. ad tit.* ff. *de Iurisd. cap. 6. Egn. Bar. lib. 1. varia. quast. fo. 41. & ad l. obseruare 4.* §. *vlt.* ff. *de off. pro. & leg. & ad l. prator* 17. ff. *de Iurisd. Coras. ad l. solet 16. num. 3. & ibi Ant. Gou. num. 4. & Cuiac.* ff. *eod. Ant. Gou. lib.* 2. *de Iurisd. num.* 27. *& lib. 2. num.* 61. *& ad l.* 1. *num.* 20. *ad l. prator 17. in princ.* ff. *eod. Cuiac. ad l. aliquando 5.* ff. *de off. proc. & leg. in 2. lib. quast. Papin. & ad l. more 5.* ff. *de Iurisd. Donell. lib. 17. comm. cap.* 8 *And. Fach. lib. 1. Contr. cap.* 78. Quomodo solebat a proconsule mãdari legato, *vt ait Coras. in d. l. solet 16. nu. 3.* ff. *de Iurisd.* in quẽ proinde dicimus totum officium iurisdicundi trãsferri *l. 1.* §. *damus* ff. *de susp. tut.* Et hoc modo neque respectu personarum, neque respectu causarum, constringitur mandatum, sed ita censetur generale, vt is, cui mãdata est iurisdictio, possit in omnes personas, & de omnibus causis (vtique autem loquor de ijs, quæ mandata iurisdictione transferũtur) ius dicere vice magistratus.

Secundo mandari potest iurisdi-
2 ctio ad certum genus, † *vt scribunt Io. Gillo. dict. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 7. num. 1. Duar. ad d. l. solet 16. & ibi Coras. num. 3. Ant. Gou. num. 2. & 4. & Cuiac.* ff. *de Iurisd. Coras. ad rub.* ff. *de off. eius, nu. 3. Egn. Bar. ad d. l. obseruare 4.* §. *vlt.* ff. *de off. proc. & leg. Cuiac. ad dict. l. aliquãdo 5.* ff. *eod. in 1. lib. q. Papin.* veluti, vt detur bonorũ possessio, vel, vt in possessionẽ mittatur, vel, vt de suspectis tutoribus cognoscatur, *l. cognitio 4. in princ. &* §. *vt possessio* ff. *de off. eius*, vel, vt in integrũ restituatur *l. vlt. C. vbi, & apud quem*; Quibus casibus mandatum non cõstringitur respectu personarum, quia potest in omnes ius dici in eo genere iurisdictionis, sed constringitur respectu ipsius iurisdictionis, quia, si verbi gratia, mandata sit datio bonorũ possessionis, non poterit mandatarius, iubere caueri, aut id genus alia facere, quę, quamuis impetij sint, aut iurisdictionis, non pertinent tamen ad dationem bonorũ possessionis.

Tertio mandari potest iurisdi-
3 ctio ad certas personas † *d. l. prator 17.* ff. *de Iurisd. & ibi Ant. Gou. num. 1. & Egn. Bar. Coras. ad l. solet 16. num. 3. & ibi Cuiac.* ff. *eod. Coras. ad rub.* ff. *de off. eius, num. 3. & 4. Egn. Bar. ad d. l. obseruare 4.* §. *vlt.* ff. *de off. proc. & leg. Anton. Gou. lib. 2. de Iurisd. num. 61. Cuiac. ad dict. l. more 5.* ff.

5. ff. eod.Don.d.lib. 17. comm.cap.8.
Quo casu constringitur quidē man-
datum respectu personarū, sed non
respectu causarum;nam ijs personis
ius dici poterit in omnibus causis,
& omni genere iurisdictionis, vt
scribunt Ant. Gou. in d. l. prætor 17.
num. 1. & ibi Egu.Bar.ff.de Iurisd.
Quarto, & vltimo mandari po-
4 test iurisdictio ad vnam speciem †
dict.l.solet 16.dict.l.prætor 17. ff.de
Iurisd. & scribunt Duar.ad tit.ff.de
Iurisd. cap. 6. Anton. Gou. lib. 1. de
Iurisd. numero 27. & lib. 2. numero
61. & ad l. 1. numero 20. & ad dict.
l.prætor 17. in princ.ff.eod. Cuiac.ad
dict.l. more 5. ff.eo. Donell. dict. lib.
17. commen.cap.8. Andr.Fach.dict.
lib. 1. contr. cap. 78. idest, non ad
5 vnum iurisdictionis genus, † vt in-
terpretantur Coras.in dict.l.solet 16.
numero 3. & ibi Ant.Gou. numero 3.
& Cuiac. ff. de Iurisd.Coras. ad rub.
ff.de off.eius numero 6. sed ad vnam
6 causam, & litem, † vt in specie dict.
l.solet 16. & dict. l. prætor 17. In-
terpretantur Egu.Bar.in dict.l.præ-
tor, & Cuiac.ad dict.l. aliquando 5.
ff. de off.proc. & lega.in 1 lib.quæst.
Papin. nam, & ad vnam causam, &
litem iurisdictionem mandari posse
7 certum est, † dict. l.prætor, & scri-
bunt Duar. in dict.l.solet, & ibi Co-
ras.num.3. & Cuiac.Camill.Plaut.in
dict.rub.ff. de off.eius, lib. 1. cap. 12.
num. 11. Cuiac.ad d. l. aliquando, &
nos ostendimus in primo cap. quæst. 2.
post nu. 10. In hoc autem casu con-
stringitur mandatū,& respectu per-
sonarum, & respectu causarum: nā
nulli ius dici poterit præterquā ijs,
quorum de re agitur,in ea specie,&
eo solo genere iurisdictionis, quod
ad speciem illam terminandam ne-
cessarium est.
Hinc intelligimus in causa,
multum fuisse in ordinarijs iudi-
cijs inter eum, cui iurisdictio man-
dabatur, & iudicem datum discri-
minis:nam iudex nisi, ad vnam spe-
8 ciem dari non poterat,† vt scribunt
Alcia.d.lib.2.Parad.cap.5. Coras.ad
rub.ff.de off.eius, num.6. Cuiac.ad d.
l.aliquādo,& Donell.d.lib.17.comm.
cap.21. Andr.Fach.d.lib.1.cōtr.cap.
78. Quamobrē, & specialis iudex,
quasi ad vnam speciem datus appel
labatur l.vlt. ff.de off.præt. l. præser.
5. ff. de off. præsid. & nos diximus in
1.cap.quæst.2.num.9.
Sed hodie in extraordinarijs iu-
dicijs tripliciter causæ delegari pos-
sunt,vel vniuersaliter,vel generali-
9 ter,vel specialiter,vt scribunt Bart.
in l.legatus 12.in 2.lect.num.4. ff.de
off.proc.& leg. Bald.in l. a Iudice 5.
nu. 4.& ibi Castr.num.3.C.de Iudic.
Ang.in l.solet 16.in prin.et ibi Castr.
num.1.ff.de Iurisd. Vniuersaliter cū
neq; respectu loci, neque respectu
causarum,neque respectu persona-
10 rum fit aliqua restrictio, † vt decla-
rant Ang. in d.l. solet num.1. Mart.
Monter in rub. ff. de off.eius, numero
70. vers. quare. Generaliter, cum
aliqua fit restrictio, sed non totalis,
quod tripliciter euenire potest: In-
terdū enim restrictio fit respectu lo-
ci, vt cum delegantur omnes causæ
11 alicuius villæ, vel castri, † vt scribit
Bart.in d.l. solet 16.num.3. ff.de Iu-
risd. Interdum fit respectu causarū,
vt cū pedaneis iudicibus humilio-
12 res causę delegātur † l.vlt.C.de ped.
Iudic.& scribit Coras.in d.l.solet 16.
num.3.et nos latius dicemus in 8.cap.
q.24.interdum denique fit respectu
personarū, sed non causarū, vt cum
delegantur omnes causæ vertentes
inter scolares,vel etiā inter Titium,
13 & Sempronium, † vt scribit Ang.in
d.l.solet,num.1. & in d.l.prætor 17.in
princ.ff. de Iurisd. Specialiter demū
fit delegatio,quoties restringitur ad
14 certam causam, & litem, † vt tra-
dunt Bart.in dict.l. solet, numero 3.

& ibi Ang. numero e. Et tunc va-
riè poteſt fieri delegatio : Inter-
15 dum enim delegatur tota cauſa †
cap. quamuis 6. De off. & pot. ind.
deleg. in 6. Interdum verò cauſæ
pars, puta principiũ, vel medium,
16 vel finis † *cap. ſuper quæstionum*
27. in princ. verſic. quod ſi delega-
tus De offic. & poteſt. ind. deleg. &
ſcribit Purp. in dict. rub. ff. de off.
eius numero 14. vel etiam vnus cau-
17 ſæ articulus, † *vt in clem. 1. De off.*
deleg. & ſcribit Bart. in l. legatus 12.
in 2. lect. numero 6. ff. de off. proc. &
leg. & diximus in 5. cap. quæst. 4. nu.
19. & 22.

Et his, qui delegantur vniuerſa-
liter, haud dubiè dicuntur ad vni-
uerſitatem cauſarum delegati, qui
verò generaliter reſpectu loci non
item, ſi gl. *in dict. l. ſolet 16. in verb.*
ſpeciem ff. de Iuriſd. & alijs pleriſ-
que credimus. Sed contrarium ve-
18 rius eſt, & receptius, † *vt ſcribunt*
Alex. in dict. l. ſolet numero 6. verſic.
in ea gl. ibi, vbi teſtatur hanc eſſe
communem, Paul. Orta. in l. 1. in prin.
numero 70. ff. de offic. eius, Martin.
Mouter in dict. rub. ff. de off. eius, nu-
mero 71. verſic. quare : nam, cum
ſint delegati ad totum territorium,
conſequens eſt, vt cenſeantur dele-
gati ad vniuerſitatem, cum territo-
19 rij ſit vniuerſitas † *l. pupillus 239.*
§. territorium ff. de verb. ſignif. Que-
madmodum, & qui delegantur ge-
20 neraliter reſpectu cauſarum, † *vt*
ſcribit Alex. in dict. l. ſolet, numero 9.
Cœterum, qui ad omnes cauſas in-
ter certas perſonas vertentes dele-
gantur, non cenſentur ad vniuerſi-
21 tatem cauſarum delegati, † *vt ſcri-*
bunt Ang. in dict. l. ſolet, numero e. &
ibi Alex. numero 9. Martin. Mouter
in dict. rub. ff. de off. eius numero 7 e.
verſ. quare. Ex quibus intelligi-
mus effectu iudicem duobus tan-
tum modis delegari poſſe, vel ad

vniuerſitatem cauſarum, vel ad certas cauſas, Ad vniuerſitatem cauſarum cum, vel nulla ſit reſtrictio, vel, cum ſit ſolum reſpectu loci, aut cauſarum generis, Ad certas verò cauſas cum reſpectu perſonarum reſtrictio ſit, *ſecundum ea, quæ diximus.*

SVMMARIVM.

1 *Iudici dato ſolebat præſcribi tempus.*
2 *Iudici delegato a principe tẽpus præſcribi poteſt.*
3 *Iudici dato potuit præſcribi locus.*
4 *Iudici dato potuit præſcribi quantitas.*
5 *Magiſtratus ſine formula iudicabant.*
6 *Iudici quando præſcriberetur formula latior, vel ſtrictior.*
7 *Actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris quæ.*
8 *Actionũ bonæ fidei, & ſtricti iuris diſcrimen circa poteſtatem iudicis.*
9 *Iudex non poterat a formula recedere.*
10 *Iudicium pecuniæ certæ, arbitrium incertæ.*
11 *Plus petitionis periculum ſuberat in iudicijs, non in arbitrijs.*
12 *Bonis in cauſis melius fuit ire ad iudicem, quam ad arbitrum.*

De ijs, quæ in mandato iuriſdictionis præſcribuntur.

Quæſtio Tertia.


ENIQVE iuriſdictionis mandandæ modus, & circa ea, quæ præſcribuntur, conſiderari poteſt, nempe circa tempus, locum, quantitatem, & formulam : nam circa tempus, licet nullum iuris veſtigium extet, non tamen putarim negan-

negandum, quin magistratus pos-
sit, olimque potuerit ei, cui iusisdi-
ctionem demandat, certum pręfige-
re tempus, intra quod ius dicat, vt
in hoc nulla fuerit inter eum, cui
mandata est iurisdictio, & datum
iudicem differentia, quippe, cui
certum est tempora præstitui con-
1 sueuisse, intra quæ iudicaret † *l. 2.*
§. si & iudex l. si iudex 32. ff. de Iu-
dic. & scribunt Duar. ad tit. ff. de Iu-
dic. cap. de ijs, qui iud. dar. poss. Ant.
Guib. cap. 9. quæst. iur. numero 3. Cu-
iac. ad l. arbiter 33. alias 37. ff. de
arbitr. in 1. lib. quæst. Papin. Donell.
lib. 17. commen. cap. 26. nam, & de
iudicibus a principe delegatis, qui-
bus haud dubiè mandatur iurisdi-
2 ctio, constat † *ex cap. de causis 4. De*
off. & pot. iud. deleg.

Pari ratione, quin locus, vbi ius
dicatur (vtique autem de ciuitate,
seu municipio loquor) præscribi
possit, olimque potuerit ad iudicum
3 datorum similitudinem † *l. si locus*
59. ff. de Iudic. Duar. ad dict. tit. ff. de
Iud. cap. de ijs, qui iud. dar. poss. nulla
vetat ratio.

Similiter, & quantitas ad quam
vsque ius dicatur, quin hodie præ-
scribi possit, & olim potuerit, ad da-
4 torum iudicum exemplum † *l. de*
qua re 74. §. 1. ff. de Iudic. & scri-
bunt Duar. dict. cap. de ijs, qui iud.
dar. poss. Ant. Gou. ad l. si idem 11. in
princ. ff. de Iurisd. non puto dubi-
tandum.

Planè circa formulam magna
fuit in ordinarijs iudicijs inter eos,
quibus iurisdictio mandabatur, &
iudices datos differentia: nam il-
lis nulla solebat, quam in iure di-
cundo sequerentur, formula præ-
scribi, sed, vt ipsi magistratus,
nullis constricti formulis poterant,
quod sibi iustum, & æquum vide-
5 batur, statuere, † *vt scribit Ant.*
Fab. lib. 4. Con. cap. 7. ita, & ij, qui-
bus iurisdictio mandabatur.

At verò iudici dato certa sole-
bat formula præscribi, quam eum
in iudicando sequi oportebat, *vti*
diximus in primo cap. quæst. 3. nu-
mero 23. eaque formula modo la-
tior, modo strictior concipi sole-
6 bat; † latior, cum in ea prætor da-
bat iudici facultatem statuendi, &
æstimandi ex bona fide, siue ex bo-
no, & æquo, quantū actori præstan-
dum esset, veluti, cum dicebat,
Si paret Caium Seium Lucio Sempro-
nio fundum Tusculanum vendidis-
se, quicquid ex bona fide præstari
oportebit, in id eum condemnato.
Vnde Cic. libro 3. Offic. Q. *qui-*
dem Scæuola Pont. Max. inquit, *sum-*
mam vim esse dicebat in omnibus ijs
arbitrijs, in quibus adderetur ex bo-
na fide, & in eodem libro, *sine le-*
ge, inquit, *Iudicijs, in quibus ex bo-*
na fide additur, & in Topicis, *In*
omnibus ijs iudicijs, in quibus ex bo-
na fide est additum plurimus eorum
vsus est. Strictior verò concipie-
batur formula, cum prætor certum
ius præscribebat iudici, quod eum
sequi oporteret, veluti, cum di-
cebat, *Si paret Caium Seium Lucio*
Sempronio centum dare oportere eum
condemnato: cuius rei vestigia le-
guntur apud Cic. in Orat. Pro Ro-
sc. Comœd. vbi *Eius rei*, inquit, *ip-*
sa verba formulæ testimonio sunt.
Quid est in iudicio? directum, aspe-
rum, simplex. Si paret HS. ↀ ↀ ↀ.
dari oportere. Harum autem for-
mularum (quæ proinde bonæ fi-
dei, & stricti iuris, strictiue iu-
dicij formulæ, siue actiones dictæ
7 sunt † *§. actionum Inst. de actio.*
l. vn. §. sed, & si non ignoramus C.
de rei vx. act. l. 3. §. in hac ff. com-
mod. l. in actionibus 5. ff. de in lit. iur.
& explicant Duar. in dict. l. in actio-
nibus, numero 12. & ibi Egu. Bar. in
verb. in bonæ fidei iudicijs, Brisso.

lib. 5. de formul. fo. 407. Hoto. ad §.
actionum Enun. 1. & ibi Baldui. nu.
2. Inst. de actio. Bret. de ord. Iud. cap.
12. Anton. Fab. lib. 4. con. cap. 7.) di-
uerſitas magna fuit Nam, (*vt ele-*
ganter declarant Carol. Sigo. lib. 1. de
Iudic. cap. 19. & 24. Duar. in dict. l.
in actionibus 5. num. 12. ff. *de Iuſtit.*
iur. Briſſo. dict. lib. 5. de formul. fo.
417. & 507. Anton. Fab. dict. lib. 4.
coniect. cap. 7. iudex datus cum la-
tiore formula non erat conſtrictus,
neque certum ius præſcriptum ha-
bebat, quod in iudicando ſequi de-
beret, ſed liberam habebat poteſta-
tem ſtatuendi ex bono, & æquo, §.
in bona fidei Inſt. de actio. Quamo-
brem arbiter ſolebat appellari, *l. Lu-*
cius 24. ff. *depoſ. & diximus in quar-*
to cap. quæſt. 2. numero 2. vt arbiter
pro ſocio *l. pro ſocio arbiter 38.* ff.
pro ſocio. Arbiter familiæ erciſcun-
dæ *l. fundus 52.* §. *arbiter* ff. *fam.*
erciſ. Arbiter de dote *l. omnino 12.*
ff. *de Imp. in reb. dot. fact.* ſcilicet,
quia (vt ait Feſtus) *arbiter is eſt,*
qui totius rei arbitrium, & poteſta-
tem habet, ſiue, qui iudicat ex bo-
no, & æquo, *vt ait l. & ſi quis impe-*
diat 14. §. *igitur, coniuncto* §. *iudi-*
cem ff. *de relig. & ſumpt. fu.* Pari-
que ratione cognitiones ipſæ dice-
bantur arbitria, *vt ex relatis Cic.*
locis apparet; Contra verò is, cui
ſtrictior erat formula concepta, ita
cenſebatur formula conſtrictus, vt
ab ea ne latũ quidem vnguem poſ-
9 ſet recedere, † *vt ſcribunt Ranard.*
lib. 1. de praiud. cap. 5. Coraſ. ad rub.
ff. *de Iuriſd. num. 7. Briſſo. dict. lib. 5.*
de formul. fo. 507. Muret. ad rub. ff. *de*
off. eius. Men. de arbitr. lib. 1. quæſt. 2.
num. 14. Anton. Fab. dict. lib. 4. con-
iect. cap. 7. & nos oſtendimus in pri-
mo cap. quæſt. 6. numero 6. Quamo-
brem non vocabatur arbiter, ſed
iudex, nec ipſa cognitio arbitrium,
ſed iudicium, *vt diximus in quarto*
cap. quæſt. 2. numero 2. Ad quod
reſpicicos Seneca libro 2. De Cle-
mentia, *Clementia*, inquit, *liberum*
arbitrium habet, non ſub formula
iudicat. Hinc iudicium dicebatur
pecuniæ certæ, arbitrium verò in-
10 certæ, † *vt ſcribit Buda. in Anno.*
ad l. 2. ſuper verb. vindicias filia
ſua ff. *de orig. iur.* Vnde Cic. Pro
Roſcio Comœdo, *Aliud eſt iudi-*
cium, inquit, *aliud eſt arbitrium;*
Iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitriũ
incertæ. Ad iudicium hoc modo ve-
nimus, vt totam litem obtineamus,
aut amittamus: Ad arbitrium hoc
modo adimus, vt neque nihil, ne-
que tantum, quantum poſtulamus,
conſequamur. Eius rei ipſa verba
formulæ teſtimonio ſunt. Quid eſt
in iudicio? Directum, aſperum, ſim-
plex. Si paret HS. ꝉ ɔ ɔ ɔ. darì
oportere; Hic, niſi planum facit,
HS. ꝉ ɔ ɔ ɔ. ad libellam ſibi debe-
ri, cauſam perdit. Quid eſt in ar-
bitrio? mite, moderatum. Quan-
tum æquius, & melius ſit dari. Il-
le tamen confitetur, plus ſe petere,
quam debeatur, ſed ſatis, ſuper-
que habere dicit, quod ſibi ab arbi-
tro tribuatur. Itaque alter cauſæ
confidit, alter diffidit. Et hac ra-
tione in iudicijs ſuberat periculum
plus petitionis, ideſt, ne cauſa ca-
deret actor ob id, quod plus pe-
11 tijſſet † *l. 1.* ff. *de inter act.* §. *ſi*
quis agens Inſt. de act. Paul. libro 1.
Senten. tit. 10. lib. 2. tit. 5. & lib.
3. tit. vlt. & ſcribunt Ranard. lib. 3.
vario. cap. 14. Cuiac. libro 7. obſer.
cap. 27. Briſſo. lib. 4. ſelect. antiq.
cap. 10. in arbitrijs verò non item,
vt ſcribit Buda. in Anno. ad dict. l.
2. ſuper verb. vindicias filia ſua
ff. *de orig. iur.* Vnde Cic. pro Q.
Roſcio Comœdo, *pecunia tibi de-*
bebatur certa, inquit, *quæ nunc*
petitur per iudicem, in qua legiti-
mæ partis ſponſio facta eſt. Hic tu,
ſi am-

si amplius HS. nummo petisti, quam tibi debitum esset, causam perdidisti, & ibidē; *Hic nisi planū facit HS. ꝰꝰꝰ. ad libellū sibi deberi, causam perdit*. Et Sueto. in Claud. cap. 14. *Nam, & ijs, qui apud priuatos iudices plus petende formula excidissent*, inquit, *restituit actiones*. Ad quod etiam respiciens Plaut. in Mostell.

„ *Nihilo plus pete*. inquit, *T R. velim hercle, vt uno nummo plus petas*.

Sanè in bonis causis melius fuit ad iudicem ire, quam ad arbitrum, quia nullus relinquebatur iudicis arbitrio locus, quippe, qui formula constrictus eius fines egredi nō poterat, cum alioquin arbiter liberam habuerit potestatē statuendi, prout humanitas, vel miseratio plerūque
12 suggerebat, † *vt scribunt Caro. Sigo. lib. 1. de Iud. cap. 24. Ranard. lib. 1. de praeiud. cap. 5. Men. lib. 1. de Arbitr. q. 2. nu. 17.* Vnde Senec. lib. 3. de benef. cap. 7. *Quæcunque in cognitionē cadunt*, inquit, *comprehendi possunt, & non dare infinitam licentiā iudici; ideo melior videtur conditio causæ bonæ, si ad iudicem, quam ad arbitrum mittatur, quia illū formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit, huius libera, & nullis adstricta vinculis religio, & detrahere aliquid potest, & adijcere*. Et hoc est, quod significat Cic. *in dict. Orat. Pro Q. Rosc. Comœd.* dum ait, eum, qui ad iudicem it, causæ confidere, eū, qui ad arbitrum diffidere; nam ille nihil in iudicis confert arbitrium, hic verò causam vniuersam.

Sed hodie formularū conceptiones sublatę sūt *l. 1. C. de form. & imp. act. subl. & diximus in 3. cap. quæst. 3 num. 2.* manet tamen vetus actionū differensq; natura: nam plenior est iudicis potestas in actionibus bonæ fidei, quam in stricti iuris iudicijs. *§. in bonæ fidei Inst. de actio. l. quia tādem 7. ff. de neg. gest. l. Lucius 24. ff. depos.* Et hæc de Septimo Capite.

Quæ mandari possint.

Caput Octauum.

S V M M A R I V M.

1 Declaratur l. 1. in prin. ff. de off. eius, & num. seqq.

3 Specialiter tribuuntur multa, quæ nec meri sunt, nec mixti imperij.

4 Exempla non restringunt regulam.

6 Magistratus iure cōpetunt multa quæ non competunt minoribus.

7 Specialiter tribuuntur multa etiam minoribus magistratibus, & priuatis num. 8.

9 Specialiter tribui quæ dicantur, & num. 11. & 12.

10 Specialiter quid.

11 Magistratus iure quæ competere dicantur, & numeris seqq. vsque ad num. 20.

20 Prætor cur introductus.

21 Iurisdictio prætori data more.

22 Iurisdictio competit prætori iure magistratus.

23 Magistratus habet iurisdictionē propriam.

24 Propria iurisdictio quæ, & num. 31.

25 Specialiter tributa habentur alieno beneficio.

26 Magistratus iure quæ competūt, nunquam competunt priuato.

27 Mandari possunt, quæ competunt iure magistratus, non quæ specialiter tribuuntur, … numero 28. 29. & 30.

Quæ dicantur specialiter tribui, Quæuè competere iure magistratus.

Quæstio Prima.



Ctaui succedit tractationis caput, sub quo uidendum est, Quæ mandari possint. Constat autem hanc quæstionem fuisse a Papiniano definitam *in l. 1. in prin. ff. de off. eius.* his verbis; *Quæcunque specialiter lege, vel Senatus consulto, vel constitutione principum tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur, quæ verò iure magistratus competunt, mandari possunt.* Sed huic definitioni veteres commentitia quadam explicatione tantas offudisse tenebras, vt, nisi recentiorum scripta, quasi faces prælucentes afferantur, vix fit, vt eius veritas cerni a iuris studioso possit: Tradunt enim passim, specialiter ea tribui, quæ maioribus tantum magistratibus in priuilegium expresse conceduntur, cuiusmodi sunt causæ meri, & mixti imperij, quas ideo cẽsent non posse delegari, quia censetur in ijs electa industria personæ: Ea verò, quæ conceduntur omnibus magistratibus etiã minoribus, aiunt competere iure magistratus, quia non est in eis electa industria personæ. Huiusmodi autem esse causas simplicis iurisdictionis, quæ proinde delegari possunt. Itaque, vt causa delegari nequeat, duo tradunt copulatiuè requiri, primo, vt sit tributa specialiter, & expresse in priuilegium, Secũdo, vt maioribus tantum magistratibus concessa
1 sit. † *Ita interpretantur gl. in d. l. 1. in princ. in verb. quæcunque, in verb. specialiter, in verb. tribuuntur, & in verb. quæ verò iure magistratus. & ibi Bart. nu. 2. Ang. nu. 1. Castr. nu. 1. Alex. nu. 1. Ias. nu. 25. in fi. Dec. n. 27. Paul. Oria. nu. 32. in fin. Cagn. nu. 16. ff. de off. eius, Azo in summa C. de Iurisd. om. iud nu. 19. & 21. Alex. in l. more 5. num. 27. vers. non obstat vltimum ff. de Iurisd. Valasc. in l. Imperiũ 3. nu. 231. vers. 5. ff. eod. & alij veteres frequenter.*

Verum hæc explicatio, vt est commentitia, ita, & merito fuit ab omnibus recentioribus improbata,
2 † *vt ab Alcia. lib. 2. Parad. cap. 2. Vaco. a Vacu. lib 6. decl. 79. in princ. & num. 6. in fin. Claud. Cantiun. lib. 2 De off. iud. cap. 10. num. 9. & 14. Io. Gill. lib. 1. De Iurisd. & imp. cap. 4. num. 4. Lõgon. in l. Imperium 3. num. 147. ff. de Iurisd. Egu. Bar. ad l. cognitio 4. in princ. ff. de off. eius. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 7. Coras. ad d. l. 1. num. 1. ff. de off. eius. Andr. Fach. lib. 9. controu. cap. 97.*

Primo, quia Papinianus loquitur generaliter de ijs omnibus, quæ specialiter tribuũtur, vt apparet ex illa dictione vniuersali, *quæcunque*: Et ideo non debet eius definitio constringi ad causas meri, & mixti imperij, cum multa sint, quæ specialiter tribuuntur, nec tamen sunt meri, aut mixti imperij, *vt facile erit ex ijs intelligere, quæ dicemus in hoc cap. quæst. 3. & seqq.*
3 † *Et in specie animaduerterunt Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 1. Claud. Cantiun. dict. lib. 2. de offic. iud. cap. 10. numero 4. Coras. in dict. l. 1. num. 1. ff. de off. eius.*

Nec est contrarium, quod Papinianus in sequentibus verbis de sola publicorum iudiciorum exercitione loquatur, quia sit hoc exẽpli gratia, ideoque generalem regulam, & definitionem constrin-
4 gere non debet † *l. nam quod liquidò 4. §. vlt. ff. de pen. leg. & animaduertit Claud. Cantiun. dict. lib. 2. cap. 10. num. 4.*

Secundo verò non rectè videntur

tur

tur docuisse, causas mixti imperij non posse delegari, quia tantū abest, vt hoc scripserit Papinianus, vt imo verius sit, mixtum imperium posse demandari, *vti demonstrabimus in hoc c.q.6.nu.15.*
5 † *Ita Alcia. d.lib.2. Parad.c.1. Andr. Fach.lib. 9.contro.c.97.*

Tertio malè tradiderunt, iure magistratus ea tātum competere, quæ conceduntur omnibus magistratibus, etiam minoribus, quia multa sunt, quæ competunt iure magistratus, & mādari possunt, & tamē magistratibus municipalibus
6 non permittuntur, † *vt animaduerterunt Paul.Oria.in l.1. in prin nu. 85.ff.de off.eius, Alcia.in l. imperiū 3.nu.203.& 207.vers.4.& n.222. & ibi Longou. nu. 148.ff. de iurisd. Alcia. d. lib. 2. Parad. cap.1. num. 6.Vaco a Vacu. d lib. 6. decl. 80. num.2.& 3.Egu.Baro.lib.1. varia. quæst.fo.28. Men. de arbitr. iud. lib.1.q.74. nu. 28.* vt ecce mulctæ dictio competit iure magistratus, *vt ostendemus in hoc c.q. 16.nu.75.* & transfertur in eum, cui mandata est iurisdictio *l. 2. ff. quis, & a quo appell.& ibidē dicemus, nu.86.* & tñ non competit magistratibus municipalibus *l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb. signi. & verius esse ibidem demonstrabimus nu.21.* Præterea, quæ magis imperij sunt, quam iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest *l. ea, quæ 26. ff. ad municip.* & tamē magistratibus Populi Romani competunt iure magistratus, ideoq; mandari possunt *l.cognitio 4. §. vt possessio ff. de off. eius,l.vlt.C.vbi, & apud quem, & nos demonstrabimus in hoc c.q.9.& seqq.* Denique causæ ciuiles, quæ 300. aureorum summā excedunt, ab omnibus magistratibus terminari nō possunt, cū de ijs nequeāt defensores ciuitatū cognoscere, *vt dicemus in hoc c.q.24.nu.23.* & tamen quis negauerit eas iure magistratus competere? *vt in specie animaduertit Vaco a Vacu. d.lib.6.decl.80.nu.3.*

Quarto, & vltimo multa sunt, quæ fuerunt etiam magistratibus
7 municipalibus tributa, † vt tutoris datio *l. 3. ff. de tut. et cur. et dicemus in hoc c.q.3.num.2.* & legis actio *l. vlt. C.de manu.vind.Paul.li.2.sent. tit.25.* & tamen nō competunt iure magistratus, nec mandari possunt, *ut in his terminis animaduerterunt Alciat.in d.l. imperium 3.nu. 203.& ibi Longou. nu. 149. Alcia.d. lib. 2.Parad. c.1. nu.6. & nos latius ostendemus in hoc ipso c. q.3.nu. 58. & 101. & q.4.nu. 4. & 31.* Quinimo ea, quæ specialiter tribuuntur,
8 possunt etiam tribui priuatis, † *vt scribit Cuiac. ad l.1.ff.de off.eius, in 1.lib. q. Papin.& lib.21.obs.c.30.& de mero imperio dicemus in q.seq. n. 73.de tutoris datione in q.3. nu.21.* Non est igitur vera Papiniani definitionis explicatio, quam veteres tradiderunt.

Quamobrem verius est, ea dici tribui specialiter, quæ tribuuntur in specie, & nominatim aliqua lege, vel S. C. vel constitutione principum, id est, quæ, vt magistratus facere possit, cautum est nominatim aliqua lege, vel simili iuris constitu-
9 tione, † *vt eleganter explicant Alcia.in d.l.imperium 3.nu.222.& ibi Longou.n. 150. Alcia.d.lib.2.Parad. c.1.Claud.Cant d.lib.2.de off iud.c. 10.n.9.Mar. Salom.in d.l.1.in prin. nu.5.ff.de off.eius, Io. Gill.lib.2. de iurisd.& imp.c.24.Duar.ad tit.ff. de iurisd.c.7.& ad l.more 5.ff.eo. Egu. Bar. lib.1.varia.q.fo.19.& 27. Coras.ad d.l.1.in prin.nu. 2.& ibi Cuiac.in 1.lib.q. Papin. & Muret. ff.de off. eius, Vaco a Vacu. d.lib.6.decl. 79.nu.7.Cuiac. ad d.l. more 5.ff. de*

 iurisd.

iurisd. Donell. d. lib. 17. comm. cap. 8.
nã, quod specialiter tribui dicitur
in d. l. 1. in prin. ff. de off. eius l. aut
damnum 8. §. praefecto ff. de poen. l.
10 aliud 131 ff. de verb. sign. † dicitur
tribui nominatim in l. muto 6. §. tu
toris datio ff. de tut. In qua significa
tione sumitur etiam in l. 3. l. iurisgẽ
tium 7. §. quod ferè ff. de pact. §. cũq;
hoc in proem inst. l. ab ea parte 5. ff.
de probat. l. lex natura 24. ff. de stat.
hom. l. 2. §. si & iudex l. obseruandũ
47. ff. de iudic. Quicquid igitur tri-
buitur lege, vel S. C. vel constitu-
tione, dr̃ tribui specialiter, quia tri
11 buitur in specie, & nominatim. †
Vnde merũ imperiũ, quod tribui-
tur specialiter, dicitur simpliciter
dari lege in l. 1. §. qui mãdatã verf.
verius ff. de off. eius. Nec est contra
riũ, quod proconsuli datum sit ius
dandi iudicis lege l. cũ praetor 12.
§. lege ff. de iudic. & tamen non dici
tur ei tributũ specialiter, ut verius
esse demonstrauimus in 5. c. q. 3. nu.
12 21. qua ratione † Duar. ad l. impe-
rium 3. ad l. more 5. ff. de iurisd. &
ad tit. ff. de iudic. c. de iudic. datis,
Egu. Bar. in l. cognitio 4. in princ. ff.
de off. eius, & alij pleriq; moti cen-
suerunt aliud esse nominatim lege
dari, aliud specialiter lege tribui,
quasi dictio illa, specialiter, aliud
sonet, quod emphasim & priuile-
giũ contineat, ut & veteres puta-
bant, quia respõdeo, cũ quaerimus,
an id, quod magistratus facere po-
test, sit ei specialiter tributum, an
verò cõpetat iure magistratus, ad
vrbanos respiciendũ esse, vtpote a
quibus iura prouincialiũ aestiman-
tur: nã, quae vrbanis cõpetunt mo-
re, siue iure magistratus, dicuntur
etiã eodẽ iure cõpetere prouincia-
libus, tametsi lege, vel constitutio-
ne deputentur, & potestatem ha-
beant, ut latè diximus in 2. c. q. 1.
nu. 33. & c. 5. q. 3. nu. 21.

Hinc intelligimus ea, quae neq;
lege, neq; S. C. neq; principis con-
stitutione tribuuntur sed alio iure
cõpetũt, dici cõpetere iure magi-
13 stratus, † ut rectè docuerunt Petr.
Calef. in l. imperium 3. nu. 211. ff. de
iurisd. Claud. Cãt. d. lib. 2. de off. iud.
c. 10. n. 3. Vaco a Vacu. d. lib. 6. decl.
73. in prin. & nu. 4. & decl. 80. nu. 3.
Huiusmodi sunt ea, qua cõpetunt
14 more maiorum, † ut scribũt Duar.
ad tit. ff. de iurisd. c. 5. Egu. Baro ad
d. l. 1. in prin. & ibi Coras. nu. 8. Cu-
iac. in 1. lib. q. Papin. ff. de off. eius,
Egu. Bar. in l. cum hi 8. §. sed nec mã
dare ff. de transf. Cuiac. ad l. 1. & ad
l. more 5. ff. de iurisd. & ad l. legatus
12. ff. de off. proc. et leg. in 2 lib. Paul.
ad Edict. Petr. Fab. ad l. nemo potest
71. ff. de reg. iur. Andr. Facb. d. lib. 9
contro. c. 97. & quae fuerunt edicto
15 praetoris introducta, † ut scribũt Al
cia. in d. l. imperium 3. nu. 222. et ibi
Petr. Calef. nu. 211. ff. de iurisd. Al-
cia. li. 2. Parad. c. 1. n. 5. Claud. Cãt.
d. lib. 2. de off. iud. c. 10. nu. 4. Vaco a
Vacu. d. lib. 6. decl. 79. n. 4. & d. decl.
80. nu. 3. Egu. Bar. lib. 1. Varia. q. fo.
39. quippe, quae dici non possunt
lege, vel S. C. vel constitutione
principum nominatim tributa.

Et sanè iure magistratus dicun-
tur ea competere, quae quis habet
ex vi, natura, & potestate illius di-
16 gnitatis, & officij, quo fungitur, †
ut tradunt Alcia. d. lib. 2. Parad. c.
1. nu. 6. Claud. Cant. d. lib. 2. c. 10. n.
14. & 15. Longou. in d. l. imperium,
nu. 157. Duar. ad d. tit. ff. de iurisd.
c. 7. & ad l. more 5. ff. eod. & eo ipso,
17 quod magistratus est, † ut declarãt
Claud. Cãt. d. lib. 2. c. 10. nu. 14. Vaco
lib. 6. decl. 79. nu. 3. & 6. Cuiac. ad l.
1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin. Do-
nell. d. lib. 17. comm. c. 8. Andr. Facb.
d. lib. 9. cõtro. c. 97. Huiusmodi sunt
ea, propter quae fuit officiũ ipsum
18 introductum, † ut scribit Muret. in

d. l.

d. l. 1. in prin. ff. de off. eius, & quæ
fuerunt illi tributa, quo primũ tem
19 pore constitutum est, † vt ecce iu-
risdicundi gratia fuit more maio-
20 rum introductus prætor† l. 2. §. Cũ-
que cõsules ff. de orig. iur. & scribũt
Duar. lib. 1. disp. ann. c. 53. et ad tit.
ff. de iudic. c. de iudic. datĩ, Coras. ad
l. 1. nu. 12. ff. de iurisd. & Muret. in
d. l. 1. in prin. ff. de off. eius, & huic
officio, quo primum tempore con-
stitutum est, data est iurisdictio nõ
21 lege, sed more. † Quamobrẽ præ-
tor dicitur ius dicere more maio-
rũ l. pen. ff. de iust. & iur. Iurisdictio
igitur competit prætori iure magi-
22 stratus. † vt scribunt Duar. ad l. mo
re 5. ff. de iurisd. Muret. ad d. l. 1. in
prin. ff. de off. eius, idest, iure illius
prȩturæ, qua fungitur: nam officiũ
illud habet hoc ius in ipsamet in-
stitutione tributũ, vt quicunq; præ
tor fuerit, iurisdictionem habeat.
Quamobrem iurisdictio dicitur il
li cõpetere iure suo l. more 5. ff. de
iurisd. idest iure magistratus. Nec
enim eius dicitur iurisdictio priua
to iure, sed publico, quia iurisdi-
ctionem non habet, quasi priuata
persona, sed quasi persona in magi
stratu constituta; Et ita accipiendũ
est, quod dicimus magistratus ha-
23 bere iurisdictionẽ propriam† l. co-
gnitio 4 in prin. ff. de off. eius, & scri
bunt Seb. Sap. in d. rub. ff de off. eius,
nu. 21. & ibi Camill. Plaut. lib. 1. c. 8.
nu. 7. & lib. 2. c. 4. nu. 8. Anton. Gou.
lib. 1. de iurisd. nu. 10. & ad l. solet
16. nu. 1. ff. eod. Propria enim dici-
tur iurisdictio, quæ competit iure
24 magistratus, † vt declarãt Egu. Bar.
in l. cognitio 4. in princ. in verb. pro-
priam ff. de off. eius, Ant. Gou. ad l. 1.
nu. 20 ff. de iurisd. Eduar. adu. Gou.
ad rub. ff. eo. fo. 39.

Cœtera verò, quæ non fuerunt
illi dignitati tributa, quo tempore
cõstituta fuit, sed postea data sunt
aliqua lege, vel S. C. vel constitu-
tione, vt sunt ea, quæ latius refere-
mus in 4. qq. seqq. nõ dicuntur cõpe
tere magistratui iure suo, idest iu-
re magistratus, qa dignitas illa suo
iure nõ habebat talẽ potestatẽ, sed
dicũtur a magistratu haberi alieno
beneficio, idest beneficio legis, vel
25 S.C. vel constitutionis, † ut decla-
rat Cuiac. in d. l. more 5. ff. de iurisd.
Et sanè non competere ea iure ma
gistratus, vel ex eo intelligimus,
quia nõ sequitur, Est magistratus,
Ergo facere potest illa, quæ lege
dantur, nisi nominatim ei tributa
sint aliqua lege, vel S. C. vel consti
tutione, ut de mero imperio dicemus
in hoc c. q. 2. nu. 64. de tutoris datio-
ne in q. 3. nu. 28. Nec contra rectè
quis inferet, Non est magistratus,
Non potest igitur facere ea, quæ le
ge dantur, quoniã ea possunt etiã
priuatis concedi, ut diximus supra
nu. 8. Quod tamen fieri posset in
ijs, quæ competunt iure magistra-
tus, quippe, quæ nunquam priuato
26 conceduntur † l. aliud 131. §. ult.
ff. de verb. sign. & in specie scribit
Cuiac. ad d. l. 1. ff. de offic. eius, in 1.
lib. q. Papin.

Ex his igitur, quæ iure magistra
tus competunt mandari possunt,
quȩ verò specialiter tribuũtur, nec
mandari possunt, nec mandata iu-
27 risdictione transferuntur † d. l. 1.
in princ. ff. de off. eius. Cuius diuer-
sitatis non illa est ratio, quam vete
res afferebant, quia scilicet electa
censetur industria personæ in ijs,
quȩ specialiter tribuuntur, nõ etiã
in ijs, quæ iure magistratus compe
28 tunt, † uti uidere est apud eos, quos
retulimus supra nu. 1. & apud Lud.
Burg. in l. 1. nu. 14. ff. de iudic. quos
etiam sequi videntur Nico. Bello. lib.
1. Supp. c. 2. nu. 5. Coras. ad d. l. 1. nu.
5. & 7. ff. de off. eius, Egu. Bar. lib. 1.
var. q. fo. 27. & ad l. sæpe 9. ff. de off.
præsid.

præsid. Donell. d. lib. 17. commen. cap. 8. quoniam ea, quæ specialiter tribuuntur, plerunque non certæ personæ deferuntur, sed dignitati, & officio, vt præfecturæ, præturæ *l. 1. in prin. ff. de off. praef. vrb.* quo casu nullius industria censeri potest electa, † *vt in his terminis considerat Bern. V valt. lib. 2. Miscell. c. 9.* Quo fit, vt supradicta ratio non immerito fuerit a *Paul. Oria. in d. l. 1. in princ. num. 63. versic. vel melius, ff. de off. eius, & alijs* plerisque reprobata, sed ratio est, † quia ea tantum mandari possunt, quæ quis habet iure suo, non etiam, quæ alieno beneficio *l. more 5. ff. de iurisd.* Sed, quę competunt iure magistratus, vtiq; quis habet iure suo, quæ verò specialiter tribuuntur non iure suo, sed alieno beneficio, idest beneficio populi, vel principis, vel senatus, *vti dictum est*; Non hæc igitur, sed illa mandari poterunt. Et sanè magistratus in ijs, quę specialiter ei tribuuntur similis est ei, qui mandatam iurisdictionem suscepit: nam quemadmodum iurisdictio non dicitur propria illius, cui mandatur *l. e. §. qui mandatā ff. de off. eius,* Ita nec proprium dicitur magistratus id, quod ei specialiter tribuitur, † *ut scribit Eduar. adu Gou. ad rub. ff. de Iurisd. fo. 39.* scilicet, quia non habet id proprio iure, idest iure illius magistratus, quo fungitur, sed beneficio legis, vel S.C. vel constitutionis. Et quemadmodum is, qui mandatam iurisdictionem suscepit, solum dicitur eius vsum, & exercitium habere *d. l. 1. §. qui mandatam, & dicemus in 9. cap. q. 7. num. 2.* Ita, & magistratus solam dicitur habere exercitionem eorum, quæ specialiter ei tribuuntur, *d. l. 1. in princ. vers. & ideo, & vers. huius ff. de off. eius, & dicemus in q. seq. num. 112.*

29

30

31

Denique, vt ille, quasi vices alienas gerens, nec proprium quicquā habens iurisdictionem sibi mandatam alteri mandare non potest *l. vlt. ff. de off. eius.* Ita, & magistratus exercitionem sibi lege delegatam alteri demandare nequit *d. l. 1. in princ. vers. & ideo ff. eod.*

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio criminalis, quæ dicatur.*
2 *Iurisdictio in specie qualiter intelligatur.*
3 *Iurisdictio in genere continet etiam merum imperium.*
4 *Iurisdictio criminalis vocatur merū imperium.*
5 *Imperij meri verbo continetur omnis coercitio grauis.*
6 *Imperium merum quid sit, & numero 7.*
8 *Gladij potestas quid.*
9 *Merum imperiū datur lege, vel S.C. vel constitutione.*
10 *Consules creati sunt cum regio, & summo imperio.*
11 *Imperium merum cōsulibus dabatur lege, & quando nu. 12.*
13 *Consules non poterant iniussu populi animaduertere in caput ciuis Romani.*
14 *Consulum potestas qua lege imminuta.*
15 *Dictator quando crearetur.*
16 *Consulibus dabatur summa potestas S.C. in periculosis reip. temporibus, & quibus verbis.*
17 *Quæstiones capitales nominatim in singulas causas mandabantur.*
18 *Populus iudicabat de capite ciuis Romani.*
19 *Iudicia publica vnde dicta.*
20 *Delicta priuata nō nisi ciuiliter olim vindicabantur.*
21 *Delicta priuata cur ita dicta.*
22 *Crimina publica omnes offendunt.*

23 *Accu-*

23 *Accusatio publici criminis patet omnibus.*
24 *Populus iudicabat de publicis criminibus.*
25 *Publicorum iudiciorū exercitio quibus data.*
26 *Pratores sortiebātur administrationes, & officia.*
27 *Declaratur l. 1. in prin. vers. huius ff. de off. eius.*
28 *Quastores, siue Quasitores publicorū criminum.*
29 *Quastores paricidij.*
30 *Quastiones publica, qua.*
31 *Iudices quastionum, qui.*
32 *Quastores sortiebantur iudices quastionum.*
33 *Ordo publicorum iudiciorū desijt esse in vsu.*
34 *Magistratus cognoscunt de criminibus extra ordinem.*
35 *Prafectus vrbi habet cognitionem omnium criminum ex Epistola Diui Seueri.*
36 *Prafectus vrbi habet merum imperium.*
37 *Prafectus vrbi cognoscit de criminibus extra ordinem.*
38 *Iudiciū criminale distinguitur a iure ordinario, & cur nu. 39.*
40 *Cognitio de domino a familia occiso fuit S. C. Syllaniano tributa pratori.*
41 *Prafectus vigilum de quibus criminibus cognoscat.*
42 *Prasides cognoscunt de criminibus extra ordinem, & quidem soli numero 44.*
43 *Cognitiones criminales specialiter tributa prasidibus.*
45 *Prasides fungūtur partibus omnium magistratuum vrbanorum.*
46 *Prases habet merum imperium.*
47 *Prases non habet ius deportandi.*
48 *Prases scribit Imperatori, vt deportet.*
49 *Prases non habet ius deportandi si non habeat insulam, aliàs secus.* *Sed contra numero 50.*
51 *Prafectus vrbi deportat, & postea scribit Imperatori, vt insulam assignet.*
52 *Prases relegat, deinde scribit Imperatori, vt insulam assignet.*
53 *Deportatus a prafecto vrbi statim amittit ciuitatem, etiam ante, quā insula sit ab Imperatore assignata. Secus in eo, quem prases deportandum annotauit num. 54.*
55 *Argumentum a maiori ad minus non valet in ijs, qua sunt meri imperij.*
56 *Prases gladio vitam adimere potuit non alijs modis.*
57 *Prases non habuit ius confiscandi.*
58 *Imperium merum non competit iure magistratus, sed tribuitur specialiter.*
59 *Imperium merum nominatim mādabatur in prouinciam profecturis lege* Curiata.
60 *Publicorum iudiciorum exercitio specialiter data pratoribus, & iudicibus quastionum.*
61 Imperium *prouinciale* S. C. *mandabatur.*
62 *Prafecto vrbi datum est ius relegādi, deportandi, & in metallum dānandi Epistola Diui Seueri.*
63 *Imperium merū datum est magistratibus, postea, quam fuerunt creati.*
64 *Imperium merum non habent magistratus, quia magistratus.*
65 Consulibus *mandabatur publici iudicij exercitio.*
66 *Prator non habet merum imperium, licet alij contrarium censuerint numero 69.*
67 *Prator remittit ad prafectum vrbi.*
68 *Prator habet imperium, Declara, vt num. 70.*
71 *Imperium simpliciter, cum dicimus, mixtum non merum intelligimus.*
72 *Quastiones publica apud pratores agebantur.*
73 *Imperium merum datur interdū etiā priuatis.*

74 *Declaratur l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb sign.*

75 *Publici iudicij exercitio data fuit etiam priuatis.*

76 *Imperium merum neq; est imperij, neque iurisdictionis.*

77 *Imperium merum cur ita dicatur.*

78 *Causa meri imperij non possunt delegari.*

79 *Causa meri imperij non transeunt in generali mandato iurisdictionis.*

80 *Publici iudicij exercitio mandari nõ potest.*

81 *Prætor non potest mandare cognitionem de domino a familia occiso.*

82 *Cognitio abolitionis mandari non potest.*

83 *Cognitio abolitionis specialiater tribuitur.*

84 *Declaratur l.1. in prin. vers. huius ff. off. eius.*

85 *Legato proconsulis aliquando datum ius gladij.*

86 *Imperium merum ne legato quidem proconsulis mandari potest.*

87 *Legato proconsulis non competit merum imperium mandata iurisdictione.*

88 *Legatus proconsulis non habet grauẽ coercitionem, sed ad proconsulem remittit, & nu. 89.*

90 *Declaratur l. excipiuntur 14. ff. ad Syllan.*

91 *Præsidis appellatione continentur omnes rectores prouinciarum.*

92 *Legatus proconsulis audit custodias.*

93 *Declaratur l. solet 6. in prin. ff. de off. proc. & leg. & nu. 95.*

94 *Absolutio est meri imperij.*

96 *Legatus proconsulis habet cognitionẽ criminalem, Et est in eo speciale numero 97. Nec extenditur ad alios num. 98.*

99 *Extendi non debet, quod contra iuris rationem receptum est.*

100 *Expediri per alium non possunt ea, in quibus est electa industria persona.*

101 *Imperium merum cur delegari non possit, & nu. 104. 110. & seqq. vsq; ad num. 119.*

102 *Maiores ad magistratus, qui soleant elegi.*

103 *Magistratus minores non cum inquisitione, sed cum cautione dant tutores.*

105 *Industria persona quando dicatur electa.*

106 *Industria persona quoties est electa non potest etiam in casu necessitatis per alium res expediri.*

107 *Imperium merum ne pari quidem, aut maiori mandari potest.*

108 *Declaratur l. vn. ff. de offic. præf. præto.*

109 *Appellari a sententia præfecti prætorio non potest.*

112 *Magistratus an habeant merum imperium, & num. seqq.*

116 *Magistratus in mero imperio sunt similes ijs, quibus mandatur iurisdictio.*

117 *Imperium merum datur.*

119 *Iudex dari potest in causis meri imperij. Sed contra num. 120.*

121 *Declaratur princ. tit. Inst. de publ. Iudic.*

122 *Præfectus vrbi habebat etiam ciuilem iurisdictionem.*

123 *Præfectus vrbi poterat dare iudices in causis ciuilibus.*

124 *Præfecti vrbi Iurisdictio qualis, & num. 125.*

126 *Declaratur l. vlt. ff. de offic. præf. vrb.*

127 *Imperium merum potest delegari ex iusta causa.*

128 *Causa meri imperij possunt delegari. propter absentiam.*

129 *Extensio an fieri possit in delegatione causarũ meri imperij propter absentiam, & nu. 130.*

131 *Causa meri imperij propter absentiã delegantur, quo ad solam cognitionem, Sed contra num. 133.*

132 *Causa meri imperij delegantur etiã*

quo

quo ad executionem, si mora sit periculum allatura.

134 *Declaratur l.1.in princ.vers.huius ff.de off.eius,& num.139.*

135 *Declaratur §. Adhac prohibemus Auth. de Collato. coll. 9. & numero 136.*

137 *Causa meri imperij delegari possunt propter infirmitatem.*

138 *Infirmitas absentia comparatur.*

140 *Causa meri imperij delegari potest ab eo, qui ante magistratum in ea fuit aduocatus, Declara, vt numero 141.*

142 *Causa meri imperij non possunt delegari propter causarum multitudinem. Fallit, vt num.143,*

144 *Delegatio causarũ meri imperij facta propter absentiam, vel infirmitatem extinguitur statim atq; magistratus redijt, vel conualuit.*

145 *Princeps potest delegare causas meri imperij, & cur nu.147.*

146 *Princeps legibus viuit.*

148 *Princeps an habeat merum imperiũ alieno beneficio,*

149 *Declarantur l. 1. ff. de const. princ. & §. sed & quod principi Inst. de Iur.nat.*

150 *Delegatus principis potest subdelegare causas meri imperij. Sed contra num.153.*

151 *Declaratur l. vn. C. qui pro sua Iurisd.Iud.dar.poss.& num.155.*

154 *Duo specialia, an possint concurrere circa eandem rem.*

156 *Delegatum a principe vices eius gerere, Quomodo sit intelligendum.*

157 *Declaratur l. pater filiũ 36.§.Quindecim ff.de leg.3.*

158 *Subdelegatus a delegato principis non potest subdelegare causas meri imperij,& cur num.159.*

160 *Causa meri imperij, An iure canonico delegari possint.*

161 *Causa meri imperij delegãtur hodie ex consuetudine.*

An, & quando merum imperium mandari possit,

Quæstio Secunda.



SEd hæc quidem generaliter dicuntur; Specialiter verò, si quæramus, Quæ mãdari possint, separatim nobis erit dispiciendum, Primo de ijs, quæ nominatim fuerunt magistratibus tributa, Secundo verò de ijs, quę competunt illis iure magistratus.

Et eorum quidẽ, quæ magistratibus nominatim tributa sunt, constat varia exempla solere a nostris afferri, Primum in ea Iurisdictione, quæ circa crimina quærenda, & coercenda versatur, quęque proinde criminalis nõ malè vulgo nuncu
1 patur, † *vti videre est apud Coras.in l.solet 16.n.2.ff.de Iurisd.Eduar.adu. Gou. lib.2.de Iurisd.fo.39. Muret.ad rub.ff.de off.eius*; Nam, & si Iurisdictionis verbum specialiter sumptum (vt frequentius fit) soleat ad eam magistratuum potestatem referri, quæ in ciuilibus priuatorum causis, & litibus terminandis consi-
2 stit † *vt scribunt Caro.Sigo.l.b.3. De antiq.iur.prou.cap.7. Duar.ad tit.ff. de Iurisd.cap.1. Coras.ad l.aliquando 5.num.1.ff.de off.proc.& leg. ad rub. ff. de Iurisd. num.9. & ad rub. ff. de off.eius, num.3.& ibi Muret.* Eaque ratione distinguatur iurisdictio a mero imperio *in l.1.§.qui mandatã, vers.verius ff.de off eius*, & ab ijs, quæ meri imperij sunt, vt a publici iudicij exercitione *in dict. l. 1. in princ. vers. huius ff.eo.* Generaliter tamen, & latius sumpto vocabulo magis est, vt etiam eam complectatur potestatem, quæ in criminũ cognitione, & coercitione consistit
3 † *vti cõstat ex prin.tit.De pac.Const.*

ibi,

ibi, In Iurisdictione, tam in causis
criminalibus, quam in causis pecu-
niarijs, & ibi not. gl. in verb. in Iuris-
dictione, & scribunt Azo in summa
C. de Iurisd. omn. Iud. num. 14. gl. in
§. nulla, in verb. Iurisdictione Auth.
de defens. ciuit. coll. 3. gl. in l. 1. in
princ. in verb. Iurisdictionem, & ibi
Bart. num. 1. Castr. num. 2. Alex. num.
2. Paul. Oria. num. 68. Iac. de Nig. nu.
29. ff. de off. eius, gl. in l. imperium 3.
in verb. mixtum est, & ibi Bart. nu.
4. Ang. num. 13. vers. sequitur, Castr.
num. 1. Alex. num. 15. in fin. Ias. num.
6. vers in secunda parte, & num. 9.
in fin. Dec. num. 26. Alcia. num. 40.
Purp. num. 53. Cagn. num. 111. Cac-
cialup. num. 6. Petr. Calef. num. 93.
Valas. num. 93. ff. de Iurisd. Ias. in l.
omnes populi 9. num. 25. ff. de Iust. &
Iur. Paris. consil. 9. num. 1. vol. 1. Men.
de præsump. lib. 3. præs. 97. num. 18.
Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 1. Coras.
ad l. obseruare 4. §. fin. num. 2. & ad
l. aliquando 5. num. 1. ff. de off. proc. &
leg. & ad rub. ff. de Iurisd. num. 3. &
ad rub. ff. de off. eius, num. 3. Rosent.
de Feud cap. 5. concl. 7. in gl. e. Quã-
obrem, & publici iudicij exercitio-
nem iurisdictionem appellat Papi-
nianus *in dict. l. 1. in princ. vers &*
ideo ff. de off. eius, & ẽt de capite ci-
uis ius dici scribit Põponius *in l. 2.*
§. & quia, vt diximus ff. de orig. iur.
Vocatur autem hæc criminalis
4 iurisdictio merum imperiũ † *dict. l.*
1. §. qui mandatam vers. verius ff. de
off. eius, l. Imperium 3. ff. de Iurisd.
quippe, cuius verbo non solum gla-
dij potestas, sed etiam omnis alia
grauior delictorum coercitio con-
tinetur, puta ius damnandi in me-
tallum, ius deportandi, ius relegan-
di, aut atrociter verberandi, & ve-
5 rò etiam bona confiscãdi, † *vt scri-*
bunt Ang. in dict. l. Imperium 3. num.
6. & ibi Castr. num. 8. Ant. Gou. num.
1. 3. & 4. ff. de Iurisd. Ant. Gou. lib. 2.
De Iurisd. num. 8. Cuiac. ad l. 1. ff. de
off. eius, in 1. lib. quæst. Papin. & ad l.
cum prætor 12. ff. de Iudic. & lib. 21.
obser. cap. 30. Petr. Fab. ad l. nemo po-
test 71. ff. de reg. iur. Nam hæc om-
nia esse meri imperij facile est ex eo
intelligere, quia imperiũ, quod non
est merum, vt in alios, quibus man-
datur iurisdictio *l. vlt. §. vlt. ff. de off.*
eius, ita, & in legatum proconsulis
transfertur *l. 1. §. vlt. ff. eod.* & tamẽ
in eum non transit ius atrociter ver
berandi, aut alia grauis coercitio *l.*
si quid erit 11. ff. de off. proc. & leg.
Non est igitur coercitio grauis im-
perium non merum, sed merum.
Nec est, quod aliquis obijciat *l.*
imperium 3. ff. de Iurisd. vbi Vlpia-
nus, *Merum imperium*, inquit, *est ha-*
bere gladij potestatem ad animaduer-
tendum in facinerosos homines, quod
etiam potestas appellatur; quia non
sunt hæc verba in vim definitionis
6 essentialis accipiẽda, † *vti putarunt*
Ang. in dict. l. Imperium num. 3. & ibi
Castr. in fin. Alcia. num. 16. Longou.
num. 49. Coras. num. 13. sed potius
in vim cuiusdam demonstrationis
ab vno meri imperij exemplo, eo-
7 que nobiliore ductæ, † *vt rectius*
censuerunt gl. in d. l. imperiũ, in verb.
merum est, & in verb. potestatem, &
ibi Bart. in princ. & num. 6. versic.
quæro quid, Alex. num. 3. Ias. num. 2.
vers. teneas, Dec. num. 13. Purp. num.
17. & 19. Cagn. num. 10. & 14. &
Egn. Baro. Cuiac. ad l. cum prætor 12.
ff. de Iudic. & ad l. 1. ff. de off. eius, in
1. lib. quæst. Papin. & lib. 21. obs. cap.
30. Bern. Vualt. lib. 1. Miscell. cap. 2.
Nam gladij potestas vna est meri
imperij species, cuius verbo non
continentur aliæ tametsi grauiores,
& capitales criminũ coercitiones,
8 † vt *scribit Egn. Baro ad l. Illicitas 6*
§. qui vniuersas ff. de off. præsid. & nõ
obscurè probant *in l. solet 6. in prin.*
vers. nec enim ff. de off. proc. & leg. &

qua

qua ab ea fumpta eft, l. nemo poteft
71. ff. de reg. iur. hæc eiufdem Vl-
piani verba: Nemo poteft gladij po-
teftatem, fibi datam, vel cuius alte-
rius coercitionis ad alium transferre:
Fruftra enim dixiffet, vel cuius alte-
rius coercitionis, fi fub gladij poteſta-
te omnis omnino criminum coerci-
tio comprehenderetur. Quamob-
rem, licet præfes haberet ius gladij
l. illicitas 6. §. qui vniuerfas ff. de off.
præfid. non tamen habebat omnem
grauem coercitionem: nam neque
fecuri, neque telo, neque laqueo vi
tam adimere poterat, fed tantum
gladio l. aut damnum 8. §. 1. ff. de
pœn. nec poterat in infulam depor-
tare, fed tantum deportandum an-
notabat l. inter pœnas 6. §. 1. ff. de in-
terd. & releg. & dicemus infra nu-
mero 47. Denique ius gladij diftin-
guitur a iure damnādi in metallum
in d. l. illicitas 6. §. qui vniuerfas ff. de
off. præfid.
Hoc autem merum imperium
nulli, (quo tēpore magiftratus con-
ftituti funt) datum eft more maio-
rū, fed dari confueuit lege, vel S. C.
9 vel conftitutione principum, † vt
de lege conftat ex l. 1. §. qui manda-
tam verf. verius ff. de off. eius, l. 2. §.
exactis ff. de orig. iur. & fcribit Hoto.
lib. 3. obf. cap. 12. De S. C. conftat ex l.
1. in princ. verf. & fi a familia ff. de
off. eius, De conftitutione demum ex l.
aut damnum 8. §. præfecto ff. de pœn.
l. 1. §. a præfectis ff. de leg. 3. l. inter
pœnas 6. §. 1. ff. de Interd. & releg. &
de omnibus fimul fcribunt Ang. in l.
Imperium 3. numero 12. & ibi Caftr.
num. 7. ff. de Iurifd. Nam, & fi regi-
bus exactis confules duo conftituti
fint cum regio, & fummo imperio
10 † l. 2. §. exactis ff. de orig. iur. Vnde
Cic. lib. 3. de legibus; Regio imperio
duo funto, inquit, ijque præeundo, iu-
dicando, confulendo, prætores, iudi-
ces, confules appellantor: militiæ fum-
mum ius habento, nemini parento.
Ollis falus populi fuprema lex efto.
Non tamen id eis more tributum
11 eft, fed lege, † Quod, vel ex his Pō-
ponij verbis in dict. l. 2. §. exactis ff.
de orig. iur. intelligimus, Confules
conftituti funt duo, penes quos fum-
mum ius, vti effet, lege rogatum eft.
Itaque more creabantur, fed poftea
lege curiata, & plerumque die fe-
quenti nominatim eis merum im-
12 perium mandabatur, † vti dicemus
infra num. 59. Et primis quidem
temporibus fimplex, & abfolutum,
poftea verò conftrictum, & limita-
tum; quia, ne confules per omnia re
giam poteftatem fibi vindicarent,
lege lata factum eft, vt ab eis pro-
uocatio effet, nèue poffent iniuffu
populi in caput ciuis Romani ani-
13 maduertere † dict. l. 2. §. exactis, &
§. & quia, vt diximus ff. de orig. iur.
& fcribunt Feneftell. de magiftr. cap.
3. Carol. Sigo. lib. 2. de Iudic. cap. 4.
Cuiac. lib. 21. obf. cap. 30. Quod cō-
14 ftat lege Valeria factum effe, † vt
fcribunt Carol. Sigo. d. lib. 2. de Iudic.
cap. 4. Cuiac. ad l. 2. §. & quia, vt di-
ximus ff. de orig. iur. Muret. ad rub.
ff. de off. eius, Mox lege Sempronia,
quam C. Gracchus rogauit, repeti-
tum, vt ait Paul. Manut. de legib.
Rom. fo. 133. Idque ftante rep. per-
petuò feruatam eft, nifi, cum im-
minens periculum requirebat ma-
ioris poteftatis magiftratum, a quo
nec prouocandi ius effet, & cui etiā
capitis animaduerfio daretur: tunc
enim, vel dictator creabatur, penes
quem fumma poteftas per feme-
15 ftre tempus effet † dict. l. 2. §. populo
deinde aucto ff. de orig. iur. l. vn. ff. de
off. præf. prætor. Vnde Cic. lib. 3. de
legibus, Aft, quando duellum gra-
uius, difcordia ciuium efcunto, ne am-
plius fex menfes, fi Senatus creuerit,
idem iuris, quod duo confules, tenen-
to, ifq; aue finiftra dictus populi ma-
gifter

gister esto. Vel cõsulibus ipsis summum ius nominatim mandabatur S.C. quod his plerunq; verbis concipi solebat. DENT OPERAM CONSVLES NE QVID RESP. DETRI-
16 MENTI CAPIAT, † *vt scribunt Carol. Sigo. lib. 1. de antiq. iur. ciu. Rom. cap. vlt. & lib. 3. de antiq. iur. prou. cap. 10. Paul. Manu. de legibus Rom. fo. 209. Claud. Cant. lib. 1. De off. Iud. cap. 1. num. 7. Muret. ad rub.* ff. *de off. eius, Ant. Guib. cap. 21. quæst. iuris num. 55.* Vnde Cic. in Catil. *Ad mortem*, inquit, *te, Catilina, duci iussu consulis iam pridẽ oportebat, habemus enim S.C. in te, Catilina, vehemens, & graue: Non deest reip. consilium, neque authoritas huius ordinis, nos, nos, (dico apertè,) consules desumus. Decreuit quondã senatus, vt L. Opimius consul videret, ne quid resp. detrimenti caperet, Nox nulla intercessit; mox interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus clarissimo patre natus, auis, maioribus, Occisus est cum liberis M. Fuluius consularis. Simili S. C. C. Mario, L. Valerio Coss. permissa est resp. Num vnum diem postea L. Saturninum trib. plebis, & C. Seruilium prætorem pœna remorata est? At nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis: habemus enim eiusmodi S.C. Verũtamen in tabulis, tamquam in vagina reconditum, quo ex S.C. confestim interfectum te, Catilina, conuenit.* Et Sall. in Coniur. Catil. *Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet*, inquit, *senatus decreuit, vt darent operam consules, ne quid detrimenti resp. caperet. Ea potestas per senatum more Rom. magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere modis omnibus socios, atque ciues, domi, militiaque summum imperium, atq; iudicium summum habere. Aliter sine populi iussu nulli earum rerum consuli ius est.* Et Cæsar lib. 1. de bell. ciuil. *Decurritur ad illud extremũ, atque vltimum S. C. quò nisi penè in ipso vrbis incendio, atque in desperatione omnium salutis latorum audacia nunquam ante discessum est, Dẽt operam consules, prætores, tribuni plebis, quique consulares sunt ad vrbem, ne quid respublica detrimenti capiat.*

Hoc S.C. cessante non poterant Consules de capite ciuis Romani statuere, sed, cum quid admissum erat, quod pœnam capitalem mereri videretur, de eo referebatur, aut ad populum, aut ad senatum, &, vel lege, vel S.C. nominatim mandabatur quæstio consuli, vel præto-
17 ri, † *vt scribunt Carol. Sigo. lib. 3. de antiq. iur. prou. cap. 7. & cap. 10. Duar. lib. 1. disp. ann. cap. 53. Donell. lib. 17. comm. cap. 8. Brisso. lib. 2. de formul. fo. 248. Muret. ad rub.* ff. *de off. eius*. Quod significat Pomponius *in d. l. 2. §. & quia, vt diximus* ff. *de orig. iur. & ex eius sententia referunt Fenest. de magistr. cap. 3. & Pard. Prat. in sua Iurisp. vet. cap. 76. ad leges 12. tab.* dum ait. *& quia, vt diximus, de capite ciuis Romani iniussu populi non erat lege permissum consulibus ius dicere, propterea quæstores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus præessent, hique appellabantur quæstores paricidij, quorum etiam meminit lex 12. tab.* Hi re quæsita denuo referebant ad populum, Tum populus in comitijs de
18 capite ciuis iudicabat, † *vt scribunt Paul. Manu. de legib. Rom. fo. 164. & 229. & Muret. ad dict. rub.* ff. *de off. eius*; De cœteris verò criminibus, quæ capitalia non erant, poterant quidem consules iniussu populi ius dicere, sed ab eorum sententijs dabatur prouocatio ad populum, cu-

ius postea iudicio definiebatur,
vtrum iustè fuisset ab ijs indicta
pœna.

Hinc intelligimus, cur iudicia,
in quibus grauia crimina vertun-
tur, publica nuncupata sint: Hoc
enim ideo factum est, quia de ijs
iudicabat populus. Itaque dicta
sunt iudicia publica, quasi populi-
19 ca, † *vt eleganter docuerunt De-
cian. in tracta. crimin. lib. 5. cap. 3.
numero 2. vers. ideo autem, & nu-
mero 6. vers. sed & iudicia, & Duar.
lib. 1. disput. annin. cap. 37. Baldui.
ad tit. Instit. de public. iud. in præ-
fat. numero 14. Anton. Gou. ad l. Im-
perium 3. numero 27. ff. de Iurisd. &
lib. 1. varia. lectio. cap. 27. & Donell.
lib. 17. commen. cap. 8.* scilicet, quia
publica dicũtur ea, quę populi Ro-
mani sunt *l. bona ciuitatis 15. ff. de
verb. sign.*

Et sanè delictorum duplex ha-
bita fuit ratio: nam quædam sunt,
quæ non perturbant statũ, & tran-
quillitatem totius Reip. sed ad pri-
uatorum tantum iniuriam, & dam-
num referuntur, vt furtum, rapi-
pina, damnum, iniuria; Et hæc
primis temporibus non criminali-
ter, sed ciuiliter tantũ vindicaban-
20 tur, † vt indicat illa dictio, Nunc,
*in l. vlt. ff. de furt. & l. vlt. ff. de
Iniur.* Nam pro ijs erant proposi-
tæ actiones, & formulæ solemnes,
quibus is, cui nocitum erat, vel
rem, vel pœnam, vel vtrumq; per-
sequebatur apud iudices priua-
tos, quod dabat prætor exemplo
aliarum cõtrouersiarum ciuilium.
Quamobrem vocata sunt delicta
priuata, non solum, quia damnum
continent priuatum, & priuata est
eorũ persecutio, quippe quæ ei soli
datur, qui damnum passus est, sed
etiam, quia vindicabantur olim
iudicio priuato, idest cognitione,
& sententia iudicum datorum, qui
non erant magistratus, sed priua-
21 ti, † *vt diximus in primo cap. quæst.
quarta numero primo.* Quædam
verò sunt crimina, quæ non tam
priuatos, quam totam Remp. of-
fendunt, vt sunt delicta quædam
atrociora, quæ statum, & tranquil-
litatem totius ciuitatis perturbant,
veluti perduellionatus, homici-
dium, adulterium, stuprum, & id
22 genus alia † *l. Manichæos 4. in prin.
C. de hæret. & Manich. l. raptores
42. in princ. C. de Episc. & Cler.*
Et hæc olim vindicabantur iudi-
cio publico; Quamobrem, & pu-
blica iudicia nuncupata sunt *l. 1.
ff. de publ. Iudic.* scilicet, quia,
cum ad publicam iniuriam trahe-
rentur, debuerunt quoque per cõ-
sequentias publica accusatione, &
publico iudicio vindicari. Qua
ratione factum est, vt eorum ac-
cusatio cuilibet e populo fuerit
23 permissa † *l. quamuis 30. in princ.
C. ad l. Iul. maiest. §. 1. Inst. de pu-
bl. Iudic.* & eorum coercitio to-
24 tius populi iudicio fieret, † *vt di-
ximus supra numero 19.* Vnde Ci-
cero in prætura vrbana; *Atque in
ijs rebus*, inquit, *multa videmus
ita sancta esse legibus, vt antè fa-
cta in iudicium non vocentur, vt
Cornelia testamentaria, numaria,
cæteraque complures, in quibus
non ius aliquod nouum populo con-
stituitur, sed sancitur, vt, quod
semper malum facinus fuerit, eius
quæstio ad populum pertineat ex cer-
to tempore*; Et Gellius libro quar-
to cap. decimoquarto. *A. Hosti-
lius Mancinus AEdilis curulis fuit*,
inquit, *is Manulia meretrici diem
ad populum dixit, quod de ambula-
cro eius noctu lapide ictus esset, vul-
nusque ex eo lapide ostendebat. Ma-
nulia ad Tribunos plebis prouocauit;*

Apud eos dixit, comessatorem Mancinum ad ades suas venisse, eum sibi recipere visum non fuisse in ade sua; sed, cum vi irrumperet, lapidibus depulsum. Tribuni decreuerunt AEdilem ex eo loco iure deiectum, quo eum venire cum coronario non decuisset; propterea, ne cum populo AEdilis ageret, intercesserunt.

Sed postea desijt populus de
quibusdam publicis criminibus iu
dicare: Nam latis publicorum iu-
diciorum legibus, vt Cornelia,
quam de sicarijs, & falso rogauit
Sylla *l. 2. §. deinde Cornelius* ff. *de
orig. iur.* Pompeia, quam de par-
ricidijs Pompeius tulit, Iulia, quã
de adulterijs, & stupro, de ambi-
tu, de repetundis, de vi, cum pu-
blica, tum priuata, de residuis ro-
gauit Augustus, data est publico-
rum iudiciorum exercitio specia-
liter, & in perpetuum quibusdam
magistratibus, idest prætoribus,
25 quibus ea obtigisset † *l. 1. in princ.
versic. & ideo, & versic. huius* ff. *de
offic. eius, & scribunt Carol. Sigo.
lib. 2. De Antiq. iur. prou. cap quinto, & lib. 2. de Iudic. cap. quarto, Io.
Gillo. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap.
24. Duar. lib. 1. disp. annin. cap. 13.
Coras. ad l. 1. in princ. num. 1. & 3.
& ibi Egu. Bar. & Cuiac. in 1. lib.
quæst. Papin.* ff. *de off. eius, Egu. Bar.
lib. 1. varia. quæst. fo. 23. & 27.
Cuiac. ad l. vbicunque 106.* ff. *de reg.
iur. in 1. lib. Paul. ad Edict.* quia
cum post eas leges auctus esset
prætorum numerus, ita, vt Pom-
ponij tempore decem, & octo prę-
tores, in ciuitate iusdicerent *dict.
l. 2. §. deinde Cornelius* ff. *de orig.
iur.* eorum omnium nomina conij-
ciebantur in vrnam, & sorte ob-
ueniebat, vt alius vrbanus præ-
tor esset, alius peregrinus, alius
de fideicommissis iusdiceret, alius
de adulterijs quæreret, de sicarijs
alius, & alius de alio publico cri-
26 mine, † *vt in specie declarant Carol. Sigo. lib. 3. de Antiq. iur. prou.
cap. septimo, & cap. decimo, & lib.
2. de Iudic. cap. 4. Paul. Manut.
de legibus Roman. fo. 171. Duar.
dict. lib. 1. disput. annin. cap. 53.
Egu. Baro. dict. lib. 1. varia. quæst.
fo. 20. & 35. & ad l. vlt.* ff. *de off.
eius, Cuiac. lib. 15. obser. cap. 39.
Muret. ad rub.* ff. *de offic. eius, &
nos diximus etiam in secundo cap.
quæst. 1. numero 19.* Vnde Cice-
ro in proœmio primæ actionis in
Verrem; *Ecce autem illis ipsis diebus*, inquit, *cum prætores designati sortirentur, & M. Metello obtigisset, vt is de pecunijs repetundis
quæreret.* Et Tacitus libro primo,
*Mox celebratio annuum ad prætorem translata, cui inter ciues, &
peregrinos iurisdictio euenisset.* Ad
quem ritum sine dubio respexit
Papinianus *in dict. l. 1. in princ.
versic. huius* ff. *de offic. eius*, dum
27 ait † lege Iulia de vi nominatim
cautum esse, *vt is, cui obtigerit publici iudicij exercitio, possit eam, si proficiscatur, mandare.* Obtingebat enim, idest, ca-
su obueniebat publici iudicij exer-
citio.

Dicebantur autem hi prætores
28 Quæstores, siue Quæsitores, †
*vt scribunt Carol. Sigo. lib. secundo De Iudic. cap. quarto, Coras. ad
rub.* ff. *de Iurisd. numero quinto,
Muret. ad dict. rub.* ff. *de off. eius*,
vt, & ij, quos ante publicorum iu-
diciorum leges populus constitue-
bat, vt capitalibus rebus præes-
sent, dicebantur Quæstores pa-
29 ricidij † *l. 2. §. & quia, vt diximus*
ff. *de orig. iur. & scribunt Fenest.
de magistr. cap. 3. Carol. Sigo. lib. 2.*

de

de Indic. cap. quarto Pard. Prat. in sua Iurisprud. veter. cap. 76. ad leg. 12. tab. scilicet, quia quærebant crimina. Vnde Seneca, de morte Claudij, *Ducit illum*, inquit, *ante tribunal AEaci: Is lege Cornelia, quæ de sicarijs lata est, quærebat.* Quamobrem ipsamet iudicia quæ-
30 stiones vocabantur † *dict. l. 2. §. deinde Cornelius ff. de orig. Iur. l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de sica. Carol. Sigo. libro 3. de Antiq. iur. prou. cap. 7.*

Eisdem legibus data est publici iudicij exercitio quibusdam priuatis, qui simul cum ipsomet prætore, siue quæstore cognoscebant, quosque iudices quæstionum appellabãt
31 † *dict. l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de sicar. & scribunt Paul. Manu. de legib Rom. fo. 218. & 220. Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de off. eius, in primũ lib. quæst. Papin. & dict. lib. 15. obser. cap. 39. & lib. 21. cap. 30.* Horum pariter nomina conijciebantur in vrnam, vt eorum sortitio, & in reiectorum lo-
32 cum subsortitio fieret, † *vt scribunt Buda. in annot. ad l. vlt. ff. de Senato. Paul. Manu. de legib. Roman. fo. 199. Tiraq. de Iure primogen. quæst. 17. numero 54. Egu. Bar. dict. lib. 1. varia. quæst. fo. 35. Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. quæst. Papin. Brisso. lib. 2. select. antiq. cap. 1. (licet Camill. Plaut. ad rub. ff. de off. eius. lib. 1. cap. 53. numero 3. Men. lib. 1. de arbitra. quæst. 2. numero 4. & de præsumpt. lib. 6. præsump. 30. numero 9. & alij perperam id censeant in causis ciuilibus fieri consueuisse)* Vnde Cic. pro Cluentio, *Iubet lex*, inquit, *Q. Voconium, eosque, qui illi iudices obuenerunt, quærere de veneno.* Et Virg. ad id respiciens lib. 6. AEneid.

Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes:
Quæsitor Minos vrnam mouet.

Et Proper. lib. 4.

Aut, si quis posita iudex sedet AEacus vrna
In mea sortita iudicet ossa pila.

Iuuen. Saty. 14.

" Improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam

Sen. in Hercu. furent. Act. 3.

Non vnus alta sedet quæsitori sedens
Iudicia trepidis sera sortitur reis.

Et in Agamemn. Act. 1.

Reputemus omnes, quos ob infandas manus.
Quæsitor vrna Gnosius versat reos.

Et Claud. lib. 2. de rapt. Proserp.

Vrna nec incertas versat Minoïa sedes.

Et ita fieri publicorum iudiciorum ordo postulabat.

Sed posterioribus temporibus
33 desijt is ordo esse in vsu † *l. ordo 8. ff. de publ. indic.* Nam cœperunt magistratus cognoscere de crimini-
34 bus extra ordinem † *l. 1. §. generaliter ff. de pœn. l. lege Iulia. 4. §. 1. ff. ad l. Iul. pecu. l. Diuus 3. ff. de crim. expil. hæred. l. vlt. ff. de priua. delict. l. vlt. ff. de furt. l. vlt. ff. de Iniur. l. 1. ff. de furib. baln. & scribunt Brisso. libro 1. select. antiq. cap. 3. & lib. 2. cap. 1. Vand. lib. 1. quæst. iur. cap. 22. numero 15.* scilicet, quia non publicas, vt antea, quæstiones sortiri, sed eas sine sorte, quasi principũ constitutionibus sibi nominatim tributas, vindicare consueuerunt, vt Romæ præfectus vrbi ex Epistola Diui Seueri ad Fabium
35 Chilonem missa † *l. 1. in princ. & §. initio ff. de off. præf. vrb. & scribunt Fenest. de magistr. cap. 6. Pomp. Lætus de magistratibus cap. de præfecto vrbis, Vaco. a Vacu. libro 6. declarat. iur. ciu. decl. 79. numero 8. Muret. ad rub. ff. de off. eius, Anton.*

Fab. libro 4. Coniect. cap. 8. Vand.
libro 1. quaest. iur. cap. 10. numero
51. quippe, quæ tribuit ei merum
36 imperium, † *vt scribunt Bart. in l.*
Imperium 3. numero 7. & ibi Cae-
cial. numero 14. Purp. numero 138.
Cagn. numero 169. Petr. Calef. nu-
mero 116. Longoual. numero 94. ff.
de Iurisd. Donell. libro 17. commen.
cap. 8. Muret. in dict. rub. ff. de off.
eius. puta ius damnandi in metal-
lum *l. aut damnum 8. §. a praefecto*
ff. de pœn. Ius deportandi *l. 1. §. a*
praefectis ff. de leg. 3. l. 2. §. 1. ff. de
pœn. l. inter pœnas 6. §. 1. ff. de In-
terd. & releg. Ius relegandi *dict.*
l. 1. §. relegandi ff. de off. praef. vrb.
& attociter verberandi *dict. l. 1. §.*
cum patronum ff. eodem. Quamo-
brem dicitur præfectus de crimini-
37 bus cognoſcere extra ordinem †
dict. l. 1. §. generaliter ff. de pœn. l.
Diuus 3. ff. de crim. exp. hared. &
scribit Anton. Fab. dict. libro 4. Con-
iect. cap. octauo. Nec alia ratione
criminale indicium diſtinguitur a
38 iure ordinario † *in dict. l. Diuus 3.*
ff. de crim. expil. hared. l. vlt. ff. de
priua. delict. quam, quia cauſæ cri-
minales deciduntur a præfecto vr-
39 bi non ſeruato legum ordine, † *vt*
scribit Vand. lib. 1. quaest. iur. cap. 22.
numero 15. cum alioquin cauſæ ci-
uiles (inſpecto iure Digeſtorum)
terminentur a prætore per iudicis,
& formulæ dationem, ex qua ſo-
lent ordinaria iudicia æſtimari, *vt*
diximus in 3. cap. quaest. 2. nume-
ro 3.

Sunt planè quædam crimina,
quorum cognitio non ſpectat ad
præfectum vrbi, ſed ad alios vrba-
nos magiſtratus, vt cognitio de do-
mino a familia occiſo, quæ S. C.
Syllaniano fuit nominatim tributa
40 prætori vrbano † *l. 1. in prin. versic.*
& si a familia ff. de off. eius, & ibi
Ang. numero 1. Coraſ. numero 3. Egu.
Bar. & Cuiac. in 1. librũ quaest. Papin.
Nico. Bello. libro 3. Supput. cap. 11.
numero 1. Egu. Bar. libro 1. varia.
quaest. fo. 23. Cuiac. ad l. vbicunque
106. ff. de reg. iur. Et cognitio de
incendiarijs, effractoribus, furibus,
raptoribus, & receptatoribus, quæ
conſtitutione Diui Auguſti nomi-
natim tributa fuit præfecto vigilum
41 † *l. 3. §. cognoscit ff. de offic. praef.*
vigil. & scribunt Paul. Orsa. in dict.
l. 1. in princ. numero 4. ff. de off. eius,
Vaco. a Vacu. dict. lib. 6. declar. 79.
numero 8. Niſi tam atrox, tamque
famoſa ſit perſona, vt ad præfe-
ctum vrbi remitti debeat *dict. l. 3.*
§. cognoscit.

In prouincijs verò de crimini-
bus extra ordinem cognoſcere cœ-
42 perunt præſides † *l. 1. §. generali-*
ter ff. de pœn. l. lege Iulia 4. §. 1. ff.
ad l. Iul. pecul. dict. l. Diuus 3. ff. de
crim. expil. hared. quippe, quibus
huiuſmodi cognitiones principum
conſtitutionibus ſpecialiter tributæ
43 ſunt † *dict. l. lege Iulia 4. §. 1. ff. ad*
l. Iul. pecul. & scribit Carol. Sigo. li-
bro 3. de antiq. iur. prou. cap. 7. Adeo,
vt prætor eos nemo poſſit in pro-
uincia talem cognitionem ſibi vin-
44 dicare, † *vt scribunt Anton. Gou. lib.*
1. varia. lect. cap. 46. Cuiac. ad l.
vestis 127. ff. de verb. signif. quia,
non, vt in vrbe, ita, & in prouin-
cijs diſtincta ſunt officia, ſed vnus,
idemque præſes, & præfecti, & præ-
toris, & omnium magiſtratuum, qui
in vrbe poteſtatem aliquam exer-
45 cent, partibus, & officio fungitur †
l. si in aliquam 7. §. fin. ff. de off. proc.
& leg. l. de omnibus 10. cum l. seq. ff.
de off. praesid.

Hinc etiam pręſides dicuntur ha-
46 bere merum imperium, † *vt scribũt*
gl. in l. Imperium 3. in verb. potesta-
tem, & ibi Bart. numero 7. Caccial.
nu-

numero 14. Dec. numero 32. in fin.
Purp. numero 124. Cagno. numero
160. Alcia. numero 98. Valas. nu-
mero 69. Petr. Calas. numero 114.
Longouall. numero 96. ff. de Iurisd.
gl. in l. ab executore 4. in verb. præ-
ses pronuncia ff. de appell. Bart. in
dict. l. 1. in princ. ante numerũ 1.
& ibi Paul. Oria. numero 84. Alcia.
numero 25. (licet prius numero 24.
contrarium disputando censuerit)
& Cuiac. in 1. lib. quæst. Pap. ff. de off.
eius, Bart. in l. muto 6. §. tutoris datio
num. 1. ff. de tut. Coras. lib. 5. Miscell.
cap. 24. numero 1. Cuiac. ad d. l. vestis
127. ff. de verb. signif. Petr. Fab. ad l.
nemo potest 71. ff. de reg. iur. Muret.
ad rub. ff. de off. eius, Donell. lib. 17.
comm. cap. 8. Habent enim ius gla-
dij l. illicitas 6. §. qui vniuersas ff. de
off. præsid. Ius damnandi in metal-
lum dict. §. qui vniuersas; Ius rele-
gandi l. relegatorum 7. §. 1. ff. de In-
terd. & releg. Sed non ius deportan-
47 di † l. inter pœnas 6. §. 1. ff. de Inter.
& releg. l. 2. §. 1. ff. de pœn. & scribunt
Paul. Oria. in d. l. 1. in princ. num. 84.
& ibi Alcia. num. 24. ff. de off. eius,
Cagn. in d. l. Imperium 3. num. 161. &
272. & ibi Caccial. num. 23. Alcia.
num. 22. Petr. Calas. nu. 47. ff. de Iu-
risd. Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71.
ff. de reg. iur. Nam; quoties aliquem
in insulam deportandum censent,
hoc ipsum annotare debent, & scri-
48 bere Imperatori, vt deportet † dict.
l. Inter pœnas 6. §. 1. ff. de Interd. &
releg. l. 1. §. deportatos ff. de leg. 3. l. si
quis filio 6. §. eorum ff. de Iniust. rupt.
l. 1. in prin. ff. quando appell. sit.

Nec est, quod aliquis causetur,
hoc esse intelligendum, si præses nõ
habeat insulam, alias nihil esse im-
pedimento, quo minus & ipse de-
49 portare possit, † vt censuerunt gl. in
dict. l. illicitas 6. §. qui vniuersas, in
verb. in metallum ff. de offic. præsid.
Bart. in dict. l. relegatorum 7. in prin.
numero 1. & 2. in fin. ff. de Interd.
& releg. & in l. 1. §. 9, quibus nu-
mero 1. ff. de leg. 3. Alcia. in dict. l.
Imperium 3. num. 131. & ibi Purp.
numero 129. ff. de Iurisd. Hoto. lib.
3. obser. cap. 12. quia, si vitam, si li-
bertatem adimere potest, cur non,
& multo magis ciuitatem? quia ve-
rius est, cum indistinctè deportare
50 non posse, † vt reprobando supradi-
ctam opinionem rectè censuerunt Va-
las. in dict. l. Imperium, num. 171.
vers. Ex his, & ibi Cagn. num. 272.
Alcia. sibi contrarius num. 22. Petr.
Calas. num. 174. ff. de Iurisd. Alcia.
in dict. l. 1. in princ. num. 24. ff. de off.
eius; Namque Primo, si ius habe-
ret deportandi, & solus ei defectus
insulæ ad deportandum obesset, nõ
deberet scribere Imperatori, vt de-
portet, sed, vt insulam assignet, vt
seruatur in præfecto vrbi, qui quo-
niam ex Epistola Diui Seueri ius
habet deportandi, ideo deportat,
sed, quia non habet insulas suæ iu-
risdictioni suppositas, ideo scribit
Imperatori, non, vt deportet (nam
reus iam deportatus est) sed, vt in-
51 sulam assignet † l. 1. §. relegandi ff. de
off. præf. vrb. Et simili modo præ-
ses, qui ius habet relegandi, si qui-
dem habeat insulam, relegat, & in-
sulam assignat, si verò non habeat,
relegat primùm, deinde scribit Im-
peratori, non, vt non releget, sed, vt
52 insulam assignet † dict. l. relegatorũ
7. §. 1. ff. de Interd. & releg. Cum
igitur scribat Imperatori nõ, vt in-
sulam assignet, sed, vt deportet, vti
constat ex locis allegatis supra nume-
ro 48. intelligimus, cum non habe-
re ius deportandi. Secundo, si ius
haberet deportandi, sola eius sen-
tentia vim deportationis haberet,
& operaretur, vt reus tamquam
deportatus censeretur statim ami-
sisse ciuitatem, nec ius eius in su-
spenso maneret ob id, quod insu-

la, quam non habet præſes, non-
dum eſſet ab Imperatore aſſigna-
53 ta, vt ſeruatur in præfecto vrbi †
dict. l. 2. §. 1. ff. de pœn. Atqui ſo-
la prȩſidis ſententia non habet vim
deportationis, nec operatur, vt
reus cenſeatur deportatus, & ami-
ſiſſe ciuitatem, prius, quam fuerit
54 a principe deportatus † *dict. l. 1. §.
deportatos ff. de leg. 3. dict. l. 2. §. 1. ff.
de pœn.* Non habet igitur præſes ius
deportandi.

Nec obſtat, quod vitam, & ci-
uitatem adimere poſſit, quia re-
ſpondeo, in ijs, quæ nominatim
tribuuntur, vt ſunt cauſæ meri im-
perij, non valere argumentum a
55 maiori ad minus, † *vt ſcribit Al-
cia. in dict. l. Imperium, numero* 21.
*& ibi ſentit Cagn. numero 228. in
fin. Idem ſcribunt Cuiac. ad dict. l.*
1. *ff. de off. eius, in 1. lib. quaſt. Pa-
pin. Petr. Fab. in dict. l. nemo poteſt*
71. *ff. de reg. iur. Et rectè, quic-
quid cenſuerit Hoto. lib. 3. obſer. cap.
12.* Eatenus enim cenſetur quis
habere pœnæ irrogandæ poteſta-
tem, quatenus verbis legis, aut
conſtitutionis comprehenſum eſt;
Itaque prȩſides, qui ius habent gla-
dij, gladio vitam adimere debent,
non ſecuri, vel telo, vel fuſti, vel
56 laqueo, vel veneno † *l. aut dam-
num 8. §. 1. ff. de pœn. & in his ter-
minis conſiderant Cuiac. in dict. l. 1.
ff. de off. eius, in primũ lib. quaſt. Pa-
pin. & Pet. Fab. in dict. l. nemo poteſt
71. ff. de reg. iur.* Et, licet habeant
ius damnandi in metallum, non ta-
men ob id rectè ſibi vindicabunt
ius deportandi, quod illo iure mi-
nus eſt, *vti ſupra oſtendimus*, Imo
57 nec ius confiſcandi bona † *l. vn. C.
ne ſine iuſſ. princip. qua de praſidi-
bus eſt accipienda, vti conſtat ex C.
Theod. & in ſpecie ſcribunt Cuiac. &
Petr. Fab. in allegatis locis, Et rectè,
quicquid cenſetur Hoto. d. lib. 3. obſer.
cap. 12.* Nam, & ſimili ratione con-
ſul habet ius gladij, ius relegandi
non habet, *vt ibid. Cuiac. animad-
uertit.*

Ex his intelligimus, merum im-
perium, & quæ meri imperij ſunt,
non competere iure magiſtratus,
ſed tribui ſpecialiter lege, vel S. C.
58 vel conſtitutione principis † *l. 1. in
princ. & §. qui mandatã verſ. verius
ff. de off. eius, l. aut damnum* 8. *§. a
præfecto ff. de pœn. l. 1. §. a præfe-
ctis ff. de leg. 3. l. inter pœnas 6. §. 1. ff.
de Interd. & releg. l. 2. §. exactis ff. de
orig. iur. & ſcribunt gl. in dict. l. 1. in
princ. in verb. quacunque, & in verb.
tribuuntur, & ibi Bart. in princ. &
num. 2. Caſtr. nu. 1. 4. & 6. Alex. nu. 1.
& 3. Coraſ. nu. 3. Cuiac. in 1. lib. quaſt.
Pap. & Muret. ff. de off. eius, gl. in d. l.
1. §. qui mandatam, in verb. transfire,
& ibi Ang. num. 1. Caſtr. num. 2. Iaſ.
num. 2. ff. eod. Ang in d. l. Imperium 3.
num. 2. & ibi Alcia. num. 21. & 98.
Longou. num. 150. ff. de Iuriſd. Petr.
Calaſ. in l. 1. num. 73. ff. de Iudic. Io.
Gillo. lib. 1. de Iuriſd. & Imp. cap. 4.
numero 3. Duar. ad tit. ff. de Iuriſd.
cap. 3. & 7. Egu. Baro. d. lib. 1. varia.
quaſt. fo. 27. Cuiac. ad l. cũ prator 12.
ff. de Iudic ad l. veſtis 127. ff. de verb.
ſign. & lib. 21. obſ. cap. 30. Petr. Fab.
ad d. l. nemo poteſt 71. ff. de reg. iur.
Muret. ad rub. ff. de off. eius, Donel.
dict. lib. 17. commen. cap.* 8. Lege, ve-
luti Curiata, qua cõſulibus aut pro-
conſulibus in prouinciam profectu-
ris nominatim imperium manda-
59 batur, † *vt ſcribunt Carol. Sigo lib. 2.
De ant. iur. prou. cap. 1. Paul. Manu.
de legib. Rom. fo. 90. Muret. ad d. rub.
ff. de off. eius, & ad l. 1. In princ. ff.
eod.* vel lege Iulia, Cornelia, Pompe
ia, cœteriſq; ſimilibus, quibus publi
corũ iudiciorũ exercitio prætoribus,
& iudicibus quæſtionũ ſpecialiter de-
60 legata fuit † *d. l. 1. in prin. verſ. & ideo
ff. de off. eius, & in ſpecie declarãt ibi*
gl.

gl.in verb.lege, *& Aug. num.1.Vac.*
a Vacu. dict.lib. 6. decl.79. num. 7.
Senatus verò conſulto, vt eo, quo
ſenatus in periculoſis Reip. tempo-
ribus dabat conſulibus ſummam
poteſtatem illis verbis, DENT
OPERAM CONSVLES
NE QVID RESP. DE-
TRIMENTI CAPIAT,
vt diximus ſupra num.6. vel eo, quo
ſenatus mandabat procõſulibus im
61 perium prouinciale, † *vt ſcribit Mu-*
ret.ad d.rub.ff.de off.eius, & ad dict.
l.1. in princ. ff. eod. vel S.C. Sylla-
niano, quo cognitio domini a fa-
milia occiſi nominatim fuit tributa
prætori vrbano *dict.l.1.in prin. verſ.*
Et ſi a familia ff. eod. & diximus ſu-
pra num.40. Principis demum cõ-
ſtitutione, veluti Epiſtola Diui Se-
ueri, qua ſpecialiter vrbi præfecto
datum eſt ius relegandi, deportan-
62 di, & in metallum damnandi, † *l.*
aut damnum 8. §.præfecto ff. de pæn.
& ſcribunt Coraſ. ad d. l.1. in princ.
num.2.ff.de off.eius, Egu.Bar.ad l.co-
gnitio 4.in prin.ff.eod.& nos diximus
ſupra num. 36. Nam hæc haud du-
biè vim conſtitutionis habet *l.1. ff.*
de conſt.princ. §. ſed & quod princi-
pi Inſt. de Iur. nat. Et ſanè merum
imperium non competere iure ma-
giſtratus ex multis intelligimus, &

Primo ex eo, quia iure magiſtra-
tus competere dicuntur ea, quæ mo
re cõpetunt, *vt oſtendimus in quæſt.*
præced.nu. 14. & fuerunt illi officio
tributa, quo primum tempore con-
ſtitutum eſt, *vt ibi diximus num. 19.*
Sed merum imperium non compe-
tit more, ſed datur lege, vel S.C. vel
cõſtitutione, *vt dictum eſt*; Nec fuit
magiſtratibus tributum, quo tem-
63 pore conſtituti ſunt, ſed poſtea, † *vt*
ſcribit Duar.lib.1.diſp.ann.cap.53.
& ex ijs, quæ ſupra diximus facile eſt
intelligere. Non competit igitur iu-
re magiſtratus.

Secundo, quia, ſi cõpeteret iure
magiſtratus, id haberent cõſules, &
prætores ob id, quod magiſtratus
ſunt, *vt diximus in ead.q.præced.nu.*
64 *25.* Atqui ob id nõ habent, † *vt ſcri*
bũt Alcia.in d.l.Imperium nu.23, &
Petr.Fab.in d.l.nemo poteſt 71. ff.de
reg. iur. quia conſules in comitijs
creati magiſtratus erant, & tamẽ nõ
habebant merum imperium, niſi po
ſtea, quam eis nominatim datũ erat
lege Curiata, *vt in his terminis conſi*
derat Muret.in d.l.1.in prin.ff.de off.
eius; Nec habebant publici iudicij
exercitionẽ, niſi poſtea, quam lege,
vel S. C. fuerant quæſtores conſti-
65 tuti, † *d.l.2. §. & quia, vt diximus ff.*
de orig.iur.& ſcribunt Feneſt.de ma-
giſtr.cap.3.Caro.Sigo.lib.3.de antiq.
iur.prou.cap.7.& conſtat ex ijs, quæ
diximus ſupra nu. 7. Et prætor vr-
banus haud dubiè magiſtratus eſt,
& quidẽ maior, *l.2. ff. de In ius voc.*
Et tamen non habet merum impe-
66 riũ, † *vt rectè ſcripſerunt Paul.Oria.*
in d.l.1.in princ.nu.76.& ibi Iac.de
Nigr.(licet non firmet) num.81.&
Cuiac.in 1.lib.q.Pap.ff.de off.eius, Co
raſ.ad l.1.nu.12. ff. de Iuriſd.Duar.
ad tit.ff.de Iuriſd.c.5. Cuiac. ad l.1.
& ad l.ſi quis id quod 7. ff. eo. Ant.Fab.
lib 4.coniect.cap.8. & nouiſſimè ex-
cellẽtiſſimus D. Philippus Maſſinius
inter primarios huiuſce temporũ pro-
feſſores nulli ſecundus in rub.C. qui
adm. num. 282. Nec poteſt de cri-
minibus cognoſcere, *vt ait Paul.*
Manu.de legib.Rom.fo.172.& 221.
(niſi in caſu domini a familia occi-
ſi, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra*
numero 40.) ſed ad præfectum vr-
67 bi remittit † *l.1. §. ſolent ff. de offic.*
præf.vrb. l. 1. §. vlt. l.2. ff. de ſuſp.
tuto. l. niſi 4. C.de admin. tuto. Vn-
de Cic. Verr. 2. *Lex eſt*, inquit, *pœ-*
na eſt; *Quid ad eum, qui ius di-*
cit? Non competit igitur iure ma-
giſtratus.

H 4 Nec

Nec est contrarium, quod prætor
68 dicatur habere imperium † *in d.l.2. ff.de In ius voc.l.sed, & si per prætorē 26.§.hac clausula ff. ex quib. caus. maio.tit.Inst. de perp. & temp.act.in princ.l.pen. ff. de Iust.& iur.l.& si prætor 3.ff. de off. eius,* Qua ratione *Alex.in d.l.1.in prin.num.13.& 23. & ibi Dec.num.37.Cagn.num.68. ff. de off. eius, Caccial.in d.l.Imperium, 3.num.14.& 15.& ibi Valas.num. 108.in fin.& 110. Longon. num.95. ff.de Iurisd.Cato Papien.in rub. ff. de senat.num.10.Vand.lib.1.quæst.iur. cap.10.num.28.& 30.& alij* pleri-
69 que moti † censuerunt eum habere imperium merum, quia respondeo non esse id de mero, sed de mixto
70 accipiendum, † *vt rectè docuit Egu. Baro dict.lib.1.varia.quæst.fo.35.* Nam imperium simpliciter cum dicimus, frequentius mixtū non me-
71 rum intelligimus, † vt cū dicimus, Iudices dari propter vim imperij *l. cum prætor 12.§.Item hi ff.de Iudic.* Tutoris dationem, neque esse imperij, neque iurisdictionis *l. muto 6.§. tutoris datio ff.de tut.* Iubere caueri prætoria stipulatione, in possessionē mittere, & id genus alia magis esse imperij, quam iurisdictionis *l.iubere caueri 4.ff. de Iurisd.l.ea quæ 26. ff.ad municip.* Pecuniā exigi ab eo, qui imperio vtitur *l. sacrilegi 9.§. vlt.aliàs l.cum eo.10.ff.ad l.Iul.pecu.* Prætorem iusdicere salua maiestate imperij sui *l.pen. ff. de Iust.& iur.* vel nō agere pro suo imperio, quoties mandatam iurisdictionem exequitur *l.& si prætor 3.ff.de off.eius,* Nam in his omnibus casibus, & cœteris similibus, imperij verbo mixtum non merum intelligimus.

Minus obstat, quod publicæ quęstiones apud prætores agerentur †
72 *l.2.§.Deinde Cornelius ff. de orig.iur. l.libellorum 3.ff.de accusat.* quia non est hoc accipiendum de prætoribus vrbanis, de quibus loquimur, sed de ijs prætoribus, quibus obtigerat publici iudicij exercitio, quique quæstores, siue quæsitores vocabantur, *vti diximus supra num.25. & seqq.*

Tertio, si merum imperium, seu meri imperij causę competerent iure magistratus, solis competerent magistratibus. Atqui competunt etiam priuatis, si nominatim eis ta-
73 le ius datum sit, † vt de mero imperio *scribunt Paul.Oria.in dict.l.1.in princ.num.45.in fin.& ibi Cuiac.in 1.lib.quæst.Papin.ff.de off.eius, Cuiac.ad l.cum prætor 12.ff.de Iudic.& lib.21.obser.cap.30.Petr.Fab.in d.l. nemo potest 71.ff de reg.iur.* & constat ex Vlpiano *in l.aliud 131.§.vlt. ff.de verb.sign.* dum *Magistratus solos,* inquit, *& præsides prouinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est, Pœnam autem vnusquisque irrogare potest, cui huius criminis, siue delicti executio competit:* Signi-
74 ficat enim † multæ dictionem, quæ est mixti imperij, & competit iure magistratus, solos habere magistratus, & eos, qui pro magistratu sunt, vt præsides prouinciarum: Pœnæ verò irrogationem, quæ est imperij meri, & specialiter tribuitur, nō habere solos magistratus, sed omnes, quibus specialiter data est, & sic etiā priuatos, *vt eleganter explicant Cuiac.ad dict.l.1.ff.de off.eius,in 1.lib. quæst.Papin. Petr.Fab.in dict.l.nemo potest 71.ff.de reg.iur.* De publici ve-
75 rò Iudicij exercitione † *scribit idem Cuiac.lib.15.obs.cap.39.& lib.21. cap.30.& ad d.l.1.ff.de off.eius,in 1. lib.quæst.Papin.* & constat ex eo, quia publicorum iudiciorum legibus data fuerat exercitio iudicibus quæstionum, qui non erant magistratus, sed priuati, *vt diximus supra num.31.* Quamobrem a magistratibus distinguuntur *in l.e.§.1.ff.ad l. Corn.*

Corn. de sicar. Non cõpetunt igitur
iure magistratus.
Quarto demum, si merum impe-
rium competeret iure magistratus,
vel esset imperij, vel iurisdictionis
l. muto 6. §. tutoris datio ff. de tutel. &
dicemus in hoc cap. quæst. 3. num. 23.
Atqui neque imperij est (simplici-
ter loquendo) neque iurisdictio-
76 nis, † *vt scribit Duar. ad tit. ff. de Iu-*
risd. cap. 5. quia magistratus non ob
id merum imperium exercet, quod
imperium, aut iurisdictionem ha-
beat, cum & consules haberent im-
perium, ac iurisdictionem statim,
atque fuerant creati, & tamen non
haberent merum imperium prius,
quam nominatim illis lege curiata
daretur, *vt diximus supra num. 11.*
Et prætores imperium, & iurisdi-
ctionem habeant *dict. l. 2. ff. de In*
ius voc. Nec tamen habeant impe-
rium merum, *vt diximus supra num.*
66. & in his terminis cõsiderat Duar.
dict. cap. 5. Denique merum impe-
rium nihil habeat cum iurisdictio-
ne commune, quia, & iurisdictio si-
ne mero imperio datur, & merum
imperium sine iurisdictione, *vt scri-*
bit Donell. dict. lib. 17. comm. cap. 8.
Vnde, & merum, quasi purum, & a
iurisdictione separatum, nec cum ea
commixtum imperium appellatur,
77 † *vt scribũt Egu. Bar. ad l. 1. ff. de off.*
eius Ant. Gou. ad dict. l. Imperiũ 3 nu.
10. ff. de Iurisd. Cuiac. d. lib. 21. obs.
cap. 30. Non competit igitur iure
magistratus.
Hinc infertur, merum imperiũ,
sine causas meri imperij, nec man-
78 dari posse † *l. 1. in prin. vers. & ideo,*
& vers. huius ff. de off. eius, l. solet 6.
in princ. vers. nec enim ff. de off. proc.
& leg. l. nemo potest 72. ff. de reg. iur.
& scribunt gl. in l. Imperiũ 3. in verb.
mixtum est, & ibi Bart. num. 13. Ang.
num. 2. 3. & 14. Caccial. numero 32.
Longou. num. 150. ff. de Iurisd. gl. in
cap. quod sedem 9. in verb. committe-
re De off. & pot. iud. ord. Azo in sum.
C. de Iurisd. omn. Iud. num. 16. Bart.
in dict. l. 1. in princ. num. 2. 3. & 4. &
ibi Ang. num. 1. Castr. num. 1. & 6.
Alex. num. 25. 30. vers. sed eius, &
31. Dec. num. 28. Alcia. num. 7. Purp.
num. 442. Paul. Oria. num. 34. & 38.
Egu. Baro, & Cuiac. in 1. lib. quæst.
Papin. ff. de off. eius, Bart. in l. nec quic
quam 9. §. vbi decretum num. 8. ff. de
off. proc. & leg. Bald. in rub. De off. de-
leg. num. 2. Castr. in l. vn. num. 2. C.
qui pro sua Iurisd. Ias. in l. a Iudice 5.
num. 9. vers. contrarium C. de Iudic.
Cagn. in rub. ff. de off. eius, num. 43. in
fin. & ibi Martin. Monter. numero 55.
vers. modo contra, & Muret. Petr. Ca-
las. in l. 1 num. 73. ff. de Iudic. Claud.
Cant. lib. 2. De off. iud. cap. 10. num. 1.
Carol. Sigo. libro 2. De Iudic. cap. 4.
Vaco. a Vacu. lib. 6. decl. 79. numero 8.
Bern. Vual. lib. 2. Miscell. cap. 19. Io:
Gill lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 22.
num. 3. Duar. lib. 1. disp. ann. cap. 53.
Coras. ad l. obseruare 4. §. vlt. num. 2.
& ad l. aliquando 5. num. 1. ff. de off.
proc. & leg. & ad l. solet 16. num. 2. ff.
de Iurisd. Ant. Gou. lib. 2. de Iurisd.
num. 62. Donell. lib. 17. comm. cap. 8.
Vaud. lib. 1. quæst. iur. cap. 10. nu. 10.
Nec generali mandata iurisdictio-
79 ne transferri † *dict. l. 1. §. qui man-*
datam vers. verius ff. de off. eius, &
ibi gl. in verb. transire, Ang. in princ.
Castr. num. 1. Ias. num. 2. Bart. in d. l.
1. in princ. num. 7. in fin. & ibi Castr.
num. 6. in fin. Purp. num. 467. versic.
Ampliatur primo Egu. Bar. Cuiac. in
1. lib. quæst. Papin. & Muret. ff. de off.
eius, Bart. in l. 1. § ij. quibus num. 2.
ff. de leg. 3. Castr. in l. 2. num. 3. ff. de
off. eius, Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap.
7. & ad l. solet 16. ff. eod. Ant. Gou. lib.
1. de Iurisd. nu. 29. Cuiac. lib. 21. obs.
cap. 30. Petr. Fab. in dict. l. nemo po-
test 72. ff. de reg. iur. Vaud. dict. lib. 1.
quæst. iur. cap. 10. numero 26. & 27.

pro-

propter generalem Papiniani defi-
nitionem, quæ negat, ea mandari
posse, quæ specialiter lege, vel S.C.
vel constitutione principũ tribuun-
tur d.l. 1. in princ. ff. de off. eius; Quã-
obrem nec publici iudicij exerci-
80 tio † dict. l. 1. in prin. vers. & ideo, &
vers. huius ff. de off. eius, & scribunt
Carol. Sig. li. 2. de antiq. iur. prou. c. 5.
& lib. 2. de Iudic. cap. 4. Vaco. a Vacu.
d. lib. 6. decl. 79. num. 7. Coras. ad d. l.
1. in princ. num. 1. & ibi Cuiac. in 1.
lib. quæst. Papin. ff. de off. eius, Cuiac.
ad l. vbicunque 106. ff. de reg. iur. in
1. lib. Paul. ad Edict. Nec alia quæ-
libet criminalis cognitio mandari
poterit: Nam, nec prætor eam, quã
habet de domino a familia occiso,
81 cognitionem, mãdare potest † dict.
l. 1. in princ. vers. & si a familia ff.
de off. eius; Nec cognitionem abo-
82 litionis præses † l. 1. §. abolitio ff. ad
Turpill. quoniam, & hæc ei specia-
83 liter tributa fuit, † vt scribunt Lon-
gon. in dict. l. Imperium 3. num. 154.
ff. de Iurisd. Egu. Bar. d. lib. 1. varia.
quæst. fo. 27. Coras. ad d. l. 1. in princ.
num. 3. ff. de off. eius, Cuiac. ad dict. l.
vbicunque 106. ff. de reg. iur. in 1. lib.
Paul. ad Edict.

Huius autem rei fortissimum ar-
gumẽtum esse Papinianus ait, quod
lege Iulia de vi nominatim caue-
tur, vt is, cui obtigerit publici iudi-
cij exercitio, possit eam, si proficis-
catur, alteri mandare: Nam ex
hoc infert, non aliter mandare pos-
se, quam si abesse cœperit dict. l. 1.
in princ. versic. huius ff. de off. eius.
Quod rectè a Papiniano fit, siue du-
catur argumentum a cessante ratio-
ne legis, siue a contrario sensu, siue
ab inclusione vnius ad exclusionem
alterius, siue ab eo, quod exceptio
denotat regulam in contrarium, &
eã in casibus nõ exceptis cõfirmat,
84 † vt animaduertit Paul. Oria. in d. l. 1.
in princ. num. 73. ff. de off. eius.

Hoc autẽ, quod diximus, nõ so-
lum procedit in eo, cui arbitrio ma-
gistratus mandatur iurisdictio, sed
etiam in legato proconsulis; Nam
nec ei (licet aliquando datum sit
85 ius gladij, † vt testatur Capitolinus
in Gordiano, & refert Cuiac. ad l. &
quia 6. ff. de Iurisd. in 2. lib. Paul. ad
Edict.) regulariter merum impe-
86 rium, aut mandari potest † d. l. solet
6. in princ. ff. de off. proc. & leg. & scri
bunt Ang in dict. l. 1. §. qui mãdatam
num. 2. ff. de off. eius, Men. lib. 1. de ar-
bitr. quæst. 54. num. 54. Duar. ad tit.
ff. de off. proc. & leg. cap. 2. Hoto. lib. 3.
obs. cap. 4. aut competit mandata iu-
87 risdictione, † vt scribunt Ang. in d.
§. qui mandatam num. 2. Longon. ad l.
Imperium 3. numero 80. ff. de Iurisd.
Coras. ad l. obseruare 4. §. vlt. num. 2.
& ad l. aliquando 5. num. 1. ff. de off.
proc. & leg. & ad rub. ff. de Iurisd.
num. 10. Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de off.
eius, in 1. lib. quæst. Papin. Petr. Fab.
in dict. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur.
Muret. in dict. rub. ff. de off. eius. Qua-
re nemo dixerit, eum habere ani-
maduersionem, aut aliam quamli-
88 bet grauiorem coercitionem † dict.
l. 1. §. qui mandatam, vers. Quare ff.
de off. eius; Sed si quid erit, quod
maiorem animaduersionẽ exigat,
remittere debebit ad proconsulem
89 † l. si quid erit 11. ff. de off. proc. &
leg & scribũt Fenest. de magist. c. 12.
Paul. Oria. ad d. l. 1. in princ. n. 4. et ibi
Cuiac. in 1. lib. quæst. Papin. & Muret.
ff. de off. eius, Io: Gill. lib. 1. de Iurisd.
& Imp. cap. 10. numero 1. Petr. Fab.
in dict. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur.
Anton. Gen. ad l. Imperium 3. num. 2.
ff. de Iurisd. Muret. in d. rub. ff. de off.
eius.

Nec est contrarium, quod scri-
bitur in l. excipiuntur 14. ff. ad Syl-
lan. & l. milites 12. ff. de Custo. &
exh. reo. Legatum ex S.C. Syllania-
no, vel alio iure sumpsisse suppli-
cium,

90 cium, quia † non est id accipien-
dum de legato procõsulis, cui man-
datur iurisdictio, vt accepit Hoto.
dict. lib. 3. obs. cap. 4. sed de legato
Cæsaris, qui prouinciæ rector est,
& generali pręsidis appellatione cõ-
91 tinetur † l. 1. ff. de off. præsid. Et in spe
cie respondent Io: Iunc. in d. l. Impe-
rium 3. nu. 16. ff. de Iurisd. Muret. in
d. l. 1. in princ. vers. & si a familia ff.
de off. eius.

Denique non obstat, quod pro-
cõsul soleat custodiarum cognitio-
nem mandare legato, idest commit-
tere, vt reos, qui in carceribus deti-
92 nẽtur audiat † dict. l. solet 6. in prin.
ff. de off. proc. & leg. quia ex hoc non
rectè quis inferet, proconsulẽ man-
dare merum imperium: Nam, nec
condemnare, nec absoluere eos le-
gatus potest, sed tantum audire, &
si innocentes deprehẽderit, ad pro-
consulem remittere, vt ipse (nõ le-
93 gatus; † Quomodo Longon. ad dict. l.
Imperium 3. num. 8. ff. de Iurisd. Io:
Gill. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 23.
Coras. ad dict. l. solet 6. in princ. num.
6. Men. de Arbit. lib. 1. quæst. 54. num.
4. & alij perperam arbitrati sunt,
quia, cum non possit condemnare,
consequens est, vt nec possit absol-
uere l. 3. ff. de re Iud. & in his termi-
nis considerat Pet. Fab. in dict. l. nemo
potest 71. ff. de reg. iur. cũ absolutio, &
94 ipsa sit meri imperij, † vt scribunt
Alcia. in d. l. Imperium 3. num. 16. ff.
de Iurisd. Nic. Bell. lib. 3. supp. cap. 17.
num. 1. quod, vti diximus, in lega-
tum non transfertur, Sed proconsul)
95 liberet † dict. l. solet 6. in princ. ff de
off. proc. & leg. & scribunt Fenest. de
magistr. cap. 12. Vaco. a Vacu. dict. lib.
6. decl. 79. num. 8. Duar. ad tit. ff. de
off. proc. & leg. cap. 3. Cuiac. ad dict. l.
1. ff. de off. eius, in 1. lib. quæst. Papin. &
ibi Muret. Petr. Fab. in dict. l. nemo po
test 71. ff. de reg. iur. Et præterea ge-
nus hoc mandati extraordinarium
est, vt ibidem Vlpianus ait, & a pro-
consulibus contra iuris ciuilis regu-
las frequentatum, secundum Cuiac.
in dict. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. quæst.
Papin. Licet postea Cõstantini con-
stitutione factum sit ordinarium, vt
scribunt Petr. Fab. in dict. l. nemo po-
test 71. ff. de reg. iur. Muret. in d. l. 1.
in princ. ff. de off. eius, vt pote a quo
cautum est, vt legati non solum ci-
uiles, sed etiam criminales causas au
diant, ita, vt si sententiam in reos fe
rendam prouiderint, ad proconsu-
les eos transmittant l. vn. C. de off.
proc. & leg. Itaque post illam con-
stitutionem verum est, quod dici so-
let, legatum proconsulis habere co-
gnitiones criminales, ita tamen, vt
absoluendos, aut condemnandos
96 ad proconsulem remittat. † Ita gl.
in d. l. 1. in princ. in verb. possit eam,
& ibi Bart num. 6. Paul. Oria. nu. 37.
vers. sed adhuc ff. de off. eius, gl. in §.
1. in verb. legato proconsulis Inst. de
susp. tut. Azo in summ. C. de Iurisd.
omn. Iud. num. 16. Bart. in dict. l. nec
quicquam 9. § vbi decretum num. 8.
ff. de off. proc. & leg. Castr. in l. 1. §. qui
mandatam num. 3. ff. de off. eius, Io:
Gill. lib. 2. De Iurisd. & Imp. cap. 24.
Coras. ad rub. ff. de Iurisd num. 10.
Cuiac. ad l. & quia 6. ff. eod. in 2. lib.
Paul. ad Edict. Petr. Fab. in d. l. nemo
potest 71. ff. de reg. iur. Sed hoc in
97 legato proconsulis singulare est, †
vt scribũt gl. in l. 1. §. damus, in verb.
in prouincia ff. de susp. tut. Bart. in d.
l. 1. in princ. num. 6. & ibi Alex. num.
49. Iac. de Nig. num. 32. ff. de off. eius,
Nec ad alios, quibus mandata est iu
98 risdictio debet extendi, † vt rectè
docuit Cuiac. in d. l. & quia 6. ff. de Iu
risd. in 2. lib. Paul. ad Edict. Quic-
quid censuerint Paul. Oria in dict. l. 1.
in princ. num. 37. vers. sed adhuc ff.
de off. eius, Vand. lib. 1. quæst. iur.
cap. 10. num. 27. quia, quod contra
iuris rationem receptum est, nõ de-
bet

99 bet produci ad consequentias † l. quod verò 13. ff. de legib. l. quod cōtra rationem 184. ff. de reg. iur.

Cur autem merum imperium demandari nequeat, si queramus, constat Interpretes frequentes eam rationem attulisse, quia, quoties in aliqua re censetur electa industria personæ, non potest ea per alium expe-
100 diri † l. vn. §. ne autem C. de Cad. soll. l. Inter artifices 31. ff. de solut. cap. fin. §. is autem, cui De off. & pot. ind. del. Sed in mero imperio censetur electa industria personæ, cum id maioribus tantum magistratibus tributum sit in priuilegium l. 1. in princ. secundum communem intellectum ff. de offic. eius; Non pote-
101 rit igitur id per alium expediri. † Ita censuerunt omnes, quos retulimus in quæst præced. num. 1. Et magis in specie Castr. in l. vn. num. 8. C. qui pro sua Iurisd. Alex. in d. l. 1. in prin. num. 31. & ibi Alb. nu. 32. & ex recētioribus Egu. Baro. ff. de off. eius.

Et sanè constat ad maiores magistratus eos tantum solere assumi, qui propter singularem industriam, & exploratam fidem, ac grauitatem digni censentur eius officij magni-
102 tudine † l. vn. vers. credidit ff. de off. præf. præt. Qua ratione fit, vt eorum prudentiæ, & religioni multa permittātur, quæ duumuiris, & alijs minoribus magistratibus denegantur, vt datio tutoris ex inquisitione, quæ satisdandi necessitatem excludit; Nam hæc minoribus etiam in ijs casibus, in quibus tutorem dare
103 possunt, non est permissa † l. Lucius 47. §. cum in testamento l. AEmilius 54. ff. de adm. tut. l. 1. vers. in prouincijs C. de tut. vel cur. Illust. vel Clarijs pers. §. nos autē Inst. de Attil. tut. vt proinde non malè videantur dixisse veteres, censeri electam industriam personæ in ijs, quæ maioribus tantū magistratibus conceduntur, vt (secundum eos) sunt causæ meri imperij.

Verum hoc non obstāte puto rationem hanc, vt commētitiam me-
104 ritò fuisse a † Paul. Oria. in d. l. 1. in prin. num. 57. & 63. vers. vel melius ff. de off. eius, (licet prius num. 45. in fin. contrariū conclusisset) & a Cagn. ibi num. 26. Purp. num. 467. Alcia. in dict. l. Imperium 3. num. 27. ff. de Iurisd. Bern. Vual. lib. 2. Miscell. cap. 9. & alijs recentioribus improbatam.

Primo, quia tunc censetur electa
105 industria personæ, † cum res committitur alicui personæ certæ, puta Titio, vt in legibus contrarijs. Cæterum, cum iniungitur personæ incertæ, puta prætori, vel præfecto, magis est, vt nullius industria censeatur electa, scilicet quia in ijs dispositionibus, quæ fiunt sub nomine appellatiuo, non censetur habita ratio personarum l. si heredes nominatim 127. ff. de leg. 1. Sed merum imperium, cum lege, vel S. C. vel constitutione principis demandatur, nō tribuitur alicui personę certæ, sed dignitati, & officio, puta præturæ, vel præfecturę l. 1. in prin. ff. de off. præf. vrb. Non potest igitur in eo censeri electa industria personæ. Ita Bern. Vualt. d. lib. 2. Miscell. cap. 9.

Secundo, quia, si in mero imperio censeretur electa industria personæ, non posset id, etiam in casu necessitatis per alium expediri, vt accidit in ijs rebus, quæ industriæ
106 certæ personæ committitur † cap. si pro debilitate 3. De off. & pot. iud. deleg. l. vn. §. ne autem C. de cad. toll. Atqui in tali casu per alium expediri potest, puta in casu absentiæ l. 1. in princ. vers. huius ff. de off. eius; Non cēsetur igitur in eo electa industria personæ. Ita Paul. Oria. in d. l. 1. in princ. nu. 57. ff. de off. eius, Bern. Vual. d. lib. 2. cap. 9.

Ter-

Tertio, si sola industriæ ratio delegationem impediret, non esset ea deneganda, quoties fieret pari, aut maiori magistratui, quoniam, & is parem, aut etiam maiorem industriam præseferret. Atqui merum imperium ne pari quidem, aut etiã maiori delegari potest, *vt rectè scripserunt Cagn. in d. l. 1. in prin. nu. 41. & ibi Purp. num. 644. vers. 9. ff. de off. eius. Et est de mente omnium, quos referemus in quæst. 6. num. 9.* Non est igitur industriæ ratio, quæ delega-
107 tionem impediat. † *Ita Bern. Vual. d. lib. 2. cap. 9.*

Quarto demum ea, in quibus censetur electa industria personę, ne iure quidem canonico delegari possunt *cap. fin. §. 1. De off. & pot. iud. del.* At causæ meri imperij iure canonico delegari possunt, *vt dicemus infra num. 160.* Non censetur ergo in ijs electa industria personæ. *Ita Cagn. in d. l. 1. in princ. num. 26. ff. de off. eius.*

Nec obstat *l. vn. ff. de off. præf. præto.* quæ probat ad maiores magistratus non solere assumi, nisi quorum explorata est fides, & industria,
108 quia respondeo † id intelligi de industria, quę consideratur ratione totius officij, & exercitij iurisdictionis etiam iure magistratus competentis, quæque proinde non excludit potestatẽ delegandi; Nos verò loqui de ea, quæ, cum eligitur, impedit, ne causa delegari possit. Industriam autẽ illam considerari ratione totius iurisdictionis, etiam iure magistratus competentis, intelligimus ex eo, quia consideratur respectu sententiæ, quam præfectus prætorio profert in causa ciuili; Nam dicitur ibi, a sententia præfecti prętorio non posse appellari, quia *Credidit princeps, eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis sua, quam ipse foret iudicaturus.* Itaque consideratur industria respectu iurisdictionis, quam prefectus exercet proferendo sententiam, a qua non datur appellatio. Non datur autem appellatio etiam a senten
109 tia, quam profert in causa ciuili † *l. a proconsulibus 19. C. de appell. l. 1. C. de sent. præf. præt. l. præfecti 18. ff. de minor.* Cõsideratur ergo talis industria etiam respectu causæ ciuilis, & consequenter non tractatur ibi de industria, quę excludit delegationẽ, quia certi iuris est, prefectum prætorio posse in causis ciuilibus iurisdictionem suam demandare. Non est igitur ab hac industria deducenda ratio, cur causę meri Imperij non possint delegari, sed aliunde, quia, si hęc esset ratio, ita deberet ciuilium, vt criminalium causarũ delegationem impedire, cum talis industria consideretur ratione totius prefecturę, & consequenter ratione eorum omnium, quę pertinent ad officium prefecti pretorio; Cum igitur non impediat delegationem causarum ciuilium, Consequens est, vt nec causarum criminalium delegationẽ impedire debeat, si nihil aliud sit impedimento. Nõ est igitur hęc vera prohibendę huiusce delegationis causa: Quę res plerisque veræ rationis inuestigãdæ prębuit ansam. Sed ne tempus in aliorum sentẽtijs
110 (quę varię sunt, † *vti videre est apud Castr. in l. 1. §. qui mandatam num. 3. ff. de off. eius, Bern. Vual. d. lib. 2. Miscell. cap. 9. & alios*) referendis, ac refellendis conteramus, eam afferemus rationem, quam ipsi veram arbitramur.

Vera igitur ratio est, quę desumitur ex definitione Iuliani *in l. more*
111 *5. ff. de Iurisd.* Nam † more maiorum ita comparatum est, vt is demũ iuris-

iurisdictionem mandare possit, qui eam suo inre, non alieno beneficio habet, scilicet, quia absurdũ est, posse quem in alium transferre iurisdictionem, quam ipse non habet *l. obseruare 4. §. vlt. ff. de off. proc. & leg.* Et vix est, vt habere intelligatur, qui habet alieno beneficio, *vt diximus in quinto cap. quæst. 1. numero* 10. Sed is, cui merum imperium specialiter demandatum est, non habet id iure suo, sed alieno beneficio, quia iure suo dicitur habere, quæ competunt illi iure magistratus *l. 1. in prin. ff. de off. eius*; Cum alioquin merum imperium non iure magistratus illi cõpetat, sed beneficio legis, vel S. C. vel cõstitutionis, quæ nominatim illi talem potestatem iniunxit, *dict. l. 1. in princ. ff. de off. eius*. Non potetit igitur id alij demandare. *Ita Io. Vand. lib. 2. quæst. iur. cap. 35. numero 11.*

Et sanè, si mandare nequeunt, qui non habent, & habere non intelliguntur, qui habent alienum, & alieno beneficio; Consequens est, vt magistratus, nec habere censeantur merum imperium, nec per consequentias id alteri mandare possint, quia non habent id, vt propriũ, & proprio iure, sed, vt alienum, & alieno beneficio; Quod, quia rectè Lotharius asserebat, intelligimus

112 malè victum Azonem † *in tit. C. de Iurisd. omn. Iud. num. 17. & eos, qui Azonem secuti sunt, vt gl. in l. Imperium 3. in verb. potestatem, & ibi Caecial. numero 14. Duar. & Coras. ff. de Iurisd. Cagn. in d. l. 1. in princ. numero 33. ff. de off. eius, Nico. Bell. lib. 1. supp. cap. 1. nu. 3. Bern. Vnalt. lib. 1. Misc. cap. 9.* post amissum equum aduersus Henrici Imperatoris sententiam instituisse querelã: Quia in re iustè

113 definita † (*vti rectè censuit Alcia. lib. 2. Parad. cap. 6. numero 1. & in d. l. Imperium numero 16. & 81. quem probat Purp. in d. l. 1. in princ. numero 467. ff. de off. eius*) nullus potest esse querelæ locus. Nec quemquã moueat, quod magistratus passim dicã-

114 tur habere merum imperium, † siue ius gladij *l. illicitas 6. §. qui vni versas ff. de off. præsid.* & gladij potestatem *dict. l. Imperium 3. ff. de Iurisd.*

115 quia fateor id eos habere, † sed dico habere alienum non proprium, ideoque effectu non habere. Dicũtur enim magistratus habere merum imperium ratione vsus, & exercitij, non ratione proprietatis, quẽadmodum & ij, quibus a magistratu mandatur iurisdictio, *vt dicemus in 9. cap. quæst. 7.* quippe, quibus

116 in hac re magistratus assimilantur, † *vt diximus in quinto cap. quæst. 1. numero 10. in fin. & in hoc cap. quæst. 1. numero 30.* Nam quemadmodum illis datur iurisdictio *l. cognitio 4. in princ. vers. eum propriã ff. de off. eius*, Ita, & his datur merum imperium

117 † *l. 1. §. qui mandatam versic. verius ff. de off. eius l. solet 6 In prin. ff. de off. proc. & leg. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur.* Quamobrem, vt illi dicuntur habere iurisdictionem *l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg.* Ita & hi dicuntur habere imperium merũ *dict. l. Imperium*. Et, vt illi non habent iurisdictionem propriam, sed alienam, quia non habẽt eam iure suo, sed beneficio mandantis *l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius, l. more 1. ff. de Iurisd.* Ita & hi dicuntur habere merum imperium nõ proprium, sed alienum, quia non habent id iure suo, idest iure magistratus, sed beneficio legis, vel S. C. vel constitutionis, *dict. l. 1. in prin. ff. de off. eius.* Denique, vt illi ob id, quod propriã iurisdictionem non habent, effectu dicuntur eam non habere, sed tantum eius vsum, & exercitium *dict. l. 1. §. qui mandatam, & dicemus in 9. cap. quæst. 7.* Ita, & hi effectu non dicun-

dicuntur habere imperium merum, sed tantum eius exercitionem *dict. l. 1. in prin. vers. & ideo, & vers. huius ff. de off. eius*, propterea quod id habent, non, vt proprium, sed, vt alienum, & alieno beneficio Quo fit, vt, quemadmodum illi tamquam habẽtes solum iurisdictionis vsum, & exercitium, nõ possunt ius, quod habent, in alium transferre *l. vlt. in princ. ff. de off. eius*. Ita, & hi tamquam pariter habentes solũ vsum, & exercitium meri imperij, non pos-
118 sint id alij demandare. † *Ita eleganter docuit Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 6. num. 6. & ad dict. l. Imperium 3. numero 27. ff. de Iurisd. quem probat Purp in dict. l. 1. in princ. num. 467. ff. de off. eius.*

Planè de illo dubitari solet, an liceat huiusmodi cognitiones criminales, siue causæ meri imperij demandari nequeant, possit tamen in ijs dari iudex. Et quibusdam vi-
119 sum est posse, † *vt Purp. in d. l. 1. in prin. num. 480. ff. de off. eius*, Io. *Vaud. lib. 1. quæst. Iur. cap. 10. nu. 25. & alijs plerisque recentioribus.*

Primo, quia iudex dari potest a præfecto vrbi *l. fin. ff. de off. præf. vrb. & diximus in quinto cap. quæst. 2. numero 2.* qui non nisi criminalem cognitionem habet, *vt aiũt constare ex l. 1. in princ. ff. de off. præf. vrb.*

Secundo, quia iudex datur a præfecto vrbi propter vim imperij *l. cũ prætor 12. §. Item hi ff. de Iudic.* quæ non, nisi in criminibus coercendis videtur contineri, scilicet, quia, qui dat iudices in causa ciuili, non facit id propter vim imperij, sed propter vim iurisdictionis, cuius est (secundum eos) dare iudices *l. Imperium 3. ff. de Iurisd.*

Tertio, quia par videtur esse potestas magistratus, & iudicis a principe delegati *l. a Iudice 5. C. de Iudic.* Sed hic iudicem in causa criminali delegare potest *l. vn. C. qui pro sua iurisd. iud. dar. poss. secundum communem intellectum, quem referemus infra numero 151.* Ergo, & magistratus.

Quarto videtur eadem sententia comprobari ex eo, quia iudices priuati dicuntur illi, qui dantur a magistratu, *vt diximus in primo cap. quæst. 4. numero 5.* Sed de criminibus cognoscunt, & iudicant, etiam iudices priuati *l. 5. §. 1. ff. ad l. Corn. de sica.* Ergo de ijs cognoscunt, & iudicant etiam iudices a magistratu dari, & consequenter etiam in ijs causis possunt magistratus dare iudices.

Verũ his non obstantibus verius est, quod alij frequentius tradiderũt in huiusmodi causis iudices dari
120 nullo modo posse. † *Ita enim censuerunt antiquiores omnes, quos retulimus supra numero 78. quippe, qui nullum constituunt discrimen inter eum, cui mandatur iurisdictio, & iudicem delegatum, Quorum opinionem diximus esse veram in extraordinarijs iudicijs: Eiusdem sententia fuerunt etiam ij, qui censent, differre iudices datos ab ijs, quibus mandatur iurisdictio, quorum sententiam diximus in ordinarijs iudicijs obtinuisse: Nam ijdem censent (& rectè) in criminalibus causis, non solum non posse mandari iurisdictionem, sed ne quidem dari iudicem. Ita enim censuerunt Longen. ad dict. l. Imperium 3. numero 98. ff. de Iurisd. Equ. Baro. lib. 1. varia. quæst. fo. 35. & ad l. sapè 9. ff. de off. præsid. Ant. Gou. lib. 2. de Iurisd. numero 62 Donell. lib. 17. comm. cap. 22.* Probatur autem hæc sententia.

Primo *ex princ. tit. Inst. de publ. iud.* vbi Iustinianus, *Publica iudicia,* inquit, *neque per actiones ordinantur neq; omnino quicquam simile habent cum cæteris iudicijs, de quibus*

locuti

121 *locuti sumus:* Nam ex his verbis †
ita argumentor. Si in publicis iu-
dicijs, idest, in ijs iudicijs, in quibus
publica crimina vertuntur, iudex
dari posset, vtiq; dicerentur illa per
actiones ordinari, quia, qui dat Iu-
dicem, dat actionem, & formulam,
vt ostendimus in primo cap. quaest. 3.
num. 23. 25. & seqq. Et tunc solum
dicitur cognitio fieri sine actione,
cũ magistratus non dat iudicem, sed
ipsemet cognoscit *l. quod si minor.*
25. §. vlt. ff. de minor. Vlp. tit. 25.
Inst. & diximus in 3. cap. quaest. 2.
nu. 6. & 7. Atqui dicũtur sine actio-
ne institui. Non datur igitur in ijs
iudex.

Secundo probatur, quia, si in hu-
iusmodi causis iudex dari posset, vti-
que notio, siue cognitio criminum
posset ad alium transferri: Nam iu-
dex datus notionẽ habet *l. ait prae-*
tor 5. in princ. ff. de re Iudic. idest co-
gnoscendi, & iudicandi facultatem
l. vlt. C. vbi, & apud quem. Atqui ad
alium transferri non potest *l. 1. in*
prin. vers. & si a familia ff. de off. eius.
l. solet 6. in princ. ff. de off. proc. & leg.
Ergo non potest dari iudex.

Tertio probatur, quia in ijs cau-
sis, quarum cognitio specialiter in-
iungitur magistratibus, iudex dari
non potest, *vt ostendemus in hoc cap.*
quaest. 5. num. 3. Sed causarum cri-
minalium cognitio specialiter iniun
gitur magistratibus lege, vel S. C.
vel constitutione *dict. l. 1. in princ.*
vers. & ideo, & vers. et si a familia ff.
de off. eius. Non potest igitur in ijs
dari iudex.

Neque obstant contraria: Nam
ad Primum respondeo, quod dici-
mus, praefectum vrbi posse dare iu-
dicem, esse intelligendum, si causa
sit ciuilis, nõ verò, si criminalis: Nec
obstare, quod is solam videatur ha-
bere iurisdictionem criminalẽ, quia
verius est, habere eum etiam ciui-
lem, & de ciuilibus causis solitũ ius
122 dicere † *vti constat ex l. in causa 17.*
§. vlt. ff. de mino. & alijs locis, quos re-
feremus infra num. 125. & scribunt
Egu. Baro. d. lib. 1. varia. quaest. fo. 38.
Vand. dict. lib. 2. cap. 10. num. 22. vt
proinde non sit mirum, si in ijs possit
123 dare iudicem, † *vt in specie declarat*
Egu. Baro. d. lib. 1. varia. quaest. fo. 35.
& 38. & fatetur etiam Vand. d. cap.
10. num. 25. Et sanè praefectus vrbi,
non solum in vrbe iurisdictionẽ ha-
bet, sed etiam extra vrbẽ intra cen-
tesimum milliariũ, & sic in tota Ita-
124 lia † *l. 1. in princ. ff. de off. praef. vrb.*
& scripsit Fenest. de magistr. cap. 6.
Nam in vrbe potest iusdicere, non
quidem de omnibus causis ciuili-
bus, sed de quibusdam tantum, quae
125 specialiter ei fuerunt tributae, † pu-
ta de querelis dominorum in seruos
dict. l. 1. §. si quis seruũ ff. de off. praef.
vrb. vel seruorum in dominos *l. 1. C.*
si mancip. ita venier. dict. l. 1. §. 1. &
quod autem ff. de off. praef. vrb. vel fi-
liorum in parentes *l. Titia Seio 89. §.*
Imperator ff. de leg. 2. vel patrono-
rum in libertos *dict. l. 1. §. 1. ff. de off.*
praef. vrb. De causis ortis super aedi-
ficatione domorum, seruituribus, &
annonis *l. viros 12. C. de palat. sacr.*
larg. lib. 12. l. vn. C. de oper. non. nunt.
l. vlt. C. de aedific. priu. l. 1. C. de offic.
praef. vrb. De causis argentariorum
pecuniarijs ex Epistola Diui Ha-
driani *l. pen. ff. eodem.* Denique de
causis appellationum interpositarũ
a sententijs praetoris vrbani, quip-
pe, quae ad praefectum vrbi tamquã
superiorem pertinere solẽt *l. si apud*
vtrumque 27. C. de appell. l. AEmilius
30. in princ. vers. victa ff. de minor.
Sed in ijs non credo eum posse da-
re iudices, quia, cum earum cogni-
tio specialiter ei tributa sit *d. l. pen.*
ff. de off. praef. vrb. Consequens est,
vt in ijs, nec mandare iurisdictio-
nem, nec iudices dare possit, *secun-*
dum

dum ea, quæ dicemus in hoc cap. quæst. 5. Quamobrem, & illud quoque verum esse puto, quod dicimus, eum posse dare iudicem, non habere locum in causis Romæ vertentibus, quippe, quæ regulariter ad prætoris vrbani iurisdictionem pertinent, exceptis illis, quas supra enumerauimus, in quibus ideo iudicem dare non potest, quia specialiter ei fuerunt iniunctæ, Sed habere locũ in causis vertentibus extra vrbem intra centesimum milliarium: Nam, quia prętor in ijs nullam omnino iurisdictionem habet, ideo earum iurisdictio ad præfectum vrbi pertinet; Quo fit, vt in ijs, tãquam ad iurisdictionem suam pertinentibus iudicem dare possit. Quod mihi videtur significare Vlpianus *in l. fin.*
126 *ff. de off. præf. vrb.* dum † *Præfectus vrbi*, inquit, *cũ terminos vrbis exierit, potestatem non habet: Extra vrbem potest iubere iudicare:* Nam his verbis non significat, eum posse iubere iudicare, cum terminos vrbis, idest cẽtesimum milliarium excessit, *vt ibi gl. in verb. iubere, & Bart. Egu. Baro. & Coras. num. 1. & gl. in l. fin. in verb. paretur, & ibi Ang. num. 3. vers. 3. Castr. num. 9. Ias. nu. 8. & Egu. Baro. ff. de Iurisd. aliique passim arbitrantur*, quia, *extra vrbem*, dixit, non extra vrbis terminos, qui longe ab vrbe distant: vrbs enim muro finitur *l. 2. ff. de verb. sign.* non etiam vrbis termini, quippe, qui ad iurisdictionem referuntur, & cum eius tantum finibus terminantur. Itaque pręfectus vrbi, cum est portas egressus, dicitur quidem esse extra vrbem, sed non extra terminos vrbis, dummo mo sit intra Italiam, quæ cẽtesimo ab vrbe lapide terminatur, Quod apertè ostendit idem Vlpianus *in dict. l. 1. in princ. ff. de off. præf. vrb.* dum ait, Pręfecturam vrbis omnia omnino crimina sibi vindicasse, *nec tantum ea, quæ intra vrbem admittũtur, verum ea quoque, quæ extra vrbem intra Italiam.* At si terminos vrbis, idest, cẽtesimum milliarium excederet, non posset iubere iudicare, *vt diximus in primo cap. quæst. 5. num. 18. & probatur*, Primo, quia, quę imperij sunt, extra iurisdictionis fines expediri nequeunt *l. 3. ff. de off. præsid. l. vlt. ff. de Iurisd.* Sed iubere iudicare est imperij, & propter vim imperij fit *l. cum prætor 12. §. Itẽ hi ff. de Iudic. & diximus in quinto cap. quæst. 2. nu. 10. & latius dicemus in hoc cap. quæst. 8. num. 6.* Non poterit igitur extra iurisdictionis fines expediri. Secundo, quia, eum, qui iudicare iubet, magistratum esse oportet *l. eum qui 13. ff. de Iurisd.* Sed, qui suę iurisdictionis terminos excessit, nõ est magistratus, sed priuatus *dict. l. 3. ff. de off. præsid.* Non poterit igitur iubere iudicare. Nec est cõtrarium, quod etiam is, qui non est in prouincia, potest mandare iurisdictionem *l. aliquãdo 5. ff. de off. proc. & leg.* quia respondeo in ordinarijs iudicijs, de quibus loquimur, longè aliã esse rationem eius, qui mandat iurisdictionem, aliam eius, qui iudicare iubet: Nam, qui mandat, non imperat, sed contrahit exẽplo aliarum causarum, *l. & quia 6. ff. de Iurisd.* quæ res vbi que fieri potest. At, qui iudicare iubet, imperat, & imperiũ exercet, quod extra suę iurisdictionis fines facere nullo modo potest, *vt dictũ est*; Nõ significat igitur Vlpianus, præfectum extra vrbis terminos non posse quidem exercere potestatẽ, sed posse iubere iudicare, Sed significat, eũ, cum terminos vrbis exierit, nullam omnino potestatem habere, & sic neque iusdicere, ne-

que iubere iudicare posse, At verò, cum simpliciter est extra vrbem (sed intra vrbis terminos) posse iubere iudicare, quia eiusilem iurisdictionem habet, Et hoc modo tacitè innuit, intra vrbem iubere iudicare non posse, ob ea, quæ supra commemorauimus. Hinc intelligimus *Hoto.lib.4.obser. cap. 22.* perperam arbitratum esse *in l. vlt. ff. de off. præf. vrb.* mendum irrepsisse, quasi legendnm sit, Intra vrbem, non verò, Extra vrbem, *Quod etiam videtur sensiße Duar. ad tit. ff. de off. præf. vrb.* quia verius est, Imo cum Pand. Flor. & alijs omuibus codicibus, Extra vrbem legendum, secundũ ea, quæ diximus.

Ad Secundum verò respondeo, quod dicimus, iudices dari propter vim imperij, nou intelligi de mero, sed de mixto imperio, quippe; quod simplici imperij verbo plerunq; deuotatur, *vti latè ostendimus supra num. 71.* Et sanè de mixto id esse accipiendum, non solum ex eo intelligimus, quia datio iudicis est mixti imperij, *vt diximus in quinto cap. quæst. 2. num. 10. & latius dicemus in hoc cap. quæst. 8. num. 6.* Sed etiam ex eo, quia Paulus *in dict. l. cum prætor 12. §. Item hi ff. de Iudic.* scribit dari iudices propter vim imperij non tautum a præfecto vrbi, verum etiam ab alijs vrbanis magistratibus, quos tamen certum est de criminibus nõ cognoscere, nec habere merum imperium, vt de prætore diximus *supra nu. 66.* Omnimodo igitur illa verba, *propter vim imperij*, debent accipi de imperio mixto, vt scilicet, propter eius vim dentur iudices.

Ad Tertium respondeo negando minorem; Nam verius est, ne principis quidem delegatum posse in causa meri imperij dare iudices, *vti latius ostendemus infra numero 153.* Et dato etiam, quod posset (vt est receptior opinio) non tamen idem esset de ordinario dicendum, quia maior in hoc est potestas delegati, tamquam vices principis gerentis, quam ordinarij, *vt ex eorum sententia referemus infra num. 152.*

Ad Quartum denique respondeo, negando, iudices, de quibus ibi mentio fit, esse iudices a prætore datos, quia magistratus iu publicis iudicijs non dabant iudices, sed eos (vt publicorum iudiciorum ordo postulabat) ex numero selectorum sortiebantur, *vti diximus supra num. 32.* Ex quibus apparet, verissimũ esse, quod supra diximus, in criminalibus causis, seu causis meri imperij, iudicẽ dari, nec olim potuisse, nec hodie posse.

Sed hæc regulariter vera sunt;
Interdum enim non procedunt:
Nam, si iusta subsit delegandi cau-
sa, magis est, vt etiam merum impe-
127 rium mandari possit, † *vt scri-
bunt Iac. de Nigr. in dict. l. 1. in
princ. num. 32. & ibi Martin. Mont.
num. 22. & Muret. in vers. huius ff.
de off. eius, Martin. Mont. in rub. ff.
eodem num. 55. vers. modo contra,
Duar. ad tit. ff. de off. proc. & leg.
cap. 2. Andr. Fach. lib. 9. contr. cap.
99.* Iustam autem dicimus esse
causam, si magistratus abesse coe-
128 perit † *dict. l. 1. in princ. vers. hu-
ius ff. de off. eius, & scribunt Fenest.
de magistr. cap. 12. gl. in l. Imperium
3. in verb. mixtum est, & ibi Bart.
num. 13. Ang. num. 14. vers. primus
Caccialup. numero 32. ff. de Iurisd.
Azo in summa C. de Iurisd. om. iud.
num. 16. gl. in cap. quod sedem 9. in
verb. committere, De offic. iud. ord.
Bart. in dict. l. 1. in princ. num. 3. 4.
& 11. & ibi Ang. num. 1. & 5. Castr.
num.*

num. 1. & 9. Paul. Oria. num. 4. &
34. 38. 53. & 57. Purpur. nu. 512. in
fin. Coras. num. 1. ff. de off. eius, Bart.
in l. necquicquam 9. §. vbi decre-
tum numero 8. ff. de off. pro. & leg.
Ang. in l. 1. §. qui mandatam num.
2. & ibi Coras. num. 13. ff. de off.
eius, Ang. in l. prætor 17. num. 1. ff.
de Iurisd. Castr. in l. 2. num. 3. ff. de
off. eius, Alex. in l. solet 16. num. 4.
ff. de Iurisd. Ias. in l. a Iudice 5. num.
5. vers. 2. C. de Iud. Claud. Cantiun.
lib. 2. De off. iud. cap. 10. num. 11.
Duar. lib. 1. disp. annin. cap. 53. &
ad tit. ff. de Iurisd. cap. 7. Donell. lib.
17. commen. cap. 8. Hoto. lib. 3. obser.
cap. 4. Petr. Fab. ad l. nemo potest 71.
ff. de reg. iur. Nam lex Iulia de vi,
qua nominatim cautum est, vt is,
cui obtigerit exercitio, possit eam,
si proficiscatur, mandare *dict. l. 1.*
in princ. vers. huius ff. de off. eius;
præbuit nobis argumentum idem
in alijs absentiæ casibus statuen-
129 di, † *vt scribit gl. in dict. l. 1. in*
princ. in verb. fortissimum ff. de off.
eius, & est de mente omnium, quos
retulimus supra num. 128. Nec est
contrarium, quod producendum
non sit ad consequentias, quod
contra rationem iuris receptum
est *l. quod verò 13. ff. de legib. l. quod*
contra 184. ff. de reg. iur. Qua ra-
130 tione † *Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de off.*
eius, in l. 1. lib. quæst. Papin. & ibi
Muret. alijque plerique moti cen-
suerunt, id quod lege Iulia de vi
cautum est, non esse ad alias publi-
corum iudiciorum leges extendē-
dum, quia respondeo, id procede-
re in ijs, quæ contra rationem iu-
ris admittuntur, nec in ratione,
iustitiaque naturali fundantur:
Nam, quæ fundamētum habent in
naturali iustitia, & æquitate (vt
habet eorum excusatio, qui iustam
ob causam impediuntur *l. scire 15.*
§. consequens, vers. si enim ff. de
exc. tut.) licet contra iuris ratio-
nem admittantur, debent tamen
ad casus similem æquitatem ha-
bentes extendi *l. non possunt 11.*
cum l. seq. & l. ideo, quia 26. ff. de
legib.

De illo sanè probabilius dubi-
tabit aliquis, an, quod dicimus,
propter absentiam delegari posse
causas meri imperij, procedat,
quoad solam cognitionem, an ve-
rò etiam, quo ad definitionem, &
executionem: Nam plerique cen-
sent, non posse delegari, nisi quo
131 ad cognitionem † *ex §. Ad hæc*
prohibemus Auth. de collat. coll. 9.
Ita enim censuerunt gl. in dict. l. 1.
in princ. in verb. possit eam, & ibi
Bart. num. 5. ff. de off. eius, Azo in
summa C. de iurisd. omn. iud. num.
16. Bart. in dict. l. necquicquam 9.
§. vbi decretum num. 8. ff. de offic.
proc. & lega. Ang. in dict. l. Impe-
rium 3. num. 14. vers. primus ff. de
Iurisd. & in dict. l. 1. §. qui manda-
tam num. 2. ff. de off. eius, Castr. in
l. 2. num. 3. ff. eodem. Excepto vno
casu, cum scilicet is, de cuius pœ-
na tractatur, tam insignis latro est,
vt dilatio non possit non esse peri-
culosa: tunc enim præueniendi pe-
riculi gratia censent etiam defini-
tionem, & executionem permit-
132 ti delegato † *ex l. si quis filio 6. §.*
hi autem ff. de Iniust. rup. Ita Bart.
in dict. l. 1. in princ. num. 5. versic.
vnum tamen, & ibi Ang. nu. 4. Alex.
num. 52. Dec. num. 63. vers. notandū
ff. de off. eius.

Sed est verius, regulariter etiam
quo ad definitionem, & execu-
133 tionem posse delegari, † *vt rectè*
censuerunt Alex. in dict. l. 1. in prin.
num. 49. & ibi Dec. num. 61. vers.
venio, Iac. de Nigr. num. 114. Seb.
Sap. num. 65. Purpur. num. 582. ff.
de off. eius, Claud. Cantiun. lib. 2.
de off. iud. cap. 10. num. 13. Nam

hoc dupliciter probat locus Papiniani *in d.l.1.in princ.ff.de off.eius,*
134 Primo, dum ait, † posse magistratum, si cœperit abesse, mandare publici iudicij exercitionem; Significat enim, posse eum mandare, non solum cognitionem, sed etiam definitionem, quoniam vtraque exercitionis verbo continetur, vt *scribunt Dec.in dict.l.1. in princ.num.61.in fin. & ibi Purpur.num.576.* & patet ex eo, quia magistratus ipsi dicuntur habere publici iudicij exercitionem, & tamen certum est, eos habere non solum cognitionem, sed etiam definitionem. Secundo probat id ipsum, dum ait, posse magistratum mandare eandem exercitionem, quam ipse habet, vt significant illa verba, *possit tam, si proficiscatur, mandare*. Sed exercitio, quam habet magistratus continet etiam definitionem. Ergo etiam eandem mandare potest magistratus; *Ita Dec.in d.l.1.in prin.nu.62. vers.2.*

Neque obstat §. *Ad hac prohi-*
135 *bemus*, quia respondeo † in hac re duos casus considerari posse, quorum.

Primus est, quando præses nondum venit in prouinciam, sed præmittit aliquem vicarium generalem, qui possit interim prouincialibus iusdicere, & iurisdicundi officium exercere, Et tunc procedit, quod scribitur *in d.§. Ad hac prohibemus*, vt scilicet is possit omnia peragere, citra vltimum suppli-
136 cium, & membri abscisionem, † *vt declarant Ang. in l. Imperium 3. num.14. vers.3. ff. de Iurisd.Coras. ad l.Aliquando 5.nu.3.ff.de off.proc. & leg.*

Secundus verò casus est, quando præses iam venit in prouinciã, sed propter aliquam iustam causam proficisci debet; Et tunc verius est, posse eum, non solum, quo ad cognitionem, sed etiam, quo ad definitionem causas meri imperij delegare, *secundum dict. l.1. in princ. vers. huius ff. de off. eius; Ita distinxit Gull. de Cun. in dict.l.1. in princ. quem ibi probat Dec.num.61. & rectè, Quicquid Alex. ibi numero 49, & alij causentur.*

Ratio autem diuersitatis est, quia, quando præses nondum est ingressus prouinciam, nondum habet imperium, Ideoque nec id iure stricto etiam ex causa mandare potest *l. obseruare 4.§.vlt. ff. de off. proc.& leg.* Et quamuis ob publicam vtilitatem (ne scilicet interim prouincia maneat omnimodo iusdicente destituta) permittatur ei, vt possit aliquem vicarium præmittere *l. aliquando 5. ff. de offic. proc. & leg.* sit tamen id contra rationem iuris, Ideoque debet restringi, vt locum non habeat in ijs causis, in quibus imponenda venit vltimi supplicij, & abscisionis membri pœna. At hæc ratio cessat in præside, qui iam est ingressus prouinciam: Nam hic habet imperium, ideoque si iusta subsit delegandi causa, nil impedir, quominus id plenè delegare possit, & per consequentias in delegatum transferre eandẽ, quam ipse habet, cognoscẽdi, & definiendi potestatem.

Non solum autem propter absentiam meri imperij causæ delegari possunt, sed etiam propter aliam quamlibet iustam causam,
137 puta, propter infirmitatem, † *vt scribunt Bart. in dict. l. 1. in princ. num. 11, & ibi Ang. num. 5. Alex. num.56. Paul. Orta. nu.54. & 74. & Muret. in vers. huius ff. de offic. eius, Angel.in dict.l.1.§.qui mandatam*

tam num.2.ff.eod.Alex.in l.solet 16.
num.4. ff. de Iurisd. Caccialup.in d.
l.Imperium 3.num.32.ff.eod.Claud.
Cãt.d.lib.2.de off.iud.cap.10.nu.11.
quippe, quæ absentiæ comparatur
138 † l.2. §.furiosus ff.de Iur. cod.& in
his terminis considerant Ang.in dict.
l. 1. in princ. num. 5. & ibi Paul.
Oria.num.56. ff. de off.eius, & eandem, quam absentia rationem habet, vt scribunt Bart. in dict.l.1.in
princ.numero 11. & ibi Alex. num.
56. Quamobrem, & ipsa connumeratur inter iusta impedimenta, iustasque rei per alium explicandæ causas l. vn. vers. sanè ff.
de off. cons. l. quæsitum 60. ff. de re
Iud.

Nec est contrarium, quod Papinianus in dict. l.1. in princ. vers.
139 huius ff.de off. eius, dicat, † publici iudicij exercitionem non aliter mandari posse, quam, si magistratus abesse cœperit, & eo modo videatur omnes alias causas excludere, quia respondeo, illa verba, non aliter, poni ad exclusionem eius delegationis, quæ fieret sine causa, non etiam eius, quæ cum causa, licet non absentiæ: Nam verba taxatiua non excludunt casus similes, & similem rationem habentes, l.1. §.1. ff. si mens. fals. mod. dix. glos. in l. ob as 12. in glos. 1. C. de præd. minor. Itaque non excludunt infirmitatem, vt dictum est, Imo, nec iustam suspicionem; Nam, si causa criminalis ad eum deuoluatur, qui ante susceptum magistratum in ea fuit aduocatus, poterit tamquam ex iusta causa
140 delegari, † vt scribunt Ang. in d.
l.prætor 17.num.1.& ibi Dec.num.
2. ff. de Iurisd. Alex. in l. solet 16.
nu.4.ff.eod. Paul.Oria.in dict. l.1.in
princ.num.62. vers.2.ff.de off. eius,
quia suspectus non malè pro absente reputatur, cum honestè non
possit de causa cognoscere, & in ea se intromittere, vt scribunt Ang.in dict. l.prætor 17. num. 1. & ibi Dec. num.2. Alex. in dict. l.solet 16. num. 4. Quod tamen intelligas, si fuerit allegatus suspectus, aliàs, si partes patiantur eum procedere, magis erit, vt tamquam cessante necessitatis causa delega-
141 tio fieri nequeat, † vt declarant
Alex. in dict. l. solet 16. num. 4. &
Dec.in dict.l.prætor 17.num.2.ff.de
Iurisd.

Planè, si neque absentiæ, neque infirmitatis, neque suspicionis causa magistratum impediat, quominus meri imperij causas expedire possit, sed causarum multitudo, verius est, ob eam non pos-
142 se huiusmodi causas delegari, † vt
scribunt Bart.in dict. l. 1. in princ.
num. 12. & ibi Ang.num. 5. Castr.
num.9. Alex. num.60. & 64. Purp.
num. 598. vers. 4. & alij passim ff.
de off. eius, quia non, vt infirmitas, ita & occupatio est similis absentiæ: Nam absens nullam omnino causam expedire potest, occupatus verò potest, si non omnes, saltem aliquas, aut vnam expedire, Ideoque nulla subest ratio, cur potius hanc, quam illam delegare debeat, vt in his terminis considerat Ang. in dict. l. 1. in princ. num. 5. Quamobrem, nec aliæ causæ grauiores, in quibus ipsi magistratus iudicare iubentur, ob publicas occupationes, seu causarum multitudinem delegari possunt l. 2. C. de ped. Iudic. Sanè, si occupatio proueniat ex multitudine causarum criminalium, censent plerique, posse magistratum
143 vnam ex ijs delegare, † vt Bart.in
d.l.1.in prin.nu.13.et ibi Ang.nu.5.
ff.de off.eius, Ang.in d.l.1.§.qui man
datam nu.2. ff.eod. propterea, quod
eadem tunc esse videtur occupa-

 tionis,

tionis, quæ & absentiæ ratio, cum magistratus nequeat expedire causas, nisi aliquas ex ijs alteri committat.

Sed contrarium verius est, & receptius, *vti videre est apud Alex. in dict. l. 1. in princ. num. 61. & ibi Purp. num. 598. vers. sublimitat* ff. *de off. eius*, quia, cum tale impedimentũ non sit præcisum, nulla subest ratio, cur magistratus vnam potius, quam alteram causam delegare debeat, ideoq; nec ei delegatio permitti debet, *secundum ea, quæ diximus supra num. 142.*

Cum autem propter absentiam,
aut infirmitatem facta fuit meri im
perij delegatio, quæri solet, an ex-
tinguatur statim, atque magistra-
tus reuersus est, vel sanitatem re-
cuperauit. Et est verius statim ex-
144 tingui, † *vt scribunt Bart. in dict. l.*
1. in princ. num. 14. & ibi Ang. num.
4. Alex. num. 64. ff. *de off. eius*, quia,
cum tunc finita sit delegationis
causa, Consequens est, vt finiri
quoque debeat ipsa delegatio, *vt*
in his terminis considerat Bart. in d.
l. 1. in princ. num. 14.

Sed hæc de magistratibus dicun
tur. Princeps autem, quin etiam
meri imperij causas delegare pos-
145 sit, non puto dubitandũ † *ex l. fin.*
C. vbi sen. vel clar. l. 1. C. de precib.
Imp. off. cap. in Archiepiscopatu 4.
Extr. de rapt vt nec dubitant Bart.
in dict. l. 1. in princ. num. 9. & 10.
& ibi Ang. num. 6. Castr. num. 6.
Alex. num. 49. Purp. num. 606. Paul.
Oria. num. 60. Iac. de Nigr. numero
32. Alb. num. 33. Martin. Monter.
num. 22. ff. *de off. eius, Couar. lib. 3.*
varia. resol. cap. 20. num. 2. Andr.
Fach. lib. 9. Controu. cap. 99. Nam,
cum posset olim populus Roma-
nus, quippe qui publicas quæstio-
nes singulatim demandabat *l. 2. §.*
& quia, vt diximus ff. *de orig. iur.*
& diximus supra num. 17. Consequens est, vt possit etiam hodie princeps, in quem omnis populi potestas translata fuit, *l. 1.* ff. *de Constit. prin. §. sed & quod principi Inst. de Iur. nat.*

Nec est contrarium, quod prin-
ceps, licet legibus solutus sit *l. prin-*
ceps 30. ff. *de legibus*, legibus ta-
146 men viuit † *l. digna vox. 4. C. de*
legibus l. ex imperfecto 3. C. de te-
stam. §. vlt. Inst. Quibus mod. test.
inf. eaque ratione non debet fa-
cere ea, quæ legibus interdicta
sunt, vt est meri imperij delega-
tio, quia respondeo, meri impe-
rij delegationem esse quidem pro-
hibitam ordinarijs, sed non prin-
147 cipi, quia † princeps habet me-
rum imperium, vt proprium, &
proprio iure, ideoque id dele-
gare potest. Ordinarij verò non
habent id, vt proprium, & pro-
prio iure, siue iure magistratus.
sed vt alienum, & alieno benefi-
cio, *vt ostendimus supra numero*
113. & seqq. Quamobrem id de-
legare potest, ob generalem Iulia-
ni definitionem, qua dicimus, eos
tantum mandare posse, qui iuris-
dictionem habent iure suo, non
qui alieno beneficio *l. more 5.* ff. *de*
Iurisd.

Nec est, quod aliquis obij-
ciat; Imo etiam principem ha-
148 bere imperium alieno beneficio,
† idest, beneficio populi, a quo
fuit in eum omnis potestas trans-
lata *dict. l. 1.* ff. *de const. princ. dict.*
§. sed & quod principi Instit. de
Iur. nat. quia respondeo, licet
princeps habuerit imperium a po-
pulo, non tamen dici id habe-
re beneficio populi, quoniam
ea tantum dicuntur haberi alie-
no beneficio, quæ habentur, vt
aliena, non, quæ, vt propria.
Vnde, cum princeps habeat impe-
rium,

rium, vt proprium, nõ, vt alienum,
scilicet, quia fuit in eum translatũ
149 priuatiuè, vt indicant † illa ver-
ba, *ei.* & *in eum*, quæ leguntur *in*
dict. l. 1. ff. de const. princ. & *dict.*
§. sed & quod principi Inst. de Iur.
nat. secundum explicationem Ant.
Gou. lib. 2. varia. lect. cap. 30. Con-
sequens est, vt id habere censea-
tur iure suo non alieno benefi-
cio.

Planè de delegato principis du-
bitari solet, an causas meri impe-
rij delegare possit. Et veteres qui-
dem frequentes censuerunt pos-
150 se, † *vt gl. in l. vn. in verb. indican-*
dus, & ibi Bart. num. 5. Bald. num.
2. Ang. num 4. in fin. Castr. num 8.
C. Qui pro sua Iurisd. Bart. in dict.
l. 1. in prin. num 10. & ibi Ang. num.
6 Ias. num. 64. vers. teneas, Dec. nu.
84. Iac. de Nig num. 143. Seb. Sap.
num. 90. Alcia. num. 21. ff. de off.
eius, Bald. in rub. De off. & pot. iud.
deleg. num. 2. Ang. in l. a Iudice 5.
num. 2. & ibi Ias. num. 9. versic. Sed
contrariũ, & n. 11. vers. tene contra-
rium C. de Iudic. Iac. de Nig. in rub.
ff. de off. eius, num. 14. & ibi Cagn.
num. 43. vers. sed obstat, & num.
44. vers. quia tamen, Mart. Monter.
num. 55. vers. contra. Longou. ad l.
Imperium 3. num. 101. ff. de Iurisd.
Claud. Cantiun. lib. 2. De off. Iud.
cap. 2. num. 8. AEmil. Ferr. ad rub.
C. de mand. princ. num. 15. Donell.
lib. 17. commen cap. 22. Moti sunt
autem.

Primo *l. vn. C. qui pro sua iurisd.*
151 vbi † Theod. & Valent. scribunt,
a principe delègatum posse dele-
gare, *nullo personarum, causarumuè*
habito tractatu. Ergo delegare po-
terit, siue causa sit ciuilis, siue crimi
nalis, quia oratio vniuersalis nullũ
omnino casum excludit *l. Iulianus*
66. ff. de leg. 3.

Secundo, quia, qui alterius vi-
ces gerit, eandem habet potesta-
tem, quam habet is, cuius vices
gerit *§. sed neque Inst. de test. ord.*
Sed delegatus a principe gerit vi-
ces principis *cap. sanè 11. De off.*
& pot. iud. deleg. Ergo eandem,
quam princeps habere debet po-
testatem. Atqui princeps haud
dubiè potest delegare causas me-
ri imperij, *vt supra dictum est.* Po-
terit igitur & eius delegatus.

Tertio moti sunt argumento
ducto a simili: Nam res prohibi-
ta alienari, si semel alienetur, per-
petuo fit alienabilis *l. pater filium*
36. §. quindecim ff. de leg. 3. Ergo
& res prohibita delegari, (vt cau-
sa meri imperij) si semel delege-
tur, perpetuo fiet delegabilis. *Ita*
Bart. in dict. l. vn. num. 5. C. qui pro
sua Iurisd. & in dict. l. 1. in princ.
num. 10. ff. de off. eius: quia prin-
ceps semel delegãdo censetur cau-
sæ naturam mutasse, & eam in
perpetuum delegabilem effecis-
152 se, † *vt scribunt Bart. in dict. l. 1.*
in princ. numero 10. ff. de off. eius,
Bald. in dict. l. vn. num. 2. & ibi
Castr. num 8. C. qui pro sua iurisd.
Alcia. in rub. ff. de off. eius, num. 34.
vers. 6. Et, vbi res semel mutauit
suam naturam, amplius eam reti-
nere non potest *l. vn. versic. res*
verò, & versic. contra C. de Impo.
lucr. descr. lib. 10. cum a priuatio-
ne ad habitum non detur regres-
sus *l. qui res 98. §. aream ff. de*
solut. l. Mænius 68. duorum ff. de
leg. 2.

Quarto, quia delegatus a prin-
cipe est maior ordinarijs, *vt osten-*
demus in 10. cap. quæst. 9. Ergo
maiorem, quam illi debet habere
potestatem, & consequenter, licet
illi nõ possint delegare causas meri
imperij, Debet tamen posse dele-
gatus.

Verum his non obstantibus,

contrariam opinionem veriorem esse puto, causas scilicet meri imperij, ne a principis quidem delegato
153 subdelegari posse. † *Fuit hac sententia Alex. in d. l. 1. in princ. nu. 81. & ibi Paul. Orta. num. 138. Purp. nu. 621. vers. & ita ff. de off. eius, Ias. in l. a Diuo Pio § 5. in princ. num. 22. ff. de re Iudic. Alcia. (licet sub dubio) in rub. ff. de off. eius, num. 34. vers. 6. & ibi Camill. Plant. lib. 2. cap. 13. nu. 9. Men. de Arbitr. lib. 1. quaest. 54. nu. 3. Andr. Fach. lib. 1. contr. cap. 47.* Moueor autem.

Primo, quia causae meri imperij non possunt delegari ab ordinario, *vt dictum est supra nu.* 78. Nec igitur a delegato principis. Probatur consequentia Primo, quia non debet infirmiori cōcedi, quod potentiori denegatur *l. 3. in princ. ff de alien. iud. mut. caus. fact.* Sed delegatio causarum meri imperij denegatur ordinario, qui est potētior, & potentiorem habet iurisdictionem, quam delegatus, *vt ostendemus in 9. cap. quaest.* 10. Ergo non debet permitti delegato. Secundo probatur consequentia, quia, propter vnumquodq; tale, & illud magis *Auth. multo magis C. de sacr. eccl.* Sed principis delegatus habet potestatem subdelegandi, quia est instraordinarij, *vt ostendemus in eod. cap. 10. quaest. 8.* Ergo, si potestas subdelegandi causas meri imperij concederetur delegato principis, multo magis esset concedenda ordinario. Atqui ordinario non conceditur. Nec igitur delegato principis.

Secundo moueor, quia ratio, propter quam dicimus, meri imperij causas nō posse delegari, locum habet etiam in delegato principis. Nam ratio est, quia ordinarius non habet merum imperium iure suo, idest, iure magistratus, sed alieno beneficio, idest, beneficio populi, vel principis, vel Senatus, *vt diximus supra num. 110. & seqq.* At haec ratio locum habet etiam in delegato, quia nec ipse talem potestatem habet iure suo, sed beneficio principis, *vt dicemus in eod. cap. 10. q. 8.* Ergo, quod in ordinario receptum est, vt scilicet meri imperij causas delegare non possit, debet etiam in delegato principis obseruari. Et his quidem moueor fundamentis, non ijs, quibus alij plerique; mouentur.

Primum enim non moueor ea ratione, quod ea, quae specialiter lege, vel S.C. vel cōstitutione principū tribuuntur, mādari nequeant *l. 1. in princ. ff. de off. eius;* Sed causa meri imperij, quae a principe delegatur, specialiter tribuitur delegato, cum ea dicantur specialiter tribui, quae tribuuntur constitutione, *d. l. 1. in princ. ff. de off. eius,* & huiusmodi causa tribuatur delegato cōstitutione, nempe rescripto, quod vim constitutionis habet *l. 1. ff. de const. princ.* Non poterit igitur delegari, Quia nulla est vis huius argumenti: Nam rescripta principum, quae sunt personalia non generalia, non obtinent vim constitutionis, *d. l. 1. ff. de const. princ.* Nec operātur, vt ea, quae conceduntur, dicantur tribui specialiter eo modo, quo tribui dicuntur a Papiniano *in dict. l. 1. ff. de offic. eius,* scilicet, quia specialiter constitutione tribui dicuntur ea, quę nominatim alicui officio, & dignitati conceduntur in perpetuum, non verò, quae certae personae, & in certa causa; Alioquin enim nullam causam sibi commissam posset delegatus principis subdelegare, quia, cum omnis causa cōmittatur ei per rescriptum, censeretur etiam omnis ei specialiter tributa, & consequēter

ter nullam subdelegare posset. Atqui hoc falsum est, quia regulariter subdelegare potest *l. a Iudice 5. C. de Iudic.* Non facit igitur rescriptum, vt causa cẽseatur specialiter tributa.

Secundo nõ moueor, quod ea, in quibus cẽsetur electa industria personę, non possint delegati *cap. fin. §. is autem, cui. De off. & pot. iud. deleg.* Sed in causa meri imperij censetur electa industria personę delegati. Non poterit igitur ea delegari; Quia falsum etiam est, in huiusmodi causis censeri electam industriam personę, *vti demonstrauimus supra num. 104. & seqq.*

Tertio non moueor, quia, si delegatus principis posset subdelegare causas meri imperij, concurrerent circa eandem rem, atq; eandem personã duo specialia, Vnum, quia princeps ei delegaret causam meri imperij, quod est contra regulã *d. l. 1. in princ. ff. de off. eius*, Alterum verò, quia eandem causam subdelegaret delegatus cõtra regulam prædictam; Atqui hoc esset absurdum *l. 1. C. de dot. promiss.* Ergo & antecedens: Quia dupliciter hoc argumentum tolli posset; Primo negando hic duo concurrere specialia: Nam, vt princeps delegare possit merum imperium, non est speciale, *vt rectè animaduertit Alb. in d. l. 1. in prin. num. 33. ff. de off. eius*; Cum id faciat iure suo, & secũdum regulam, quę vult, omnem, qui iurisdictionem habet iure suo, posse delegare *l. more 5. ff. de Iurisd.* Secundo tolli posset, negando, esse absurdum, duo specialia circa eandem rem, atque eandem personam concurrere (tametsi contrarium vulgò sit receptum)

154 Nam id fieri posse, † vel ex vno iuris loco intelligimus, *nempe ex l. vn. C. de rei vx. actio.* vbi circa eandem ex stipulatu actionẽ pro dote competentem, tria potissimũ concurrunt specialia; Primum, quia, licet regulariter stipulatio, tãquam res facti *l. Consilio 7. §. vlt. ff. de Curat furio.* non intelligatur, nisi probetur facta *l. si emancipati 9. C. de collat.* in dote tamen intelligitur. Secundum, quia, licet regulariter actio ex stipulatu non detur, quando res certa petitur *tit. Instit. de verb. oblig. in princ.* tamen pro dote etiam certa datur. Tertiũ, quia, quamuis actio prędicta regulariter sit stricti iuris *dict. l. vn. §. sed & si non ignoramus C. de rei vx. act.* tamen, quando competit pro dote, est bonę fidei *d. §. sed & si non ignoramus, & §. fuerat Inst. de actio.* Concurrunt ergo circa eandem ex stipulatu actionem tria specialia.

Nec obstat *l. 1. C. de dot. prom.* quę vulgo solet ad hoc axioma comprobandum adduci, Quia, si quis diligenter attendat, non probat id ipsum, quod ex ea deducitur: Nam Alexander ibi, *Frustra existimas*, inquit, *actionem tibi cõpetere, quasi promissa dos tibi, nec præstita sit, cũ neque species vlla, neque quantitas promissa sit, sed hactenus nuptiali instrumento adscriptum, quod ea, qua nubebat, dotem dare, promiserat.* Itaque negat, actionem dari ex promissione dotis, quę certam non continet quantitatem: Sed, quia Papinianus *in l. cum post 70. §. gener. ff. de iur. dot.* contrarium dicere videtur, dum, *Gener*, inquit, *a Socero dotem arbitratu Soceri certo die dari, non demonstrata re, vel quãtitate stipulatus fuerat, arbitrio quoque detracto stipulationẽ valere placuit. Nec videri simile, quod fundo non demonstrato nullum esse legatum, vel stipulationem fundi constaret, cum inter modum constituendæ dotis, & corpus ignotum magna differen-

ferentia fit: Dotis enim quantitas pro modo facultatum patris, & dignitate mariti constitui potest. Ideo veteres, vt tollant diffidium, hanc in propofitis fpeciebus diuerfitatem confiderant, quia promiffio, de qua loquitur Papinianus, fuerat facta per ftipulationem, ea verò, de qua Alexander, per fimplex pactum, & inter hæc promittendi genera magna fubeft diuerfitatis ratio: Nam, vbi per fimplex pactum fuit facta promiffio, fi daretur actio, concurrerent circa eandem rem, atque eandem perfonam duo fpecialia, vnum, quia contra ius commune valeret promiffio incertæ quantitatis, Alterum verò, quia contra iuris ciuilis regulas daretur actio ex nudo pacto: Quod, quia abfurdum effet, ideo effecit, ne in fpecie Alexandri daretur ex promiffione incertæ quantitatis actio. At vbi promiffio facta fuit per ftipulationem, licet ex ea detur actio, non tamen ob id concurrũt duo fpecialia, quia non eft fpeciale in ftipulatione, vt actionem pariat, fed tantum, vt valeat fine expreffione certę quantitatis; Ideoque, cum vna tantum fingularitas confideretur, nil mirum, fi fauore dotis toleretur. Sed, quia etiam in fpecie Alexandri fuerat facta promiffio per ftipulationem, vt apparet ex illis verbis; *Sed hactenus nuptiali instrumento adscriptum, quod ea, qua nubebat, dotem dare promiserat*, cum verbũ, promitto, fcriptũ in inftrumento nõ ad pactum, fed ad ftipulationem referatur *§. si scriptum Inst. de inut. stip.* intelligimus hanc veterum confiderationem effe commẽtitiam, & merito reprobaram: Vera enim diuerfitatis, & conciliationis ratio non a modo promittendi (quid enim in dote refert, vtrum promiffio nuda pollicitatione, an verò ftipulatione facta fit? *l. ad exactionem 6. C. de dot. prom.*) fed a perfonis dotem promittentibus eft petenda: Nam, fi promiffio facta fit a patre nubentis (vt in fpecie Papiniani) vel ab auo eius paterno, magis eft, vt valeat, etiam non expreffa quantitate dotis; Quod, fi facta fit a nubente (vt in fpecie Alexandri) vel a quolibet extraneo, verius eft non valere. *Ita elegauter post Harmenop. lib. 4. Iuris Epit. tit. 8. conciliant Duar. ad rub.* ff. *sol. matr. tit. de dotib. cap. 2 & ibi Coras. nu. 17. Duar. lib. 1. disp. anniu. cap. 56. Coras. ad l. qui liberos 19. num. 92.* ff. *de rit. nupt. Connan. lib. 8. comm. cap. 8. num. 5. Cuiac. ad tit. C. de dot. prom & ad l. cũ post 70. §. gener.* ff. *de Iur. dot. in 4. lib. Resp. Papin. Andr. Fach. lib. 8. contr. cap. 75.* Nec eft obfura diuerfitatis ratio: Nam patris promiffio, licet exprefsè non contineat certam quantitatem, certa tamen eft, quia, cũ teneatur dotem filię fuę conftituere *l. qui liberos 19.* ff. *de rit. nupt. l. fin. C. de dot. prom. l. dotem dedit 6.* ff. *de coll. bon.* & quidem pro modo facultatum, & dignitate viri *dict. §. gener.* fi fimpliciter promittat dotem, cenfetur eam promififfe, ad cuius conftitutionem iure tenetur, *vt ait Papin. in d. §. gener.* At mulieris promiffio non expreffa certa quantitate eft omnino incerta, quia, cum mulier non teneatur fibi dotem cõftituere *l. fin. C. de repud.* & fi conftituat, poffit arbitrio fuo, vel omnia bona dare in dotem *l. mulier bona 73.* ff. *de Iur. dot. l. nulla 4. C. eod.* vel aliquam rem particularem cœteris extra dotem retentis *l. si ego 10. §. dotis* ff. *eod.* non poteft fimplex eius promiffio cenferi facta iuxta obligationem, quæ nulla eft, ideoque tamquam omnimo do incerta nullius debet effe momenti.

menti. Nec est contrarium, quod etiã mulieris promissio debeat intelligi iuxta vires patrimonij, & viri dignitatem *l. quaero 61. ff. de Iur. dot.* quia procedit hoc in ea definitione dotis, quæ fit a curatore mulieris: Nam, quia curatoris officium est, non permittere, vt adulta rebus abutatur, ideo, si nubens puella dotem immodicam constituat, eatenus consensum, & authoritatem suam accõmodare debet, quatenus patiuntur vires patrimonij mulieris, & exigit mariti dignitas. Sed ex hoc non sequitur ipsam mulierem teneri dotem dare pro viribus patrimonij, cum sit verius, eam posse arbitrio suo dotem constituere, vel maiorem, vel minorem, vel nullam. Ex quibus apparet commentitium esse, *quod ex l. 1. C. de dot. prom. deducitur*, axioma, quo vulgo dicitur, non posse duo specialia circa eandem rem, atque eandem personam concurrere, ideoque non esse in eo vim aliquam faciendam, sed in ijs tantum argumentis, quæ supra retulimus, & quibus.

Nõ aduersantur argumenta cõtraria; Primum enim non obstat *l. vn. C. qui pro sua Iurisd.* quia respondeo lõge alium esse eiusce legis sensum, quam veteres arbitren-
155 tur: † Nam illa verba, *nullo causarum habito tractatu*, non intelliguntur de qualitate, & natura causarum, nec significant, posse delegatum a principe subdelegare causas cuiuscunque qualitatis, & naturæ sint, idest, siue sint delegabiles, siue non, sed intelliguntur de causarum iurisdictione, & significant, posse eũ indistinctè delegare, nec esse quærendum, an causa, quã delegat, pertineat ad eius iurisdictionem, nec ne: Quem esse verũ eiusce loci sensum, intelligimus ex eo, quia proponitur ibi regula generalis, quæ vult, ita demum valere delegationem, si causa, quæ delegatur, pertineat ad delegantis, non ad alterius iurisdictionem, & præterea delegetur ei, qui iurisdictioni delegãtis sit suppositus. Deinde regula declaratur non procedere in ea delegatione, quæ fit a delegato principis: nam eo delegãte non est quærendum, vtrum causa pertineat ad ipsius iurisdictionem, nec an persona, cui committitur, sit eius iurisdictioni supposita, quia, nec causa, quæ non pertineat, nec persona, quæ non sit eius iurisdictioni supposita, considerari potest: Cum enim delegatus gerat vices principis *cap. sanè 11. De off. & pot. iud. deleg.* debet per consequentias in causa delegata eodem, quo princeps, censeri iure. Vnde, cum nulla sit causa, quæ non pertineat ad iurisdictionem principis, nullaque persona, quæ non sit eius iurisdictioni supposita, Consequens est, vt idem de eius delegato sit dicendum, & consequenter, vt eo delegante non sit quærendum, an causa sit de ipsius, an verò de alterius iurisdictione, & an persona sit eius iurisdictioni supposita, sed indistinctè valeat delegatio, *nullo personarum, causarumuè habito tractatu*. Non intelliguntur ergo illa verba de qualitate causarum, sed de earum iurisdictione; *Ita eleganter hunc locum interpretati sunt Castr. in d. l. vn. num. 1. C. qui pro sua iurisd. Ias. in dict. l. 1. in princ. num. 63. in fin. ff. de off. eius, & in l. a Diuo Pio 15. in princ. num. 22. ff. de re iud. Camill. Plant. in dict. rub. ff. de off. eius, lib. 2. cap. 13. num. 9. Menoc. de arbitr. lib. 1. quaest. 54. num. 19. Andr. Fach. lib. 1. contr. cap. 47.*

Ad secundum verò respõsio patet

tet ex ijs, quæ diximus *in 5.cap. quæst. 1.in fin.* Nam, quod dici solet, eum, qui alterius vices gerit, eandem cum illo habere potesta-
156 tem, intelligitur, † quoad ea, in quibus gerit vices, non quoad alia. Vnde, cum delegatus gerat vices principis in cognoscendo, & iudicando, Consequens est, vt in hoc eãdem, quam princeps habere debeat potestatem. Cœterum in iure delegandi, quia principis vices non gerit (cum hoc pẽdeat ab imperij proprietate, quæ non, vt in principe, ita & in eius delegato reperitur) nec per consequentias debet eodem cum illo censeri iure, Quemadmodum, nec delegatus ab ordinario cẽsetur eodem iure, quo ordinarius in potestate delegandi *l.more 5.ff.de Iurisd.* licet eius vices gerat *l.solet 16. ff.eodem,* quia gerit quidẽ vices in exercẽda iurisdictione, sed non in ijs, quæ a iurisdictionis proprietate pendent, vt pendet potestas delegandi, *secundum ea, quæ diximus in d.quæst. 1.in fin.* Nec obstat, quod delegatus a principe subdelegandi potestatem habeat *l. a Iudice 5.C.de Iud.* ideoque videatur etiam in ea, fungi partibus, & vice principis, quia respondeo, hãc potestatẽ non sibi vindicare ob id, quod principis vices gerat, sed ob similitudinẽ, quam habet cum ordinarijs, *vti diximus in 5.cap.quæst. 4.nu.5.& dicemus in 9.cap.quæst. 8.* Ideoque eatenus illi cẽseri concessam, quatenus ordinarijs permittitur. Cum igitur ordinarijs non sit permissum delegare causas criminales, sed tantum ciuiles, Consequens est, vt nec debeat censeri permissum delegato principis, *secũdum ea, quæ diximus in primo fundamento.*

Ad Tertium respondeo a prohibitione alienationis, ad prohibitionẽ delegationis non rectè duci argumentum, propterea, quod earum longè diuersa est ratio: Nam
157 prohibitio alienationis † non venit ex parte rei (quippe, quæ sui natura est alienabilis) sed venit ex parte personæ, quæ alienare prohibetur, ideoque, cum primum de illius potestate res exit, tamquam cessante impedimento, debet in perpetuum posse alienari, *dict. l. pater filium 36. §. quindecim ff. de leg. 3.* At prohibitio delegationis causarum meri imperij non venit ex parte personæ, cum etiam ab ijs, qui regulariter delegare possunt, harum causarum delegatio fieri nequeat, Sed venit ex parte rei, quippe, quæ sui natura non est delegabilis, ideoque, licet aliqua ratione fuerit causa semel delegata, non tamẽ sequitur, debere eam in perpetuum posse delegari. *Ita Alex.in dict. l. 1. in princ. num. 88. Men.dict.lib. 1. de Arbitr.quæst. 54. num. 25.*

Ad Quartum denique respondeo, Argumẽtum a minori ad maius valere affirmatiuè, puta, Licet ei, qui minor est, Debet igitur multo magis ei licere, qui est maior, Sed non valere negatiuè, quia nõ sequitur, Non licet minori, Ergo debet licere maiori: Fieri enim potest, vt neutri liceat. *Ita Men.dict. quæst. 54.nu. 28.& Andr.Fach.dict. lib. 1.contr.cap. 47.*

Hinc intelligimus, nõ esse quærendum, An subdelegatus a delegato principis possit subdelegare causas meri imperij, quia, cum ipsemet principis delegatus non possit, non est per consequentias, quod de eius subdelegato quæramus.

Sed posita communi, quæ vult delegatum a principe posse huiusmodi causas subdelegare, videretur

tur idem de eius subdelegato di-
cendum, quia, quod semel contra
sui naturam factum est delegabile,
perpetuo remanet delegabile, *vt
ex eorum sententia diximus supra
num. 152.*

Sed est verius, & receptius, ta-
lem subdelegatum non posse hu-
iusmodi causas alteri committere,
158 † *vti videre est apud Alex. in dict. l.
1. in princ. num. 82. & ibi Ias. num.
64. vers. Teneas Iac. de Nigr. num.
143. Purpur. num. 629. vers. 4. ff. de
off. eius*, quia, cum subdelegare ne-
queat etiam ea, quæ sunt simplicis
iurisdictionis, *vt diximus in 5. cap.
quæst. 4. num. 24.* Conseqnēs est, vt
multominus subdelegare possit ea,
quæ sunt meri imperij.

Nec obstat contrarium, quia re-
spondeo, id procedere ratione rei,
non ratione personæ: Nam ipsa
meri imperij causa per se erit (po-
sita communi) delegabilis, cum
semel fuit delegata, sed non pote-
rit delegari, quia persona dele-
gandi potestatem non habet, cum
subdelegatus a delegato princi-
pis nullo modo subdelegare pos-
sit, *vt diximus in dict. quæst. 4.
num. 24.*

Et sanè impedimetnum in casu
proposito non venire ex parte rei,
sed ex parte personę, vel ex eo in-
telligimus, quia dubium non est,
quin iurisdictio sui natura sit de-
legabilis *l. solet 16. ff. de Iurisd. &
dicemus in hoc cap. quæst. 24.* & ta-
men non potest delegari ab hu-
iusmodi subdelegato. Ergo, licet
res sit delegabilis, non tamen po-
terit delegari a subdelegato prin-
cipis, & consequenter impedimen
tū non venit a re, sed a persona, *vt*
159 † *& de delegato ab ordinario scri-
bunt Bart. in dict. l. Imperium 3. nu.
1. & ibi Ang. num. 15. in fin. ff. de
Iurisd.*

Sed hæc, quæ de mero imperio
diximus, non videntur hodie pro-
cedere, quia causæ meri imperij
non solum iure pontificio viden-
160 tur esse delegabiles, † *vt ex cap. in
Archiepiscopatu 4. De rapto. cap.
pen. Ne cler. vel mon. sec. neg. se imm.
clem. 1. §. 1. De hæret. cap. licet 2. De
off. vic. in 6. et cap. vlt. De off. & pot.
iud. ord. tradiderunt gl. in cap. quod
sedem 9. in verb. committere, De off.
& pot. iud. ord. Bart. in d. l. necquic-
quam 9. §. vbi decretum nu. 8. vers.
in 2. ff. de off. proc. & leg. Ang. in d. l.
1. in princ. num. 2. & ibi Alex. num.
91. Ias. num. 28. vers. 7. & num. 63.
vers. 2. Cagn. num. 26. Alcia. nu. 21.
Paul. Orta. num. 42. Martin. Monter.
num. 26. in fin. ff. de off. eius, Ang. in
dict. l. 1. §. qui mandatam num. 2. &
ibi Castr. num. 4. ff. eod. Ang. in dict.
l. Imperium 3. num. 14. in fin. & ibi
Alex. num. 24. Purp. num. 273. Cac-
cialup. num. 32. Longon. num. 102. ff.
de Iurisd. (quamquam non defue-
rint, qui contrariam sententiam ve-
riorem arbitrentur, vt Dec. in dict.
l. 1. in princ. num. 28. & ibi Alb. nu.
33. Iac. de Nigr. num. 32. Purp. num.
508. ff. de off. eius, Couar. lib. 3. va-
ria. resol. cap. 20. num. 4. Men. lib. 1.
de Arbitr. quæst. 54. num. 9. Andr.
Facb. lib. 9. controuer. cap. 99.)* sed
etiam iure ciuili, ex generali con-
suetudine, qua videtur id rece-
161 ptum, † *vt attestantur gl. in §. nul-
la, in verb. Iurisdictione Auth. de
defen. ciuit. coll. 3. Dec. in dict. l. 1.
in princ. num. 65. & ibi Cagn. num.
43. & Cuiac. in 1. lib. quæst. Papin.
ff. de off. eius, Cagn. in rub. ff. eodem
num. 45. Claud. Cantiun. lib. 2. de off.
iud. cap. 10. num. 12.* Et hæc de me-
ro imperio.

SVMMARIVM.

1 Tutoris datio cõpetit iure magistratus. Sed contra num. 7.

2 Tutor etiã a magistratu municipali dari potest, & num. 38.

3 Tutor datur a magistratu municipali expectato iussu præsidum, & num. 39.

4 Magistratus municipalis non potest dare tutores, nisi sibi subditos.

5 Magistratus municipales dant tutores ex authoritate sibi data a lege, non ex delegatione præsidis, & num. 12. licet alij contra senserint num. 9.

6 Tutoris datio est iurisdictionis, Sed contra num. 50.

7 Tutoris datio specialiter tributa fuit, & num. 8.

10 Magistratus municipales etiam ex iussu præsidis non dant tutores, quãdo pupilli facultates magnæ sunt. & num. 49.

11 Declaratur §. nos autem Inst. de Atil. tuto. & num. 65.

13 Tutoris datio est mixti imperij. Sed contra num. 16. & seqq.

14 Declaratur l. muto 6. §. tutoris datio, & num. seqq. vsque ad numerum 25.

17 Mixta non sunt, quæ simpliciũ qualitates non habent.

18 Tutoris datio neque est imperij, neque iurisdictionis, Declaratur nu. 23. & 24.

19 Imperij verbum simpliciter prolatũ refertur ad mixtum.

21 Imperium mixtum habens debet posse facere ea, quæ sunt imperij mixti.

22 Tutoris datio tributa fuit etiam ijs, qui non habent imperium mixtum.

25 Tutoris datio competit etiam ijs, qui non sunt magistratus.

26 Tutoris datio competit etiam decurionibus.

27 Decuriones non sunt magistratus.

28 Argumentum a tutoris datione ad magistratum non valet.

29 Tutorem dare nemo potest, nisi cui nominatim hoc ius datum est.

30 Mandari possunt, quæ competunt iure magistratus, nisi expectent superioris iussum. Sed contra num. 31.

32 Lex 12. tab. de tutela testamẽtaria, & legitima.

33 Tutelæ definitio declaratur, & numero 34.

35 Tutoris datio quibus tributa.

36 Lex Atilia dedit tutoris dationem prætori vrbano.

37 Lex Iulia, & Titia dedit tutoris dationem præsidibus prouinciarum.

40 Consulibus data est tutoris datio cõstitutione Claudij.

41 Tutoris datio fuit tributa prætori tutelari ex constitutione Diui Marci.

42 Iuridico Alexandriæ data est tutoris datio constitutione Diui Marci.

43 Tutoris datio fuit tributa legato procõsulis oratione Diui Marci, & Cur num. 90. & 91.

44 Tutor datur in vrbe a præfecto vrbi, & a prætore vrbano, Declara, vt num. 45.

46 Tutoris datio competit defensoribus ciuitatum, si pupilli facultates non excedant 500. aureos.

47 Senatusconsulta sequebantur orationes.

48 Orationes principum, & Senatusconsulta plerũque confunduntur, & cur.

51 Tribuni plebis non habebant iurisdictionem.

52 Tutor potest dari a patre, qui iurisdictionem non habet.

53 Iurisdictionis verbum quotupliciter accipiatur.

54 Iudicentis officium continet etiã ea, quæ neque sunt imperij, neque iurisdictionis.

55 Tutoris datio cõpetit iure magistratus.

tus, si pupilli facultates non excedant 500. aureos. Sed contra nu. 58. & 63.

56 *Tutoris datio intra 500. aureos est iurisdictionis, vel mixti imperij minoris num. 57. Sed contra numero 75.*

59 *Tutoris dationem an simpliciter habere dicantur magistratus minores intra 500. aureos, licet Antistitis cōsensus requiratur, & seqq. vsque ad num. 63.*

64 *Tutoris datio intra 500. aureos non competit omnibus magistratibus.*

66 *Magistratus appellatione sæpè denotantur municipales.*

67 *Defensores ciuitatū, & magistratus municipales distinguuntur.*

68 *Municipia erant redacta ad instar vrbis Romæ.*

69 *Decuriones erant consiliarij.*

70 *Decuriones erant veluti sua Curia Senatores.*

71 *Senatores distinguūtur a magistratibus.*

72 *Duumuiri, & magistratus municipales sunt vnum, & idem.*

73 *Defensores ciuitatum creabūtur ex plebe.*

74 *Defensores assimilātur tribunis plebis, Duumuiri verò consulibus.*

76 *Tutoris datio mandari potest. Sed contra num. 84.*

77 *Mandare, & iubere paria sunt. Sed contra num. 92.*

78 *Legatus proconsulis potest dare tutorem, Declara, vt num. 95.*

79 *Vicarius potest dare tutores, Declara, vt num. 96.*

80 *Tutoris datio mandari potest habenti iurisdictionem, non alijs, & Cur num. 81. Sed contra num. 83.*

82 *Declaratur l. ius dandi 3. ff. de tuto. & curat. & num. 93.*

84 *Tutoris datio mandari non potest.*

85 *Declaratur l. nec mādante 8. in prin. ff. de tuto. & cura. & nu. seqq. vsq; ad num. 90.*

88 *Dictio, Nec, est implicatiua, & extensiua.*

92 *Iussus præsidis in tutoris datione non est mandatum.*

94 *Tutoris datio non transfertur mandata generali iurisdictione.*

96 *Declaratur l. 2. C. de off. eius, qui vic. al. iud. obt.*

97 *Procurator Cæsaris plerunque tuebatur locum præsidis defuncti.*

98 *Vicarius quæ facere possit.*

99 *Vicariorum genera explicantur.*

100 *Tutoris datio intra 500. aureos mandari potest. Sed contra num. 101.*

An tutoris datio mandari possit.

Quæstio Tertia.



SEcundum exemplum earum facultatum quæ magistratibus specialiter tributę sunt, affertur in tutoris datione, de qua, quia nō consentiunt omnes, nec passim, ideo duplex nobis esse debet inspectio, vna, an competat iure magistratus, an verò specialiter tributa sit, Altera verò, an mandari possit.

Et in prima quidem inspectione, constat multum referre, vtrū loquamur de iure vetere, idest de iure Digestorum, an verò de iure nouo, &, si de iure nouo, vtrum pupilli facultates magnæ sint, an verò quingentos solidos non excedant: nam, si de iure vetere loquamur, aut etiam de iure nouo (quo casu pupilli facultates quingentos solidos non excedunt) duas esse constat nostrorum interpretum sententias, Primam existimātium competere iure ma-
1 gistratus; † *Quæ fuit opinio Bart. in l. 1. nu. 6. vers. opp. datio ff. de off. eius, & magis ex professo Fulg. ibi*

quem

quem sequuntur Alex. num. 34. Ias. num. 66. Purp. nu. 666. vers. & propterea, Paul. Oria. num. 93. Iac. de Nigr. num. 105. Castr. in l. 1. num. 4. ff. de Iurisd. Valas. in l. Imperium 3. num. 237. ff. de Iurisd. Mouentur autem.

Primo, quia iure magistratus competere dicuntur ea, quæ competunt omnibus magistratibus, etiam minoribus *l. 1. in princ. ff. de off. eius, secundum communem intellectum, quem retulimus in hoc cap. quæst. 1. num. 1.* Sed tutoris datio competit omnibus magistratibus etiam minoribus, cum etiam magistratibus municipalibus datum
2 sit ius dandi tutores † *l. ius dandi 3. ff. de tuto. & curat. l. 1. in prin. vers. sed si ff. de mag. conu. l. 2. §. si mater ff. ad Tertul.* Ergo competit iure magistratus.

Et, si dixeris, nõ esse datum simpliciter, sed expectato iussu præsi-
3 dum † *l. Lucius 47. §. cum in testamento ff. de adm. tut. §. sed hoc iure Inst. de Atil. tut.* respondent hoc non impedire, quominus datio tutoris dicatur etiam illis competere iure suo, quoniam hic iussus non est delegatio, nec tribuit magistratibus municipalibus dationẽ, quippe, quam habent a lege, sed solum remouet obstaculum, quod dationis actum impediebat, Id, quod ex eo videtur intelligi, quia, si quasi delegatio tribueret dationem, possent magistratus municipales omnes dare tutores etiã sibi non subditos, dummodo præsidi mandanti essent subiecti, quoniam id non facerent pro suo imperio, sed pro eo, cuius mandato darent, & cuius vices in datione referrẽt *l. & si prætor 3. ff. de off. eius*, Atqui non possunt ex præsidis iussu dare tutores
4 nisi sibi subditos † *dict. l. ius dandi 3. l. Diuus 24. ff. de tut. & cur. l. 1. §. si quando ff. de mag. conu. l. neque a præside 5. C. qui dar. tut. poss.* Non dant igitur vice præsidis, & ex eius delegatione, sed ex authoritate si-
5 bi data a lege. † *Ita explicant post Fulg. Castr. in dict. l. 1. num. 4. ff. de Iurisd. Alex. in dict. l. 1. num. 34. & ibi Ias. nu. 66. Purp. num. 666. vers. 4. & nu. 671. vers. 3. Iac. de Nig. nu. 106. ff. de off. eius.*

Secundo videtur hęc pars ea ratione comprobari, quia, quæ sunt iurisdictionis haud dubiè competunt iure magistratus *dict. l. 1. in princ. ff. de off. eius, & nos latius dicemus in hoc cap. quæst. 24.* Sed tutoris datio videtur esse iurisdi-
6 ctionis, † *vt censet Io. Iuuen. in l. Imperium 3, num. 28. ff. de Iurisd. & fatentur Eduard. pro Egu. fo. 9. Donell. lib. 17. commen. cap. 8. postea quam lege data est, & videtur probari*, quia tutor dicitur ab eo dari, cuius de ea re iurisdictio est *l. 3. ff. de postul.* & dari a pręfecto vrbi, vel a prętore, secundum suam iurisdictionem *§. sed hoc iure Inst. de Atil. tuto.* & ad iusdicentis officium pertinere, vt pupillis det tutores *l. 1. ff. de Iurisd.* Competit igitur iure magistratus.

Tertio demum suadetur hoc ipsum ea ratione, quia, si non competeret iure magistratus, nec mandari posset, nec mandata iurisdictione transferretur *dict. l. 1. in princ. ff. de off. eius.* Atqui mandari potest, & generali mandata iurisdictione transfertur, *vt tradunt ij, quos referemus infra nu. 76. & probare videntur argumẽta, quæ latius ibi commemorabimus.* Cõpetit igitur iure magistratus.

His tamen non obstantibus verius esse puto, quod alij frequentius tradiderunt, dationem scilicet tutoris in propositis speciebus nõ competere iure magistratus, sed

spe-

ſpecialiter eſſe tributã lege, vel S.
7 C.vel cõſtitutione principũ.† Fuit
hac ſententia gl. in l. 1. in princ.in
verb.mãdari poßunt, & ibi Iaſ.nu.
66.vbi teſtatur hanc eſſe communẽ,
Dec.nu.45.Cagn.nu.97.& 98.vbi
ait eſſe receptiorem,& ab ea non di-
ſcedendum Seb.Sap.nu 48. Alb. nu.
57. verſ.gl.in verb. ff de off.eius.gl.
in l.ius dandi 3.in verb.datũ eſt om
nibus,quã ibi ſequitur Bart. ff. de
tut.& cur.Eiuſdẽ opinionis fuerũt,
qui ſimpliciter aiunt,tutoris dationẽ
non competere iure magiſtratus,ſed
8 tribui ſpecialiter, † vt Caccial.in l.
Imperium 3.nu.36.& ibi Longo.nu.
135.& 152.ff.de Iuriſd.Alcia.ad l.
1.nu.35.ff.de Iuriſd.Villalo.in cõm.
opin.in verb.Tutoris datio Mar.Sa-
lom.ad l. 1.nu.3. & 4.& ibi Coraſ.
nu.3.& 4.Egu.Baro,Cuiac.in 1.lib.
q.Pap. Leſcu.nu.118. ff.de off.eius,
Claud.Cant.lib.2.de off.iud.cap.10.
nu.8.Nico.Bell.lib.1.ſupp.cap.2.nu.
5.Vac.a Vac.lib.6.decl 79.num.11.
Duar.ad tit.ff.de Iuriſd.cap.5.et 7.
ad l. Imperium 3.& ad l.more 5. ff.
eod.Coraſ.lib.5.Miſcell.cap.24.n.1.
& ad l.1.nu.18.ff.de Iuriſd.Egu.Bar.
ad l.pen.ff.de off.proc.& leg. & ad l.
1.& ibi Ant.Goa.nu.12.ff.de Iuriſd.
Egu.Bar.lib.1. var. quæſt.fo.27. &
ad l.cognitio 4.in prin.ff.de off.eius,
Cam.Plaut.in rub.ff.de off.eius lib.2.
cap.13. nu.4. Petr.Fab.ad d.l.nemo
poteſt 71.ff.de reg.iur. Ant.Goa.lib.
1.de Iuriſd. nu.17. Eduar.pro Egu.
fo.9.Don.d.lib.17.cõm.cap.8. Non
moueor autem, vt ita ſentiam ea

Primum ratione,qua moti ſunt
antiquiores interpretes, quod ſci-
licet ea dicantur tribui ſpecialiter,
quę maioribus tantũ magiſtratibus
in priuilegiũ conceduntur, d.l.1 in
prin.ff.de off.eius,ſecundũ communẽ
antiquorum intellectum, quẽ retuli-
mus in hoc cap.q.1.nu.1. Et tutoris
datio in propoſitis ſpeciebus fit
huiuſmodi,cũ magiſtratus munici-
pales eam non habeãt iure ſuo,ſed
tantũ ex iuſſu, & delegatione præ-
9 ſidis, † vt in his terminis cõſiderant
gl.in d.l. ius dãdi 3. in verb.datũ eſt
omnibus,quã ibi ſequitur Bart.ff.de
tut.et cur.gl in d.l.1.in prin.in verb.
mãdari poßũt, & ibi Dec.n 45.ff.de
off.eius,gl.in l. 1. in verb.tutores cõ-
ſtituere ff de Iuriſd. qa nulla eſt vis
huius rationis,vt cõſtat ex multis,&

Primo ex eo,quia ſupponit ea,q̃
maiores tantum magiſtratus facere
poſsunt, dici ſpecialiter illis tribu-
ta,quod tamen eſſe falſum, oſtendi-
mus in hoc cap.q.1.nu.6.& intelligi-
mus ex eo, quia magiſtratus muni-
cipales non poſſunt facere ea, quæ
ſunt magis imperij quã iuriſdictio-
nis l.ea qua 26. ff.ad municip. & ta-
men eadem ipſa competunt maio-
ribus iure magiſtratus, & more ma
iorum, non verò ſpeciali legis ali-
cuius beneficio, vt latius oſtẽdemus
in hoc cap.q.11.12.& 13.

Secũdo,qa ſupponit,magiſtratus
municipales iuſſu præſidũ interue-
niẽte,& olim potuiſſe,& hodie poſ
ſe dare tutores,licet pupilli faculta-
tes magnæ ſint, q perſpicuè falſum
10 eſſe conſtat † ex §.ſed hoc iure Inſt.
de Atil.tut vbi Iuſtinianus; Sed hoc
iure vtimur, inquit, vt Romæ quidẽ
præfectus vrbi,vel prætor,ſecundum
ſuã iuriſdictionẽ, in prouincijs autẽ
præſides ex inquiſitione tutores crea-
rent,vel magiſtratus iuſſu præſidũ,ſi
non ſint magnæ pupilli facultates:nã
ex his verbis intelligimus magi-
ſtratus municipales ante Iuſtiniani
conſtitutionem, non potuiſſe da-
re tutores ſine iuſſu præſidum,cum
iuſſu verò ita demum ſi non erant
magnæ pupilli facultates. Ergo
ſi magnæ, ne iuſſu quidem inter-
ueniente dare poterant, quoniam
illa dictio, ſi, denotat cõditionem,
qua non impleta diſpoſitio locum

habere nequit. Neque hoc ius fuit
a Iustiniano correctum *in §. nos au-*
11 *tem Inst. eod.* quippe, qui † hoc so-
lum disposuit, vt quibus casibus
olim magistratus municipales da-
bant tutores expectato iussu præ-
sidum, hodie dent etiam non expe
ctato iussu; Nec solum magistratus
municipales, sed etiam defensores
ciuitatis vnà cum eiusdem ciuita-
tis religiosissimo Antistite. Itaque,
quibus casibus olim datio solis prę
sidibus erat iniuncta, nihil ex anti-
quo iure mutatum est.

Tertio demum, quia supponit,
interueniente iussu pręsidis, nō ha-
bere magistratus municipales da-
tionem tutoris ex authoritate sibi
data a lege, sed ex authoritate prę-
sidis, quod tamen esse falsum con-
stat *ex ijs, quæ retulimus supra nu. 3.*
nam ille iussus non est mandatum,
nec impedit quominus magistra-
tus dicantur habere tutoris datio-
nem a lege, sed hoc solum opera-
tur, vt potestas dandi tutoris, quæ
beneficio legis competebat magi-
stratibus non simpliciter, sed sub
conditione, si iussus præsidis inter-
uenisset, & hoc modo non pote-
rat explicari, & ad effectum per-
duci, quasi obstaculo remoto, &
impleta cōditione exerceri possit,
12 † *vt rectè docuerunt ij, quos retuli-
mus supra num. 5. quorum in hac re
veram esse sententiā (licet in eo fal-
lantur, quod dationem tutoris putāt
competere iure magistratus) facile
erit ex ijs intelligere, quæ dicemus
infra num. 92.*

Secundo non moueor ea ratio-
ne, qua pariter veteres interpretes
moti sunt, quod scilicet ea, quæ
mixti sunt imperij censeantur spe-
cialiter tributa maioribus tantum
magistratibus, *dict. l. 1. in princ. ff. de
off. eius, secūdum communem eorun-
dem intellectum, quem retulimus in
dict. quæst. 1. nu. 1.* Et tutoris datio,
13 sit mixti imperij, † *vt censent gl. in
l. muto 6. § tutoris datio, in verb. ne-
que imperij, & ibi Bart. in princ. &
num. 1. vers. fateor ff. de tutel. gl. in l.
vlt. in verb. & veteribus C. vbi, &
apud quem gl. in l. 1. in verb. tutores
cōstituere, & ibi Bart. num. 6. Castr.
nu. 4. Alex. nu. 19. & 20. vers. minus
Ias. num 6. Paul. Oria. nu. 36. Purp.
nu. 74. ff. de Iurisd. gl. in §. sed hoc
iure, in verb. Iussu præsidum Inst. de
Attil. tut. Azo in summ. C. de Iurisd.
omn. Iud. nu. 19. Ias. in l. 1. nu. 66. &
ibi Purp. num. 664. & 665. in fi. vbi
testatur hanc esse communem, & re-
ceptam sententiam (licet num. 669.
dicat disputando posse contrarium su-
stineri) Cagn. nu. 95. ff. de off. eius,
Caccial. in l. Imperium 3. num. 56.
& ibi Alcia. num. 222. Valas. num.
234. & 237. ff. de Iurisd. Alcia. lib. 2.
Parad. cap. 1. nu. 3.* Quoniā, & hæc
ratio duplici ex causa conuincitur
falsa, &

Primo, quia verius est, ea, quæ
sunt mixti imperij, non tribui spe-
cialiter, sed competere iure magi-
stratus, *vti latius ostendemus in hoc
cap. quæst. 6.*

Secundo, quia verius est, tutoris
dationem nō esse mixti imperij, vt
ex ijs, quæ mox dicemus facile erit
intelligere. Sed moueor.

Primo *l. muto 6. §. tutoris datio
ff. de tutel.* vbi Vlpianus *Tutoris da-
tio,* inquit, *neque imperij est, neque
iurisdictionis, sed ei soli competit, cui
nominatim hoc dedit, vel lex, vel
S. C. vel princeps:* Quibus verbis
nō significat tutoris dationem, ne-
que esse imperij solius, neq; solius
iurisdictionis, sed vtriusque simul,
14 & sic imperij mixti; † *Quomodo
interpretatur ibi gl. in verb. neque
imperij, & post eam Castr. in dict. l. 1.
num. 4. ff. de Iurisd. Ias. in dict. l. 1.
num. 66. ff. de off. eius;* Quoniam

hæc explicatio, vt commentitia
merito fuit a recentioribus impro-
15 bata, † vt ab Alcia. in dict. l. 1. nu.
35. & ibi Cuiac. in secunda recita-
tione ff. de Iurisd. omn. Iudic. Lon-
gou. in dict. l. Imperium 3. num. 135.
ff. eodem, Claud. Cantiun. dict. lib. 2.
de off. Iudic. cap. 10. num. 8. Mar.
Salom. in dict. l. 1. in princ. num. 4.
& ibi Lescur. num. 121. ff. de off.
eius, Nico. Bello. dict. lib. 1. Suppat.
cap. 2. num. 2. & 3. Vaco. a Vacu.
dict. lib. 6. declar. 78. num. 13. Co-
ras. lib. 5. Miscell. cap. 24. num. 1.
Mynf. ad §. sed hoc iure num. 9.
Inst. de Attilia. tuto. nam verius est
tutoris dationem non esse mixti
16 imperij, † vt præter supra relatos
tradiderunt Paul. Oria. in dict. l. 1.
in princ. num. 93. & ibi Cuiac. in 1.
lib. quæst. Papin. ff. de off. eius, & ij,
quos referemus infra numero 24. &
probatur.

Primo, quia, quæ simplicium
qualitates non habent, nō possunt
17 esse mixta † l. quæritur 10. ff. de stat.
hom. Sed tutoris datio non habet
simplicium qualitates, quia neque
est imperij, neque iurisdictionis
18 † d. §. tutoris datio. Non potest igi-
tur esse mixta, seu mixti imperij,
Ita Nico. Bell. dict. lib. 1. Supp. cap. 2.
num. 3.

Secundo, quia, quę sunt mixti
imperij non dantur lege, sed com-
petunt more, vt latius ostendemus
in hoc cap. quæst. 6. Sed tutoris da-
tio lege datur dict. §. tutoris datio.
Non est igitur mixti imperij.

Tertio, quia imperium simplici-
ter cum dicimus mixtum intelligi-
19 mus † l. 2. ff. de in ius voc. l. & si præ-
tor 3. ff. de off. eius, l. cum prætor 12.
§. Item hi ff. de Iudic. & latius osten-
dimus in hoc cap. quæst. 2. num. 71.
Sed tutoris datio dicitur simplici-
ter non esse imperij d. §. tutoris da-
tio. Non est igitur mixti.

Quarto, quia, dum Vlpianus ait,
tutoris dationem non esse imperij,
20 † vel sentit de mero, vel de mixto
(totidē enim sunt imperij species
l. Imperium 3. ff. de Iurisd.) Atqui
non sentit de mero, quod ex eo in-
telligimus, quia, cum ea, quæ sunt
imperij, opponat ijs, quę nomina-
tim tribuuntur lege, vel S. C. vel
constitutione, vt apparet ex illa
dictione, sed, quæ ponitur inter di-
uersa, & opposita demonstrat se
loqui de eo imperio, quod non tri-
buitur nominatim. Atqui huius-
modi non est imperium merum,
quippe, quod nominatim lege da-
tur l. 1. §. qui mādatam vers. verius
ff. de off. eius, & diximus in præced.
quæst. num. 18. Non sentit igitur de
imperio mero; Ergo sentit de mix-
to, & consequenter hoc ait, tutoris
dationem non esse imperij, nec iu-
risdictionis, idest, nec esse imperij
mixti, nec simplicis iurisdictionis,
sed esse facultatis, quę nominatim
datur lege, vel S. C. vel constitu-
tione, vt rectè interpretātur ij, quos
referemus infra num. 24.

Quinto, quia, si mixti esset im-
perij, posset ab omnibus expediri,
qui mixtum imperium habent:
Essent enim hęc quodāmodo con-
traria, habere quem mixtum im-
perium, & non posse facere ea, quę
21 sūt mixti imperij, † vt scribit Purp.
in d. l. 1. num. 665. vers. 1. ff. de off.
eius. Atqui non potest ab ijs om-
nibus expediri, quia nec olim tu-
tor dari poterat a consulibus, vel
prætoribus, vel id genus alijs, qui
mixtum habent imperium, nisi po-
stea, quam eis nominatim fuit hoc
ius tributum legibus, vel constitu-
tionibus, vt dicemus infra num. 34.
Nec hodie dari potest ab omni-
bus, sed ab ijs tantum, quibus spe-
cialiter hoc ius datum est, dict. §.
tutoris datio, & ostendemus infra

num.64. Non eſt igitur mixti im-
perij.

Sexto demum, quia, ſi eſſet mix-
ti imperij, non poſſet ijs compe-
tere, qui mixtum imperium non
habent *l. ea qua 26.* ff. *ad municip.*
Atqui competere poteſt, ſi nomi-
22 natim eis data ſit tutoris datio: †
nam competit magiſtratibus mu-
nicipalibus *l. ius dandi 3.* ff. *de tut.*
& cur. qui facere non poſſunt ea,
quæ mixti ſunt imperij *dict. l. ea*
qua: Imo & priuatis, qui ne iu-
riſdictionem quidem habent, *vt*
dicemus infra numero 52. Non eſt
igitur mixti imperij, & conſeqnen
ter non ſignificat Vlpianus, tuto-
ris dationem eſſe mixti imperij,
dum ait, eam neque eſſe impe-
rij, neque iuriſdictionis; Sed ſi-
gnificat, eam non competere iu-
re magiſtratus, ſed ſpecialiter tri-
23 bui, † *vt eleganter explicant Cu-*
iac. ad dict. l. 1. ff. *de off. eius, in 1.*
lib. quæſt. Papin. & ibi Leſen. nu-
mero 118. *Donell. dict. lib. 17. com-*
men. cap. 8. nam, cum ijs, quę ſpe-
cialiter, & nominatim tribuuntur
ea tantum ſoleant opponi, quæ
competunt iure magiſtratus *dict.*
l. 1. in princ. ff. *de off. eius*, & ijſ-
dem opponat Vlpianus ea, quæ
ſunt imperij, vel iuriſdictionis,
non obſcurè ſignificat, ea, quæ
ſunt imperij, vel iuriſdictionis, eſſe
eadem ipſa, quæ competunt iure
magiſtratus.

Et ſanè, quæcunque compe-
tunt iure magiſtratus, vel ſunt im-
perij, vel iuriſdictionis, & magi-
ſtratus ea faciunt, vel propter vim
imperij, &, quod imperium ha-
beat, vel propter vim iuriſdictio-
nis, Propter vim imperij, vt cum
dant iudicem *l. cum prætor* 12. §.
Item hi ff. *de Iudic.* cum iubent,
caueri, vel in poſſeſſionem mit-
tunt *l. iubere caueri* 4. ff. *de Iuriſd.*
aut id genus alia faciunt, *quæ la-*
tius proſequemur in hoc cap. quæſt.
11. & ſeqq. Propter vim verò iu-
riſdictionis, vt, cum decernunt,
cum pronuntiant, aut faciunt ſi-
milia, *de quibus agemus in hoc eo-*
dem cap. quæſt. 24. Tutores autem
non dant magiſtratus propter vim
imperij, vel iuriſdictionis, nec,
quod imperium, aut iuriſdictio-
nem habeant, nam Conſules, &
prætores etiam initio, & quo tem-
pores conſtituti ſunt, habebant
imperium, & iuriſdictionem *l. 2.*
§. exactis, & §. cumque conſules
ff. *de orig. iur. l. 2.* ff. *de in ius voc.*
& tamen non poterant dare tuto-
res, *vti mox oſtendemus*: ſed ideo
dant, quia nominatim hoc ius
eis tributum eſt lege, vel S. C. vel
24 conſtitutione principis, † *vt in*
ſpecie, & ex ſententia Vlpiani,
quem ita interpretantur, rectè tra-
diderunt gloſ. in l. 1. in princ. in
verb. darè poterit ff. *de tut. & cur.*
Iac. de Aret. quem refert Bart. in
dict. §. tutoris datio num. 1. Alcia.
in dict. l. 1. numero 35. ff. *de Iu-*
riſd. Claud. Cantiun. dict. lib. 2. de
off. iud. cap. 10. num. 8. Longou. in
dict. l. Imperium 3. num. 135. &
139. ff. *de Iuriſd. Mar. Salom. in*
dict. l. 1. num. 3. & 4. & ibi Coraſ.
num. 2. Cuiac. in 1. lib. quæſt. Pa-
pin. ff. *de off. eius, Vaco. a Vacu.*
dict. lib. 6. decl. 78. num. 13. Nico.
Bello. dict. lib. 1. Supput. cap. 2.
num. 2. Coraſ. lib. quinto, Miſcell.
cap. 24. num. 1. & in dict. l. 1. num.
19. ff. *de Iuriſd. Eduard. pro Egu.*
fo. 9. Myнſ. in §. ſed hoc iure num. 7.
Inſt. de Attil. tuto. Et poſſe diſpu-
tando dici fatetur Purp. in d. l. 1. nu.
664. verſ. 2. ff. *de off. eius.* Non com-
petit igitur tutoris datio iure ma-
giſtratus.

Secundo moueor, quia ſi iu-
re magiſtratus competeret, ſolis
com-

competeret magiſtratibus. Atqui
competit etiam ijs, qui magiſtra-
tus non ſunt, ſi ius hoc nomina-
25 tim eis datum ſit; † nam competit
legato proconſulis *l. 1. §. legatus ff.*
de tut. & cur. qui priuatus eſt, non
magiſtratus, *vt dicemus in 9. cap.*
quæſt. 5. & decurionibus, ſi magi-
26 ſtratus abſint † *l. vbi abſunt 19. ff.*
de tut. & cur. l. decreto 6. ff. qui
pet. tut. qui & ipſi magiſtratus non
ſunt, & a magiſtratibus diſtinguun
27 tur † *in dict. l. vbi abſunt, & dict.*
l. decreto. Non competit igitur iu-
re magiſtratus.

Hinc fit, vt probabilis non ſit
hæc conſequentia Tutorem dare
poteſt. Ergo eſt magiſtratus, vel
contra, Tutorem dare non po-
teſt. Non eſt igitur magiſtratus,
28 † *vt eleganter animaduertit Cuiac.*
ad dict. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib.
quæſt. Papin. quia nec vllus ma-
giſtratus tutorem dare poteſt, ni-
ſi ſpecialiter hoc ius ei datum ſit
aliqua lege, vel S. C. vel conſti-
29 tutione † *dict. §. tutoris datio.* Nec
is, qui magiſtratus non eſt, a datio-
ne repellitur, ſi nominatim ei data
ſit, *vt ſupra diximus.*

Tertio moueor, quia, ſi iure
magiſtratus competeret, vtique
mandari poſſet *dict. l. 1. in princ.*
ff. de off. eius; Atqui mandari non
poteſt *l. nec mandante 8. ff. de tut.*
& cur. & latius oſtēdemus infra nu.
84. Non competit igitur iure ma-
giſtratus.

Nec eſt, quod reſpondeas, ita
demum ea, quæ competunt iure
magiſtratus poſſe mandari, ſi com-
petant ſimpliciter, ſecus verò, ſi
alterius requirant iuſſum, & au-
thoritatem, ad hoc, vt exerceri
poſſint, vt requirit datio tutoris,
quippe quæ a minoribus exerce-
ri non poteſt, niſi iuſſu præſidis
30 interueniente, † *vt in ſpecie re-*
ſpondent ex ſententia Fulg. Alex.
in dict. l. 1. num. 34. & ibi Iaſ. num.
66. Purp. num. 663. & 666. Iac. de
Nigr. num. 106. verſ. & retenta ff.
de off. eius, quia præter id, quod
falſum eſt ex præſidis iuſſu tuto-
rem dari poſſe a magiſtratibus mi-
noribus, cum pupilli facultates
magnæ ſunt, *vt oſtendimus ſupra*
num. 10. non tollit etiam hæc re-
31 ſponſio vim argumenti: nam †
præſidi, qui nullius expectat iuſ-
ſum, competit tutoris datio ſim-
pliciter, & ideo, ſi ei compete-
ret iure magiſtratus, poſſet ab eo
demandari, quod tamen iuris ra-
tio non admittit. Magis igitur
eſt, vt non competat iure magi-
ſtratus.

Et ſanè primis temporibus nul-
la erat datiua tutela; quia lex 12.
tabularum ita fuerat concepta.
Paterfam. vti ſuper pecunia, tu-
telauè rei ſuæ legaſſit, ita ius eſto,
Quod ſi inteſtato moritur, agnato-
rum gentiliumque in eo, pecunia-
que eius poteſtas eſto, quibus ver-
bis non niſi teſtamentariam, & le-
32 gitimam tutelam introduxerat, †
vt de teſtamentaria, & verbis eam
introducentibus conſtat ex l. ſæpè
53. ff. de verb. ſign. & Vlp. tit. 11.
Inſtit. & ſcribunt Rauar. ad leges
12. tab. cap. 12. Balduin. ad eaſd.
leges cap. 20. Pard. Prat. in ſua Iu-
riſprud. vet. ad eaſd. leges cap. 24.
& Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de off. eius,
in 1. lib. quæſt. Papin. & ad l. 1. ff.
qui pet. tut. in 7. libr. differ. Modeſt.
De legitima verò, ſiue de verbis,
quibus inducta fuit conſtat ex dict.
l. ſæpè 53. ff. de verb. ſign. licet
Balduin. ad eaſd. leg. 12. tab. cap.
22. Cuiac. lib. 10. obſer. cap. 11.
& alij variè 12. tab. confingant ver-
ba: Quamobrem, & in tutelæ
definitione, quam tradidit Ser-
33 uius † *in l. 1. in princ. ff. de tutel.*

K 3 *& in*

& in §. c. Inſt. eodem verba illa Iu-
re ciuili data, atque permiſſa, ita
ſolent explicari quaſi dixerit Ser-
uius, tutelam eſſe vim, ac po-
teſtatem inre ciuili, ideſt lege 12.
tab. datam, atque permiſſam, da-
tam legitimis, permiſſam verò te-
ſtamentarijs: nam, quia legitimos
lex ipſa facit l. legitimos 5. in princ.
ff. de leg. tut. ideo poteſtas eis dici-
tur iure ciuili data, Teſtamentarijs
verò, quia lex eos non facit tuto-
res, ſed permittit teſtatoribus, vt
dent, l. 1. ff. de teſta. tut. §. permiſſum
Inſt. de tutel. dicitur permiſſa: De
datiuis verò Seruius non ſenſit,
quia tunc temporis nondum erat
34 datiua tutela in vſu, † vt eleganter
explicant Egu. Bar. in §. 1. Inſt. de
tutel. & ibi Cuiac. in antiq. not. &
in l. 1. ff. eodem. Quo fit, vt magi-
ſtratus non potuerint iure ſuo, ſiue
iure magiſtratus ſibi vindicare da-
tionem tutoris, quippe, quæ nec
legis, nec moris erat. Sed poſtea,
cum animaduerſum eſſet, multos
euenire caſus, in quibus pupilli
remanent tutoribus deſtituti, vel
quia nullus ſit eis teſtamentarius,
aut legitimus tutor, vel, quia ſpes
teſtamentarij legitimũ interim ex-
cludat, ſecundum ea, quæ ſcribuntur
in princ. tit. Inſt. de Attil. tut. ideo
pupillorũ vtilitati expedire viſum
eſt, ſi magiſtratibus tutoris datio
tribueretur ijs caſibus, quibus pu-
pilli non haberent ex lege 12. tab.
35 tutorem. Quamobrem † lata pri-
mum eſt lex Attilia, quæ dationem
tutoris in vrbe nominatim tribuit
prętori vrbano, & maiori parti tri-
36 bunorum plebis, † vt in d. prin. tit.
Inſt. de Attil. tut. Deinde lata eſt
lex Iulia, & Titia, quæ eandẽ pote-
ſtatẽ præſidibus prouinciarum in-
37 dulſit † d. prin. tit. Inſt. de Attil. tut.
& verò etiam magiſtratibus mu-
38 nicipalibus † l. in dãdi 3. ff. de cut.
& cur l. 1. in princ. verſ. ſed, ſi ff. de
magi. conu. l. neq; a præſide 5. C. qui
dar. tuto. poſs. l. 2. §. ſi mater ff. ad
Tertul. ſed expectato iuſſu præſidũ
39 † l. Lucius 47. §. cum in teſtamẽto ff.
de adm. tut. §. ſed hoc iure Inſt. de
Attil. tut. & ita demum, ſi non ſint
magnæ pupilli facultates dict. §. ſed
hoc iure, & nos oſtẽdimus ſupra nu.
10. Mox conſtitutione Claudij da
40 ta eſt tutoris datio conſulibus † §.
ſed ex his legib. Inſt. de Attil. tut. Vn
de Suet. in Claudio cap. 23. ſanxit,
inquit, vt pupillis extra ordinem tu
tores a conſulibus darentur. Poſtea
conſtitutione Diui Marci data eſt
illi prætori, quem ſpecialiter tute-
larem a dandis tutoribus appella-
41 bant † d. §. ſed ex his legibus Inſt. de
Attil. tuto. l. 2. verſ. quod ſi fœmina
C. quãd. mul. off. tut. fung. poſſ. & ſcri
bũt Cæl. Rhod. lib. 25 lect. antiq. cap.
30. Coraſ. ad l. 1. nu. 19. ff. de Iuriſd.
& ad d. l. 1. nu. 5. & ibi Leſcu. num.
125. ff. de off. eius, Vnde Capitoli-
nus in Marco, Prætorem tutelarem
primus fecit, inquit, cũ ante tutores
a conſulibus poſcerentur, vt diligen-
tius de tutoribus tractaretur: Einſ-
dem cõſtitutione data eſt iuridico
42 Alexandrię † l. 2. ff. de off. iur. Alex.
Eiuſdem oratione datã eſt legato
43 Proconſulis † l. 1. §. legatus ff. de tu-
to. & cur. l. pen. ff. de off. proc. & leg.
Nouiſſimè Iuſtinianus (cuius tem-
pore tutor in vrbe dabatur a præ-
fecto vrbi, vel a prętore ſecundum
44 cuiuſq; iuriſdictionem † §. ſed hoc
iure Inſt. de Attil. tut. nam a pręfe-
cto dabatur clariſſimis, a prætore
45 cœteris † l. 1. C. de tut. vel cur. ill. vel
clar. perſ. in prouincijs verò daba-
tur a præſidibus earum, & ſi non
erant magnæ pupilli facultates e-
tiam a magiſtratibus municipali-
bus ex iuſſu præſidum dict. §. ſed
hoc iure) cõſtitutione promulgata
effecit, vt etiam non expectato iuſ

ſu

ſu prçſidum dari poſſit a defenſori-
bus ciuitatum vna cum religioſiſ-
ſimo ciuitatis Antiſtite, & a magi-
ſtratibus municipalibus, ſi pupilli
facultates non excedant quingen-
56 tos ſolidos † §. *nos autem Inſt. de*
Attil. tut. Ex quibus apparet ve-
riſſimum eſſe, quod ſcripſit Vlpia-
nus *in dict. §. tutoris datio*, & *nos ſu-*
pra diximus, tutoris dationem nul-
li competere iure magiſtratus, ſed
ijs, quibus competit, ſpecialiter, &
nominatim datam eſſe, vel lege,
vel S. C. vel conſtitutione princi-
pis, lege, veluti, lege Attilia, vel Iu-
lia, & Titia, Senatus verò conſulto,
veluti oratione Diui Marci (nam
& orationes inter Senatusconſulta
numerantur, quia poſt orationes
47 Senatusconſulta ſequebantur † *l.*
oratione 16. ff. de rit. nupt. Quam-
obrē, & orationes principum, Se-
natusconſulta vocantur, & Sena-
48 tusconſulta dicuntur orationes: †
nam Oratio Diui Seueri de prçdijs
minorum ſine decreto non aliena-
dis, *de qua in l. 1. in prin. ff. de rebus*
eorum, vocatur S natusconſulium
in l. quamuis 9. l. ſlicitè 10. l. non ſit
12. ff. eod. & oratio Diui Marci de
tranſactione alimentorum futuro-
rum ſine decreto non facienda, *de*
qua in l. cū hi 8. in princ. ff. de tranſ.
appellatur Senatusconſultum *in l.*
eleganter 23. in fin. princ. ff. de cond.
ind. & contra Senatusconſultum
Orphicianum, quod temporibus
Diui Marci factum eſt, *tit. Inſt. de*
Senat. conſ. Orph. in princ. Diui
Marci oratio nuncupatur *in l. pen.*
ff. ad Tertul.) Conſtitutione de-
mum, veluti conſtitutione Clau-
dij, vel Diui Marci, vel Iuſtinia-
ni, *ſecundum ea, quæ ſupra dixi-*
mus.

Neque huic ſententiæ aduer-
ſantur contraria: nam ad Primum
reſpondeo dupliciter, & Primo
negando tutoris dationem om-
nibus magiſtratibus competere,
cum ſit verius competere ijs tan-
tum, quibus nominatim data eſt
lege. vel S. C. vel conſtitutio-
ne principis, *dict. §. tutoris da-*
tio, *& nos latè ſupra demonſtraui-*
mus.

Nec obſtat, quod data ſit etiam
magiſtratibus municipalibus *dict.*
l. ius dandi 3. ff. de tut. & cur. quia
49 † reſpondeo, Primo (non, vt ve-
teres dicebant, hoc non intelligi
ſimpliciter, ſed interueniente de-
mum iuſſu præſidis, quoniam hu-
ius reſponſionis nullam eſſe vim
oſtendimus *ſupra num. 3.* ſed re-
ſpondeo datam eſſe in eo dunta-
xat caſu, quo magnæ non ſunt pu-
pilli facultates, *vt ibid. oſtendemus*
num. 10. de quo nos hic non loqui-
mur.

Secundo reſpondeo, negando
ea, quæ competunt omnibus ma-
giſtratibus etiam minoribus, dici
competere iure magiſtratus, ſi no-
minatim eis data ſint aliqua lege,
vel S. C. vel conſtitutione, vt fa-
cile eſt ex ijs intelligere, quæ di-
ximus *in hoc cap. quæſt. 1. nume-*
ro 7. vbi demonſtrauimus vete-
rum explicationem, quam ad re-
gulam Papiniani *in dict. l. 1. ff.*
de off. eius, accommodant, eſſe
commentitiam, & omnium recen-
tiorum conſenſu merito reproba-
tam.

Ad Secundum verò reſpon-
deo, Imo tutoris dationem non
50 eſſe iuriſdictionis, † vt *tradunt*
omnes quos retulimus ſupra num.
24. & in ſpecie Egu. Bar. in dict.
l. cognitio 4. in princ. ff. de off. eius,
& probatur.

Primo *dict. §. tutoris datio*, vbi
Vlpianus *tutoris datio*, inquit,
neque Imperij eſt, neque iuriſdi-
ctionis.

Secundo, quia, quæ iurisdictionis sunt, more competunt, non lege dantur *l. 1. §. qui mădatam, vers. verius* ff. *de off. eius*. Sed tutoris datio datur lege *d. §. tutoris datio*. Nō est igitur iurisdictionis.

Tertio, quia si iurisdictionis esset competeret omnibus, qui iurisdictionem habent. Atqui non competit, *vt scribit Egu. Bar. in d. l. pen.* ff. *de off. proc.* cum ne consules quidem olim, aut prætores cæteriq; similes magistratus, qui iurisdictionē habebāt, tutores dare possēt, *vt ostendimus supra nu. 34.* nec hodie possint omnes magistratus, sed hi tantum, quibus hoc ius datum est lege, vel S.C. vel constitutione *d. §. tutoris datio, & diximus sup. nu. 24.* Non est igitur iurisdictionis.

Quarto demum, si iurisdictionis esset, non posset ijs competere, qui inrisdictionem non habent. Atqui potest, si nominatam eis hoc ius datum sit: nā olim ex lege Atilia competebat tribunis plebis, *tit. Inst. de Attil. tut. in prin.* qui iu-
51 risdictionem non habebant, † *vt scribūt Gell. li. 13. c. 13. Claud. Cant. lib. 2. de off. Iud. cap. 3. num. 13. & in terminis considerant idē Claud. Cantiun. d. lib. 2. c. 10. nu. 8. Mar. Salo. in in d. l. 1. num. 3.* ff. *de off. eius. Coras. lib. 5. miscell. cap. 24. nu. 4. & in d. l. 1. nu. 20.* ff. *de Iurisd.* & ex lege Iulia & Titia competit (si magistratus absint) decurionibus, *vt diximus sup. nu. 26.* qui nullam iurisdictionem habent, *vt in his terminis considerant, Longou. in d. l. Imperiū 3. n. 135. & 136.* ff. *de Iurisd. Coras. d. lib. 5. misc. c. 24. nu. 3. & in d. l. 1. nu. 20.* ff. *de Iurisd.* cum nec sint magistratus, *vt diximus supra nu. 27.* Imo ex lege 12. tab. competit patri *l. 1.* ff. *de test. tut.* qui tamquam persona priuata nullam omnino iuris-
52 dictionem habet, † *vt in his terminis considerant Iac. de Ares. quem refert Bart. in d. §. tutoris datio nu. 1. Alcia. in d. l. 1. num. 35.* ff. *de Iurisd. Purp. in d. l. 1. nu. 665. vers. 2. & ibi Cuiac. in 1. lib. q. Papin.* ff. *de off. eius Nico. Bell. d. lib. 1. Supp. c. 2. nu. 2. Coras. ad l. 1. nu. 19.* ff. *de Iurisd. Cuiac. lib. 21. obs. c. 30.* Et generaliter potest competere priuatis, si ius hoc eis tributum sit, *vt scribunt glo. in d. l. 1. in prin. in verb. dare poterit* ff. *de tut. & cur. Coras. d. lib. 5. miscell. c. 24. num. 1.* Non est igitur iurisdictionis.

Nec obstant §. *sed hoc iure* ff. *de Attil. tu. & l. 3.* ff. *de postul.* quia respondeo iurisdictionis verbū sum-
53 mi dupliciter † Interdum enim accipitur generaliter pro omni authoritate, & potestate magistratus, & hoc sensu cōplectitur etiam ea, quæ specialiter tribuūtur, puta exercitionem publici iudicij *l. 1. in prin. vers. & ideo* ff. *de off. eius*, legis actionem *l. 2.* ff. *de off. proc. & leg.* tutoris dationem *d. §. sed hoc iure d. l. 3.* & id genus alia. Aliquando verò sumitur specialiter pro potestate iurisdicundi de ciuilibus priuatorum causis, & cōtrouersijs, quę more competit, & in hac significatione sine dubio non complectitur ea, quæ specialiter tribuuntur, vt publici iudicij exercitionē *l. 1. in prin. vers. huius* ff. *de off. eius*, merum imperium *d. l. 1. §. qui mandatam vers. verius* ff. *eod.* tutoris dationem *d. §. tutoris datio, & scribit Egu. Bar. in l. 1.* ff. *de Iurisd.* & id genus alias facultates, quæ nominatim lege, vel S. C. vel constitutione tribuuntur. Si igitur iurisdictionis verbum accipiatur in priore significatione, fateor, tutoris dationem esse iurisdictionis; *Et ita accipiendi sunt loci in contrarium allegati.* Cœterum, si in posteriore, quæ propria est, & frequentior; Verius

rius

rius est tutoris datiooem noo esse
iurisdictionis, *vt ait dict. §. tuto-
ris datio.*

Minus obstat *l. 1. ff. de Iurisd.*
quia respondeo, tutoris dationem
ad iusdicentis officium pertinere,
sed oon esse iurisdictioois: latius
enim iusdicẽtis, quam iurisdictio-
nis, aut iurisdicundi officium pa-
tet: oam illud complectitur nõ so-
lum ea, quæ sunt iurisdictioois, aut
imperij, sed etiam ea, quæ neque
imperij, neque iurisdictioois sunt,
54 idest, quæ specialiter tribuuntur, †
*vt scribunt Egn. Bar. ad dict. l. 1. & ibi Ant. Gou. num. 12. & 24. ff. de Iu-
risd. Ant. Gou. lib. 2. de Iurisd. num.
14. Ant. Guib. cap. 10. quæst. iur. nu.
17. in fin. Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de off.
eius in 1. lib. quæst. Pap. & ad l. 1. ff.
de Iurisd.* scilicet, quia magistratus,
siue iusdicẽs non solum facere po-
test, & debet ea, quæ sunt propria
ipsius magistratus, & ei compe-
tunt iure suo, sed etiam ea, quæ
nominatim illi fuerunt iniuncta,
vel lege, vel S. C. vel constitu-
tiooe.

Ad Tertium deniq; respoodeo
negando tutoris dationẽ, aut man
dari posse, aut mandata iurisdictio-
ne transferri, *vt latius ostendemus
infra num. 84.*

Et hæc quidẽ de ea tutoris da-
tione dicuntur, quæ, aot vetere iu-
re fit, aut nouo, sed vltra 500. soli-
dos. Quod si fiat intra 500. aureos,
frequentius traditur competere iu
55 re magistratus. † *Ita enim censue-
runt gl. in dict. l. 1. in princ. in verb.
mandari possunt, & ibi Ang. num. 2.
in fin. Alex. num. 36. vbi testatur ita
magis communiter teneri, Purpur.
num. 666. vers. finaliter Paul. Oria.
num. 93. Iac. de Nigr. num. 105. Alb.
num. 57. in fin. ff. de off. eius, gl. in l.
ius dandi 3. in verb. datum est omni-
bus, quam ibi probat Bart. ff. de tut.
& cur. gl. in d. l. muto 6. §. tutoris da-
tio, in verb. neque imperij ff. de tut.
Ang. in l. 1. num. 7. & ibi Alex. num.
19. & 20. ff. de Iurisd. Valas. in dict.
l. Imperium 3. num. 237. vers. hodie
ff. de Iurisd. Et ita etiam videntur
accipiendi, qui simpliciter aiunt, tu-
toris dationem hodie competere iure
magistratus, vt Bart. in d. §. tutoris
datio num. 1. & ibi Bald.* Mouentur
autem.

Primo, qoia, quæ cõpetunt om-
nibus magistratibus etiam minori-
bus, dicuntur competere iure ma-
gistratus *l. 1. in princ. ff. de off. eius,*
Sed datio tutotis intra 500. soli-
dos cõpetit omoibꝰ magistratibus
etiam minoribus *§. nos autem Inst.
de Attil. tut.* Competit igitur iu-
re magistratus.

Secuodo, quia, quæ sunt Iuris-
dictionis aut imperij mixti mioo-
tis, competuot iure magistratus, *vt
de illis dicemus in hoc cap. quæst. 24.
De his verò scribit Bart. in l. Impe-
rium 3. num. 21. ff. de Iurisd.* Sed tu-
toris datio quæ fit intra summam
56 prædictam iurisdictionis est, † *se-
cundum Ang. in dict. l. 1. num. 7. ff.
de Iurisd.* vel mixti imperij mino-
57 ris † *secundum Bart. in d. l. 1. num.
6. & ibi Castr. num. 4. Alex. nu. 19.
& 20. vers. minus Purp. num. 74. ff.
de Iurisd. Ang. in d. l. 1. in princ. nu.
2. in fin. & ibi Cagn. num. 95. Purp.
num. 665. in fin. ff. de off. eius.* Com-
petit igitut iure magistratus.

Verum his non obstantibus pu-
to verius, quod alij tradiderunt,
tutoris dationem ne quidem intra
500. solidos competere iure magi-
stratus, sed specialiter esse tributã.
58 † *Fuit hac sententia Ias. in d. l. 1. nu.
67. & ibi Dec. nu. 45. Cagn. nu. 99.
ff. de off. eius Vac. a Vac. d. lib. 6. decl.
79. nu. 11. Eiusdem sententiæ fue-
runt omnes, qui simpliciter aiunt tu-
toris dationem specialiter tribui, nõ*

verò

verò cõpetere iure magistratus, quos
*recensuimus supra nu.*8. Non moueor
59 autẽ, vt ita sentiã ea ratione, qua †
Ias. in d.l.1.nu.67.& ibi Dec.nu.45.
Cagn.n.99. ff. *de off. eius, Vac. a Vac.*
*d.lib.6.decl.79.nu.*11.*& alij* pleriq;
moti sunt, quia scilicet minoribus
magistratibus intra 500. solidos nõ
competit datio tutoris simpliciter,
sed adhibito demum religiosissi-
mi Antistitis consensu *d.§. nos autẽ*
Inst. de Attil. tut. ideoq; non vide-
tur posse dici simpliciter compete
re omnibus magistratibus, quia nul
la est vis huius argumenti; nam li-
cet alicuius consensus in datione
requiratur, nõ tamẽ ex hoc sequi-
tur, quin is, cui data est tutoris da-
tio, dicatur habere ius dandi tu-
toris simpliciter, vt ecce lege Atti-
lia non est permissum prætori vr-
bano dare tutorem, nisi adhibito
consensu maioris partis tribuno-
rum, *vt in prin. tit. Inst. de Attil. tut.*
& tamen ex hoc non impeditur,
quominus simpliciter dicatur ha-
bere ius dandi tutoris *in l.1.§. neq;*
prætor ff. *de mag. conu. §. fin. Inst. de*
satisd. tut. Licet igitur ex Iustinia-
ni constitutione non possint mino-
res magistratus dare tutores, nisi
adhibito cõsensu religiosissimi An
tistitis, non tamen ex hoc sequitur
quin intra summam præscriptam
simpliciter dici possint habere ius
dandi tutoris. Quamobrem illa ra-
60 tio non immerito fuit † *ab Alex.*
in d.l.1. in prin. nu.36. & ibi Purp.
nu.669. vers. tenendo ff. *de off. eius,*
Alex. in d.l.1, nu.20. vers. minus ff.
de Iurisd. improbata.

Nec est, quod obijcias, Imo,
quoties alterius authoritas est ne-
cessaria in datione tutoris, hoc im-
pedire, ne quis simpliciter dicatur
habere ius dandi tutoris, vt patet
in magistratibus municipalibus,
qui, quoniam non poterant dare
tutores, nisi expectato iussu præsi-
dum, ideo non dicuntur simplici-
ter habere ius dãdi tutoris, sed ab
ijs, qui tale ius habent, distinguun-
61 tur † *in l.1.§. neq; prætor* ff. *de mag.*
conu. §. fin. Inst. de satisd. tut. quia
respondeo Primo, id procedere, si
comparatiuè loquamur, habito sci
licet respectu ad maiores: nã, quia
datio tutoris, quæ fit a magistrati-
bus municipalibus, & præsidis ex-
pectat iussum, & est ad eas faculta-
tes, quæ non sunt magnæ, restricta,
cum alioquin maiores & sine alte-
rius iussu, &, licet magnæ sint pu-
pilli facultates, dent tutores, ideo
comparatione ad eos habita, non
possunt magistratus municipales
simpliciter dici habere ius dandi
tutoris. Cœterum, si comparatio
cesset, magis est, vt & ipsi dicantur
62 simpliciter id ius habere, † *vti con-*
stat ex d.l. ius dandi 3. l. vbi absunt.
19. ff. *de tut. & cur.* cum dandi pote
statem habeant a lege, non ab ho-
mine, *vt diximus supra nu. 4. & 5.*
& dicemus infra nu. 92. Secundo
respondeo, aliam esse rationem ius
sus, aliã consensus, *vt scribit Purp.*
in d.l.1.nu.666. vers. & finaliter ff.
de off. eius, nam qui iussum alterius
expectat, si is iubere nolit, non po-
test dare tutorem, Itaque potesta-
statem dandi, licet habeat a lege,
videtur tamen effectu ab hominis
voluntate metiri. At, qui solum re-
quirit alterius consensum, si is no-
lit consentire, non impeditur, quo-
minus ius suum exequi possit. Non
igitur ab eo, sed a semet ipso dan-
di potestatem habet. Et ideo, cum
hodie magistratus municipales nõ
expectent alterius iussum, sed so-
lum requirant Antistitis consen-
sum, si pupilli facultates non exce-
dant 500. solidos, non poterunt
non censeri simpliciter habere dã-
di facultatem; Quamobrem verum
est,

est, quod supra diximus, nullam esse vim illius argumenti, quo proinde non moueor, sed

Moueor iisdem ipsis rationibus, quibus in præcedenti specie communem firmauimus sententiam: nam eædem omnes hanc partem confirmant, scilicet, quia, cum tutoris datio neq; sit imperij, neq; iurisdictionis, non possunt minores magistratus dici eam habere iure suo, cũ non dẽt tutores, quia sunt magistratus, nec, quia iurisdictionem habent, sed quia nominatim hoc ius eis tributum est constitutione Iu-
63 stiniani, & sic specialiter, † *vt in hac specie considerant Vaco. à Vacu. d. lib. 6. decl. 79. nu. 11. Coras. d. lib. 5. miscell. c. 24. nu. 7.*

Neq; mouent contraria: nam ad Primum respondeo dupliciter, & Primo negando ea, quæ competũt omnibus magistratibus dici competere iure magistratus, si nominatim eis tributa sint aliqua lege, vel S. C. vel constitutione, *secundum ea, quæ diximus:* nam iure magistratus competere dicuntur ea, quæ more data sunt illi officio, quo primum tempore constitutum est, *vt ostendimus in hoc c. q. 1. nu. 19.*

Secundo respondeo negãdo tutoris dationem etiam intra 500. solidos omnibus magistratibus com-
64 petere: † nam licet ex constitutione Iustiniani possint defensores ciuitatum, & magistratus municipales dare tutores etiam non expectato iussu prę́sidum, si pupilli facultates non excedant 500. solidos *d. §. nos autem Inst. de Attil. tut.* non tamen rectè dicitur omnibus magistratibus competere: Competit enim illis, quos ibi Iustinianus enumerat, sed non omnibus, quia nec Aedilis curulis, nec quæstor, nec procurator Cæsaris, nec id genus alius magistratus rectè dicetur habere tutoris dationem. Quinimo eo ipso, quod Iustinianus certas enumerat personas, puta defensores, magistratus municipales, & iuridicum Alexandriæ, satis apertè significat, se ius illud non omnibus concedere: cur enim certarum fieret enumeratio personarum in re, quæ passim omnibus cõcederetur? Nec obstant illa verba, *vel alias publicas personas, idest magistratus,* quæ vim vniuersalis orationis ha-
65 bent, quia respondeo, non esse † ea accipienda de omnibus omnino personis publicis, sed tantum de magistratibus municipalibus, quia Iustinianus postea, quam dixit, *vel alias publicas personas,* declarat, de quibus sentiat subijciẽdo, *Idest magistratus,* quorum appellatione nõ solet is omnes complecti magistra-
66 tus, sed tantum municipales, † *vti constat ex tit. ff. de magistr. conu. ex §. præterea Inst. quib. mod. ius pot. solu. §. sed hoc iure Inst. de Attil. tut.*

Nec est, quod aliquis obijciat, Imo verba illa, *Idest magistratus,* non posse intelligi de municipalibus, vtpote de quibus iam supra locutus fuerat Iustinianus, dicendo, licere defensoribus ciuitatum dare tutores, Quia respondeo, Imo eum non fuisse de magistratibus municipalibus locutum: Nam defensores ciuitatũ, de quibus locutus est, non sunt magistratus municipales, *(vt perperam veteres arbitrantur)*
67 sed ab ijs multum diuersi, † *vt scribunt Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. c. 3. nu. 59. Duar. ad l. magistratibus. 12. ff. de Iurisd. Cuiac. ad l. vnic. ff. si quis Iusd. non obt. & ad l. ea, quæ 26. ff. ad municip. in 1. lib. Paul. ad edict.* & apertè constat ex titulorum diuersitate, *in tit. C. de def. ciu. & in tit. C. de magist. municip.* & ex eo intelligimus, quia magistratus municipales consulibus, defensores verò

nerali iuriſdictione transferuntur,
ſine dubio mādari poſſunt l. cogni-
tio 4. in princ. ff. de off. eius, l. vlt. C.
vbi, & apud quem. Sed tutoris da-
tio mandata generali iuriſdictione
transfertur, cum tutor dari poſſit a
78 legato proconſulis † l. pen. ff. de off.
proc. & leg. l. 1. §. legatus ff. de tut. &
cura. & ſcribit Feneſt. de magiſtr.
cap. 12. noſque diximus ſupra num.
43. & ab eo, qui vices obtinet ma-
79 giſtratus † l. 2. C. de off. eius, qui vic.
al. ind. obt. Mandari igitur haud du-
biè poteſt.

Secunda fuit opinio exiſtiman-
tium, poſſe quidem mandari, ſed
habenti iuriſdictionem, non etiam
80 alijs. † Fuerūt huius ſententiæ gl. in
d. l. 1. in princ. in verb. mandari poſ-
ſunt, & ibi Bart. num. 6. verſ. opp.
datio, Alex. num. 35. & 36. Iaſ. nu.
66. Dec. num. 45. Cagn. num. 98. &
99. Iac. de Nigr. num. 106. Seb. Sap.
num. 46. ff. de off. eius, gl. in l. 1. in
verb. tutores cōſtituere, & ibi Bart.
num. 6. Ang. num. 7. Alex. num. 20.
verſ. Minus ff. de Iuriſd. gl. in l. nec
mandante 8. in princ. in gl. 1. & ibi
Bart. ff. de tuto. & curat. gl. in l. vlt.
in verb. & veteribus C. vbi, & apud
quem. gl. in d. l. muto 6. §. tutoris da-
tio, in verb. neque imperij ff. de tut.
gl. in l. cognitio 4. in princ. in verb.
mandari poteſt ff. de off. eius, & in §.
ſed hoc iure in verb. Iuſſu præſidum
Inſt. de Attil. tut. Bart. in l. necquic-
quam 9. §. vbi decretum nu. 8. verſ.
in 2. ff. de off. proc. & leg. Alcia. in
rub. ff de off. eius, num. 45. Valaſ. in
l. Imperium 3. num. 234. & 237. ff.
de Iuriſd. Idque fauore pupilli re-
81 ceptum eſſe † ſcribunt gl. in d. l. 1.
in verb. tutores conſtituere, & ibi
Ang. num. 7. Caſtr. num. 4. Alex. nu.
20. verſ. minus Iaſ. num. 6. Seb. Sap.
num. 30. ff. de Iuriſd. Bart. in dict. l.
Imperiū 3. nu. 20. ff. eod. Nam alijs
mandari nō poſſe probant ex l. nec
mandante 8. in princ. ff. de tut. &
curat. Quod, & verum eſt, vt de-
monſtrabimus infra num. 84. Poſſe
verò mandari habenti iuriſdictio-
nem, probāt ex eo, quia magiſtra-
tus municipales; ex iuſſu præſidum
tutores dare poſſunt, vt diximus
ſupra num. 3. & 39. Et ita intelli-
82 gūt † l. ius dādi 3. ff. de tuto. & cura.
Nam, & ſi Vlpianus ibi ſimpliciter
dicat, ius dandi tutores datum eſſe
omnibus magiſtratibus municipa-
libus, hoc tamen ita cenſent intel-
ligendum, ſi præſes eis dationem
delegauerit, vti videre eſt apud gl.
ibi in verb. datum eſt omnibus, quā
ibi probat Bart. & gl. in d. l. muto 6.
§. tutoris datio, in verb. neq; imperij
ff. de tutel.

Verum hæc ſententia mihi non
83 probatur, † Primo, quia ſupponit
magiſtratus municipales, & olim
potuiſſe, & hodie poſſe dare tuto-
res ex iuſſu præſidum, ſi pupilli fa-
cultates magnæ ſint, Quod perſpi-
cuè falſum eſſe conſtat ex ijs, quę
diximus ſupra num. 10. Secundo,
quia ſupponit iuſſum præſidis eſſe
delegationem, Quod etiam cōſtat
eſſe falſum ex ijs, quæ diximus ſu-
pra num. 5. & 12. & dicemus etiam
infra num. 92.

Quamobrem veriorem eſſe pu-
to Tertiam ſententiam exiſtiman-
tium, Tutoris dationis indiſtinctè
84 mandari non poſſe. † Huius opi-
nionis fuerunt, qui ſimpliciter ſcri-
pſerunt, eam non poſſe mandari, vt
Azo in ſumm. C. de Iuriſd. omn. iud.
num. 29. Paul. Oria. in dict. l. 1. in
princ. num. 36. & ibi Mar. Salom.
num. 4. Egu. Baro. Coraſ. num. 1. 2. &
3. Cuiac. in 1. lib. quæſt. Papin. Le-
ſcur. num. 124. & Muret. ff. de off.
eius, Caccial. in d. l. Imperium 3. nu.
56. & ibi Longou. num. 149. & 152.
ff. de Iuriſd. Claud. Cantiun. lib. 2.
De off. iud. cap. 10. num. 6. Nic. Bell.
dict.

dict.lib.1. Supp.cap.2. num.1. & 5.
Vaco.a Vacu. d.lib.6. decl.79. num.
10.in fin Villal.in cōm.opin.in verb.
Tutoris datio. Duar. ad l.more 5.ff.
de Iurisd. Coras. ad l.pen. num.1.ff.
de off. proc. & leg. Camill. Plaut.ad
rub.ff. de off.eius, lib.1. cap.9.nu.3.
Aemil.Fer. ad rub.C. de mand.prin.
num. 21. Ant.Gou. lib. 1. De Iurisd.
num. 24. Donell. lib. 17. commen.
cap. 8. Petr. Fab. ad l. nemo potest
71.ff.de reg.iur. Probatur autem.
Primo l.nec mandante 8.in prin.
85 ff.de tuto.& curat.vbi Vlpianus, †
Nec mandante præside, iuquit, alium
tutorem dare poterit.
Nec est, quod causeris, alium es-
se Vlpiani sensum, nec significare,
etiam mandante pręside, non pos-
se alium dare tutorem, sed pręside
non mandante non posse quem-
quam dare tutorem, quasi dictio,
Nec, pro, Non, vsurpetur, sensus-
que sit, Nec mandante præside,
idest, sine mandato pręsidis, non
posse magistratum municipalē da-
86 re tutorem, † Quomodo intelligi pos
se censent Ias. in dict. l. 1. in princ.
num.66. & ibi Paul. Oria. num.93.
vers.2. Iac.de Nigr. num.106. ff.de
off.eius. Quia respondeo, hunc sen-
87 sum esse commentitium, † merito-
que fuisse a Purp.in dict.l.1.in prin.
num.669. vers.2. & ibi Cagn. num.
98.ff.de off.eius, & alijs improbatū,
Idque constare ex illa dictione,
Nec, quę est implicatiua, & exten-
siua; Implicat enim casum minus
dubitabilem, & extendit disposi-
tionem ad casum magis dubitabi-
88 lem † l. Nec apud 7. C.de har. inst.
l.nec emancipati 15.C.de collat. Ita-
que significat non solum sine man-
dato pręsidis nō posse quemquam
dare tutorem, quod minus habet
dubitationis, sed ne quidē eo man
dante, quod magis videretur dubi-
tabile.

Denique non est, quod cause-
ris, loqui Vlpianum, de eo manda-
to, quod fit extra causam iurisdi-
89 ctionis, † vt respondet Hotom.lib.2.
Amic.resp.cap.1. Quia, cum loqui-
mur simpliciter de mandato magi-
stratus, haud dubiè de eo intelligi-
mus, quod fit, quasi a iusdicente, &
de rebus ad iusdicentis officiū per-
tinentibus, non verò de eo, quod
fit, quasi a priuato, vti constat ex
l. cum hi. 8. §. sed nec mandare ff.
de trans.
Secundo probatur hęc sentētia,
quia, quæ specialiter tribuuntur,
mandari nequeunt dict.l.1.in prin.
ff.de offic. eius. Sed tutoris datio
specialiter tribuitur, d. l.muto 6.§.
tutoris datio ff.de tutel.& ostēdimus
supra nu.7. Non poterit igitur de-
mandari.
Tertio probatur, quia, si sui na-
tura mādari posset, nō fuisset opus
Oratione Diui Marci ad hoc, vt
legatus proconsulis tutores dare
90 posset. Atqui fuit opus † l.1.§.le-
gatus ff. de tuto. & curat. & dixi-
mus supra num.43. Non potest igi-
tur sui natura demandari. Et sanè
ius singulare in vno denotat ius
commune in contrarium dict. l. 1.
in princ. vers. huius ff. de off. eius;
Sed singulare est in legato procon-
sulis, vt ei competat datio tutoris,
quoniā hoc ius ei specialiter Ora-
tione Diui Marci tributum est d.§.
legatus. Est igitur ius commune in
contrarium.
Neq; est, quod respōdeas Ora-
tione Diui Marci non fuisse cau-
tum, vt legatus proconsulis tuto-
res dare possit, si ei mandata sit a
Proconsule iurisdictio, quoniam
hoc ius habebat & sine constitu-
tione, Sed hoc effectum esse, vt
etiam sine mandato proconsulis,
& iure legationis tutores dare pos
91 sit, † Quomodo respondeant Purp.in
dict.

dict. l. 1. in princ. num. 666. vers. 3. ff. de off. eius, & Hoto. d. lib. 2. Amic. resp. cap. 1. quoniam, hoc esse perspicuè falsum ex eo intelligimus, quia legatus procõsulis proprium nihil habet, nisi postea, quã a proconsule mandata est ei iurisdictio *l. legati* 13. *ff. de off. proc. & leg.* Itaque iure legationis ne quidem ea, quæ specialiter aliqua constitutione fuerunt ei tributa, facere potest, *uti latius ostendemus in 9. cap. quæst. 5.*

Neque huic sententiæ obstant cõtraria: Nam ad Primum respondeo, Imo iussum non esse mandatum, nec mandato similem, sed ab eo multum differre, quia, qui ius habet ex mandato, vtique id habet ab homine, qui verò ex iussu, a lege, *vt diximus in primo cap. quæst. 5. num. 4.* Quod, vt in alijs iuris articulis, ita & in tutoris datione dicitur: Nam lex Iulia, & Titia dedit magistratibus mnnicipalibus tutoris dationem, sed expectato iussu pręsidnm, *vt diximus supra nu. 10. 38. & 39.* Itaque iussus non tribuit dationem, sed implet modũ, &, vt ita dixerim, cõditionem, sub
92 qua fuerat a lege data. † *Ita eleganter explicant gl. in d. l. nec mandante 8. in prin. in verb nec mandãte ff. de tuto. & cura. gl. in dict. l. muto 6. §. tutoris datio, in verb. neque imperij ff. de tutel. in §. sed hoc iure in verb. Iussu præsidum, & in §. nos autẽ, in verb. iussione* Inst. *de Attil. tuto. & post eos, quos retulimus supra num. 5. & in hac iuris parte probanimus num.* 12. *Claud. Cant. dict. lib. 2. de off. iud. cap. 10. num. 6. Vaco. a Vacu. dict. lib. 6. declar. 79. nu. 11. Egu. Baro. lib. 1. varia. quæst. fo. 29. Camill. Plant. in d. rub. ff. de off. eius, lib. 1. cap. 14. num. 2. Cuiac. lib. 15. obs. cap. 19. Donell. lib. 17. commen. cap. 8.* Et hoc est, quod significat Vlpianus *in d. l. ius dãdi 3. ff. de tut.*
93 *& cura.* dum, † *Ius dandi tutores,* inquit, *datũ est omnibus magistratibus municipalibus:* Datum enim est lege Iulia, & Titia, sed expectato iussu præsidum. Sic, & iudicibus selectis data est iudicandi potestas lege Sempronia, vel Cornelia, *vt diximus in 7. cap. quæst. 1. nu. 7.* sed expectato iussu magistratus, *vt diximus in primo cap. quæst. 5. num. 4.*

Ad Secundum verò respõdeo, Imo tutoris dationem generali iurisdictione demandata non trans-
94 ferri, † *vt rectè scripserunt* Iac. *de Nigr. in d. l. 1. in princ. num. 519. & ibi Mar. Salom. num. 3. Coras. nu. 5. ff. de off. eius, Longon. ad d. l.* Imperiũ *3. num. 152. ff. de* Iurid. *Coras. ad l. 3. num. 18. & ibi Egu. Bar. ff. eodem, Coras. lib. 3. Miscell. cap. 19. num. 12. Cuiac. lib. 15. obser. cap. 19. & ad l. legatus 12. ff. de off. proc. & leg. in 2. lib. Paul. ad Edict.* Neqne obstare, quod legatus proconsulis tutores dare posit, qua non facit id ex vi mandati, sed qnia specialiter ei datio tutoris tributa fuit Oratione
95 Diui Marci † *d. l. 5. §. legatus ff. de tuto. & cura. Ita in specie declarant gl. in d. l. pen in verb. dare possunt, & ibi Coras. nu. 2. ff. de off. proc. & leg. gl. in l. cognitio 4. in princ. in verb. mandari potest ff. de off. eius, Alex. in l. 1. in princ. num. 35. & ibi Dec. nu. 45. Purp. num. 665. vers. vltimo, Coras. nu. 5. Cuiac. in 1. lib. quæst. Pap. & Muret. ff. de off. eius, Alex. in l. 1. num. 20. vers. minus, & ibi Coras. num.* 18. *ff. de* Iurid. *Longon. in d. l.* Imperiũ *nu. 155. ff. de* Iurid. *Duar. ad tit. ff. de off. proc. & leg. cap. 3. Coras. d. lib. 5. Miscell. cap. 24. nu. 5. & ad l. eum, qui 53. num. 5. ff. de Iurid. Camill. Plant. ad dict. rub. ff. de off. eius, lib. 1. cap. 9. nu. 3. & 4 Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur.*

iur. Minus obstare, l.2.C.de off.eius,
qui vic.al.ind.obt. quia non loqui-
96 tur † de ijs, qui vices alienas gerũt
ex mandato magistratus, sed de ijs,
qui tenent locum magistratus au-
thoritate principis: Nam eorum,
qui magistratus vices gerunt, duo
sunt genera: quidã enim sunt, qui
subrogantur a principe in locũ ali-
cuius magistratus, vel absentis, vel
defuncti, & iubẽtur vices eius ob-
tinere, quo ad magistratus reuer-
tatur, vel de nouo creatus veniat
in prouinciam l.1.in prin.ff.de tut.
& cur. Cuiusmodi erãt olim pro-
curatores Cæsaris, qui deficiente
pręside locũ eius ex mandato prin-
97 cipis tuebãtur, † vt in l.1.C.de ped.
iud.l.3.C.vbi cauf.fisca.l.ex consen-
su 23.§.1.ff.de appell.l.2.C.pæn.l.
non valet.4.C.ad l.Flau.de plagia.
& scribunt Cuiac.ad l.aliquando 5.
ff.de off.proc.& leg.in 1.lib.quæst.
Papin.& lib 19.obs.cap.13. Brisso.
lib.3.select.antiq.cap.18. Petr.Fab.
in d.l.nemo potest 71.ff.de reg.iur.
Et hi, licet dicãtur vices magistra-
tus obtinere, effectu tamen sunt
ordinarij, vti dicemus in 9.cap.q.7.
98 Itaque possunt, † & tutores dare
dict.l.1.in princ.ff.de tuto.& curat.
dict.l.2.C.de off.eius, qui vic.al.iud.
obt. Et præbere authoritatem ado-
ptare, vel emancipare, vel manu-
mittere volentibus, dict.l.2.C.de
off.eius.& dicemus in hoc cap.quæst.
4. Et interponere decretũ ad alie-
nãdas minorum facultates dict.l.2.
C.de off.eius, & scribunt gl.in l.2.in
verb.nequaquam, & ibi Purp.num.
10.& Iac.de Nig.num.11.in fin.ff.
de off.eius, gl.in cap.1.in verb.&
iurgia.25.distin. Ludo.Burg.ad l.1.
num.142.ff.de Iudic. Coras.lib.3.
Miscell.cap.19.num.12. Imo & cri-
minales causas audire, & definire,
criminaq; coercere l.3.C.vbi caus.
fisc.l.2.C.de pæn.l.non valet 4.C.ad
l.Flau.de plagia.l.1.§.ij.quibus, &
ibi Bart.nu.2.ff.de leg.3.gl.in dict.
l.1.in princ.in verb.possit eam, & ibi
Bart.num 6.& 15.Ang.num.5.ff.de
off.eius, gl.in l.1.in princ.in verb.
commissa est ff.de tuto.& cura.Bart.
in l.necquicquam 9.§.vbi decretum
num.8.ff.de off.proc.& leg. Castr.in
l.2.nu.3.ff.de off.eius, Cuiac.lib.19.
obs.cap.13. Et generaliter omnia
facere, quæ magistratus ille facere
potuisset, siue iure magistratus, siue
speciali alicuius legis, aut constitu-
tionis beneficio, vt scribunt Alex.
in rub.ff.de off.eius, num.13.Ludo.
Burg.in dict.l.1.nu.142.ff.de Iudic.
Et de his loquitur tit.C.de off.eius,
qui vic.al.ind.obt. Quidam verò
sunt, quibus ipse magistratus vices
suas committit; Et hi, nec dare tu-
tores, nec alia, quę magistratui spe-
cialiter tributa sunt, facere possunt.
Et de his nos loquimur, & accipien
dus est tit.ff.de off.eius, cui mand.est
99 iurisd. † Ita elegãter explicãt Bart.
in l.2.num.1.C.de off eius, qui vic.al.
ind.obt.& in l.1.§.ij.quibus num.2.
ff de leg.3. Bald.in rub. De off.deleg.
nu.19. Castr.in l.2.num.3.ff.de off.
eius, Alex.in rub.ff.eo.num.13.16.
& 17.& ibi Paul.oria num.13.Alb.
num.3. Iac.de Nig.nu.24. Seb.Sap.
num.3.Purp.nu.10. Longon.ad dict.
l.Imperium 3.num.25.ff.de Iurisd.
Nico.Bello.lib.1.Suppu.cap.12.
Cuiac.ad l.aliquãdo 5.ff.de off.proc.
& leg.in 1.lib.quæst.Papin. Petr.
Fab.in dict.l.nemo potest 71.ff.de
reg.iur.

Sed hæc dicuntur de ea datio-
ne, quæ fit inspecto iure vetere, aut
etiã iure nouo, quo casu pupilli fa-
cultates 500.solidos excedũt. Cœ-
terum, si non excedant, veteres
frequentius arbitrati sunt, eam in-
100 distinctè delegari posse. † Ita enim
censuerunt Bart.in dict.l.1.num.6.
& ibi Alex.nu.20.vers.minus ff.de
Iurisd.

Iurisd. Alex. in d. l. 1. in prin. nu. 31. & 36. & ibi Purp. nu. 669. vers. tenendo Paul. Oria. nu. 93. & Seb. Sap. nu. 48. ff. de off. eius. Ideo, quia (secundum eos) competit iure magistratus. *vt retulimus supra nu. 55.*

Sed cũ *ibid. nu. 58.* docuerimus, etiam intra prædictam summã specialiter tributam esse, Ideo per cõsequentias intelligimus, veriorem esse sententiam existimantium, ne quidem in hac specie mandari pos-
101 se; † *In qua sententia fuerunt Iac. Baldui. Saly. & Fulgo. quos refert Alex. in d. l. 1. in prin. nu. 36. ff. de off. eius, & in d. l. 1. nu. 20. ff. de Iurisd. Eiusdẽ opinionis fuerũt Ias. in d. l. 1. in prin. n. 67. & ibi Dec. n. 45. Cagn. nu. 99. ff. de off. eius, Valas. in d. l. Imperiũ 3. nu. 237. vers. hodie ff. de Iurisd. Vac. a Vacu. d. lib. 6. decl. 79. nu. 11. Egu. Baro lib. 1. varia. quæst. fo. 29. Hanc eandem sequi vidẽtur omnes, qui simpliciter aiunt, non posse mãdari, quos retulimus supra n. 84. & rectè* propter generalẽ Papiniani definitionẽ, quę negat, ea mãdari posse, q̃ specialiter lege, vel S.C. vel constitutione principũ tribuuntur *d. l. 1. in prin. ff. de off. eius.* Et hęc de tutoris datione.

SVMMARIVM.

1 *Actiones legis quæ dicantur.*
2 *Ius præbẽda authoritatis in adoptionibus, emancipationibus, & manumissionibus competit iure magistratus, Sed contra nu. 4.*
3 *Actio legis competit omnibus magistratibus etiam minoribus, Sed contra nu. 5.*
6 *Actio legis apud quem fieri possit, & nu. 33. 34. & 47.*
7 *Relatiuum sui natura restringit.*
8 *Declaratur §. nulla Auth. de defens. ciuit. coll. 3.*
9 *Manumissio nõ potuit fieri a minore 20. annis, nisi causa in cõsilio cognita, & probata.*
10 *Manumissio serui minoris 30. annis causa cognitionem requirebat.*
11 *Emãcipatio impuberis arrogati, vel minoris 25. annis fit causa cognita.*
12 *Ius præbenda authoritatis in manumissione, quæ fit causa cognita, non potest delegari.*
13 *Declaratur l. 2. ff. de off. eius.*
14 *Consilium exercere quid.*
15 *Cõsilij exercitio competit iure magistratus, Sed contra nu. 16.*
17 *Declaratur l. vn. ff. de off. cons. & nu. 25.*
18 *Consilium præbere, & præbere authoritatẽ manumittere volentibus differunt.*
19 *Magistratus, apud quem legis actio est, sibi potest authoritatem præbere, etiam, si minor 20. annis sit num. 20.*
21 *Consiliũ sibi præbere magistratus non potest.*
22 *Manumissio apud collegam fieri non potest.*
23 *Collega collegæ consilium præbere potest, vt consul consuli.*
24 *Cõsul probata causa apud collegam, apud se manumiteit.*
26 *Manumittere apud consilium.*
27 *Actiones legis de plano fiunt.*
28 *Actiones legis possunt fieri quocũque loco, & tempore.*
29 *Actio legis, siue ius præbenda authoritatis manumittere, aut emancipare volentibus mãdari potest, Sed contra nu. 31.*
30 *Vicarius potest expedire emancipationes, & manumissiones; Declara, vt nu. 35.*
32 *Lege agit etiam magistratus.*
36 *Antinomia l. 2. §. 1. ff. de off. proc. & leg. & l. apud proconsulem 17. ff. de man. vind. conciliatur, & nu. seqq. vsque ad fin.*
40 *Proconsul extra prouinciã habet iurisdictionem voluntariam.*

41 *Legatus proconsulis nullam habet iurisdictionẽ ante, quam ei mãdetur.*

42 *Proconsul ante, quam sit ingressus prouinciam, non potest mandare iurisdictionem.*

48 *Actio legis nõ est apud legatum proconsulis, & nu. 58. & 59.*

49 *Actio legis specialiter tributa proconsuli.*

An, & quando legis actiones mandari possint.

Quæstio Quarta.



ERTIVM exemplum earum rerum, quæ specialiter tributæ sunt, pertinet ad legis actiones, idest, ad eos actus, qui, cum ex antiquis legibus descẽdant, fiunt in iure, idest apud magistratum solemni quodam ritu, & certa verborum conceptio-
1 ne, † *vt eleganter explicant Brisso. lib. 4. select. antiq. cap. 20. Forcat. in Necyem. Dial. 83. num. 12 Hoto. Ill. quæst. 34. & in commen. verb. iur. in verb. lege agere, & lib. 1. amicab. respon. cap. 30.* Huiusmodi sunt, adoptio, emancipatio, manumissio, & id genus aliæ actiones, de quibus duplex solet esse quæstio, vna, An, vt apud magistratum sit legis actio, siue, vt nostri loquũtur, An ius præbẽdę authoritatis emancipare, aut adoptare, aut manumittere volentibus specialiter tributũ sit, an verò cõpetat iure magistratus. Altera verò, An tale ius mandari possit, mandataue iurisdictione transferatur.

Et in priore quidem quęstione censent nostri frequentius id com-
2 petere iure magistratus, † *vti videre est apud gl. in l. 1. in prin. in verb. qua verò, & ibi Bart. nu. 6. vers. opponitur cõtra secundã, Alex. nu. 25. Cagn. nu. 90. vers. & quamuis, Paul. Oria. num. 91. Alb. num. 50. vers. gl. in verb. magistratus ff. de off. eius, Azo in summa C. de Iurisd. omn. iud. nu. 21. Bart. in l. Imperium 3. nu. 22. & ibi Caccial. nu. 58. Dec. num. 57. Cagn. nu. 292. vers. sed quicquid, & num. 294. Vales nu. 240. vers in 6. Petr. Calef. n. 213 ff de Iurisd. Bald. in cap. quoniã Apostolica nu. 7. in fi. De off. deleg. Castr. in l. 2. nu. 1. ff. de off. eius, Don. lib. 17. cõm. cap. 8.* moti, quia iure magistratus cõpetere dicuntur ea, quæ competũt omnibus magistratibus etiã minoribus *l. 1. in princ. ff. de off. eius, secundum communem intellectum;* Sed legis actiones competunt omnibus ma-
3 gistratibus etiã minoribus † *l. vlt. C. de vind. lib. §. præterea Inst. quib. mod. ius pat. pot. solu. § nulla Auth. de def ciuit. coll. 3. & scribunt gl. in l. emancipari 36. in verb. loco ff. de adopt. & in dict. §. præterea in verb. magistratus Bart. in d l. Imperiũ 3. nu. 22. & ibi Cagn nu. 292. vers. circa sextum, Petr. Calef. nu. 213. vers. sextus ff. de Iurisd.* Ergo competũt iure magistratus.

Sed est verius, quod alij tradiderũt, fuisse scilicet huiusmodi potestatę tributam magistratibus specialiter, non verò competere iure
4 magistratus. † *Ita enim censuerunt Couna. lib. 2. comm cap. 15. num. 2. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 5 & ad tit. ff. de Iudic. cap. de Iudicibus datis. Cuiac. lib. 1. obs. cap. 1. & ad l. aliquãdo 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Pap. ad l. 1. ff. de off. eius, in eund. 1. lib. quæst. Pap. & ad l. apud Proconsulem 17. ff. de man. vind. in 50. lib. Paul. ad Edict.* Nam specialiter ea tribui dicuntur, quę nominatim dantur lege, vel S. C. vel constitutione *l. 1. in princ. ff de off. eius, l. muto 6. §. tutoris datio ff. de tut. & ostendimus in hoc cap. quæst. 1. nu. 9.* Sed legis actiones nominatim dã-

tur

tur lege, vel S. C. vel constitutio-
ne, vti constat *ex l. Apud præfectum*
21 ff. de man. vind. vbi Modestinus
Apud præfectū Aegypti, inquit, *pos-*
sum seruum manumittere ex consti-
tutione Diui Augusti. Vnde Tacit.
lib. 12 *Nā Diuus Augustus*, inquit,
apud equestres, qui Aegypto præside-
rent, lege agi, decretaque eorū perin
de haberi iusserat, ac si magistratus
Romani constituissent. Specialiter
ergo tribuuntur.

Neque obstat contrarium, Quia
respondeo dupliciter, & primo ne-
gando maiorem, nam multa sunt,
quę competunt etiā magistratibus
minoribus, & tamen specialiter tri
buta sunt, & contra multa minori-
bus denegantur, quę tamen maio-
ribus competunt iure magistratus,
vt ostēdimus in hoc cap quæst. 1. nu.
6. & 7.

Secundo respondeo negādo mi
norem: Nec enim verum est, legis
actionem omnibus magistratibus
competere, sed tantū ijs, quibus ea
5 nominatim data est, † *vt scribunt*
Alcia. lib. 3. Parerg. cap. 2. in fin. Co-
ras. in l. magistratum 4 num 2. ff. de
adopt. Forcat in Necyo. Dial. 83. nu.
3. Cuiac. in not. ad Paul lib. 2. Sent.
tit 25. §. pen. & ad l. vlt. ff. Iurid. &
ex multis intelligimus, &

Primo ex eo, quia dicimus, emā
cipationem, adoptionem, & ma-
numissionem apud eos tātum ma-
gistratus fieri posse, apud quos est
6 legis actio † *l. magistratum 4. ff. de*
adopt. l 1. C. eod. l. 3. ff. de off. proc. &
leg. A. Gell lib. 5. cap. 19. Nam, cum
relatiui natura sit, vt pręcedentem
7 orationem restringat † *l. ea tamen*
adiectio 44. ff. de leg. 3. intelligimus
ex hoc, quosdam esse magistratus,
apud quos non est legis actio, *vt*
animaduertit Coras. in d. l. magistra
tum 4. nu 2. ff. de adopt.

Secundo id ipsum colligitur *ex*
l. vlt. C. de vind. lib. vbi Constanti-
nus, scribit manumissionem posse
fieri, *Apud magistratus earum ciui-*
tatū, quibus huiusmodi ius est; Qui-
bus verbis significat non omnibus
ciuitatibus huiusmodi ius esse, vt
apud eorum magistratus serui vin-
dicta manumitti possint, ob illud
relatiuum, quibus, quod, vti dixi-
mus, restringit.

Tertio cōstat id ipsum ex Paulo
lib. 2. Sent. tit. 25. §. pen. vbi, *Apud*
magistratus municipales, inquit, *si*
habeant legis actionē, emancipari, et
manumitti potest. Ergo si non ha-
beant legis actionem, non po-
test. Non habent igitur omnes ma-
gistratus municipales legis actio-
nem.

Quarto colligitur hoc ex eo, q. a.
si magistratus omnes haberēt legis
actionem, non esset alia quęrenda
ratio, cur apud aliquē fieri possint
emācipationes, & manumissiones,
quam, quia sit magistratus. Atqui
huiusmodi actiones non ideo dicū
tur apud aliquē posse fieri, quia sit
magistratus, sed quia data est ei le-
gis actio, *vti videre est in l. 1. ff. de*
off. Iurid. Alex. vbi Vlpianus, *Ado-*
ptare quis apud Iuridicum potest, in-
quit, *quia data est legis actio*. Et
contra dicuntur apud alium non
posse fieri, quia non est apud eum
legis actio, *vt in l. 3. ff. de off. proc. &*
leg. vbi Vlpianus de proconsulis le
gato loquens, *Nec adoptare potest*,
inquit, *omnino enim non est apud eū*
legis actio. Non habent igitur om-
nes magistratus legis actionem.

Nec est, quod respōdeas hos om
nes locos esse intelligendos de ea
manumissione, q̄ causę cognitionē
requirit, nō verò de ea, q̄ fit de pla-
no, *Quomodo respōdent Alex. in d. l.*
1. num 25. & ibi Cagn. nu. 90. vers.
& quamuis ff. de off. eius, quia pre-
ter id, quod simpliciter, & indistin-

ctè loquuntur, ideoque simpliciter
etiam, & indistinctè sunt accipien-
di, *vt ait Purp. in dict. l. 1. num. 674.*
constat etiã, loqui eos de manumis
sione, quæ de plano fit, quoniam
simpliciter aiunt, posse, aut non pos
se manumitti apud magistratũ, vel
legatum, cum alioquin manumis-
sio, quę præcedentem requirit cau-
sæ cognitionẽ non apud magistra-
tum, sed apud consilium, vel causa
in cõsilio cognita fieri dicatur, *vti
constat ex ijs, quæ dicemus infra nu.
26.*

Neque obstat §. *nulla Auth. de
8 defen. ciuit. coll.* 3. quia respondeo †
quod dicitur apud defensores fieri
quicquid exigit monimenta, intel-
ligi de ijs, quæ non exigunt iurisdi
ctionem, vti constat ex illis verbis
sequentibus, *præter illa sola, quæ Iu
rìsdictione egent*. Vnde cum legis
actiones iurisdictionem saltem vo
luntariã requirant *l. 2. ff. de off. proc.
& leg.* consequens est, vt de illis nõ
sit accipiendum. Et hæc de priore
quæstione.

Transeamus nunc ad posteriorẽ,
& videamus, An legis actiones mã
dari possint, mãdataue Iurisdictio-
ne transferantur: Cõstat autem in
hac re tres casus esse distinguẽdos,
quorum.

Primus est, quando tractamus de
ijs legis actionibus, quæ non nisi
causa cognita peraguntur, vt erat
olim manumissio, quæ fiebat a mi-
nore 20. annis: nam ea per legem
Aeliam Sentiam nõ aliter fieri po-
terat, quam, si causa fuisset a consi-
9 lio cognita † §. *eadem Inst. quib. ex
cau. man. non lic. l. vn. vers. sed si
euenies ff. de off. cons. l. seruus com-
munis 6. l. iusta 9. l. si minor 11.
cum 5. ll. seqq. ff. de mand. vind.
Vlp. titu. 1. Inst.* Eiusdem iuris
erat manumissio serui minoris 30.
annis, quippe, quæ nec ipsa sine
causæ cognitione poterat per le-
10 gem Aeliam Sentiam expediri, †
*vti constat ex Vlp. dict. tit. 1. Inst. &
scribit Cuiac. ad l. 1. ff. de off. eius, in
3. lib. quæst. Papin.* Denique causæ
cognitionem requirit emancipa-
tio impuberis arrogati, vel alte-
rius minoris 25. annis, qui se qua-
si circumscriptum postulat ab ar-
11 rogatore emancipari † *l. nonnun-
quam 32. cum l. seq. ff. de adopt. l.
3. §. si quis minor ff. de minor. & scri-
bunt Dec. in d. l. Imperium 3. num.
57. & ibi Cagn. num. 293. Valas. nu.
241. Petr. Calas. nu. 214. ff. de Iurisd.*
Et in his casibus, cæterisque simili-
bus fatentur nostri, non posse legis
actiones, siue, vt ipsi loquuntur, ius
præbendæ authoritatis demãdari.
12 † *Ita enim de iure præbendæ autho-
ritatis manumittere volentibus scri-
bunt gl. in l. 1. in princ. in verb. quæ
verò, & ibi Bart. num. 6. vers. opp.
contra secundam, Ang. num. 2. vers.
in gl. Alex. num. 25. vbi testatur hãc
esse communem, Dec. num. 40. vers.
in gl. Alb. num. 10. vers. gl. in verb.
magistratus, Purp. num. 674. Alcia.
num. 28. Cagn. num. 87. Iac. de Nigr.
num. 95. ff. de off. eius, gl. in l. 2. in
verb. consilium, & ibi Bart. num. 1.
Ang. nu. 2. Castr. num. 1. Ias. & Dec.
in princ. Iac. de Nigr. num. 4. & 9.
Purp. num. 1. ff. eod. Azo in summ. C.
de Iurisd. omn. Iud. nu. 14. Egu. Bar.
lib. 1. varia. quæst. fo. 35. Donell. lib.
17. comm. cap. 8. De iure verò præ-
bendæ authoritatis in emancipatio-
ne, Purp. in d. l. Imperium. num. 322.
& ibi Cagn. nu. 292. vers. circa sex-
tum, & num. 294.* Et rectè: nam
cum hoc ius fuerit magistratibus
tributum specialiter, *vti mox osten-
demus*, consequens est, vt neque
mandari possit, neque mandata
Iurisdictione transferatur *l. 1. in
princ. ff. de off. eius*. Idque signi-
13 ficare videtur † Vlpianus *in l. 2.
ff. eod.*

ff. eod. dum, mandata Iurisdictio-
-ne a præside, inquit, non potest con-
silium exercere is, cui mandatur.
Nam consilium exercere dicitur
magistratus, qui Romę cogit quin-
que senatores, & totidem equi-
tes, in prouincijs verò 20. recu-
peratores ciues Romanos (ex qui-
bus consilium constabat) vt ab ijs
cognoscatur, num iusta sit, quæ
proponitur, manumissionis causa,
14 † vt scribunt Vlp. tit. 1. Inst. Theoph.
in §. eadem Inst. quib. ex caus. man.
non lic. Ranar. cap. 12. & 13. Pro-
trib. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap.
7. Egu. Bar. ad dict. l. 2. ff. de off.
eius, & lib. 1. varia. quæst. fo. 32.
Donell. lib. 17. commen. cap. 8. Mu-
ret. in dict. l. 2. ff. de off. eius, Bret. de
ord. Iud. cap. 14. In quo grauiter
lapsi sunt Alcia. lib. 1. Parerg. cap.
41. & lib. 2. Parad. cap. c. num. 7.
Vaco. a Vacn. lib. 6. decl. 79. num. 10.
Io. Inne. in l. Imperium 3. num. 24.
& ibi Longouall. num. 40. & Coras.
in dict. l. 2. num. 1. & 6. ff. de off. eius.
Hoc igitur consilium non potest
ab eo exerceri, cui mandata est iu-
risdictio, quoniam eius exercen-
di ius non competit iure magistra-
15 tus, † vt malè censuit Don. d. lib. 17.
comm. cap. 8. sed specialiter datum
est magistratibus lege, vel S.C. vel
16 constitutione, † vt scribunt Duar.
ad d. tit. ff. de Iurisd. cap. 7. Coras. ad
d. l. 1. in prin. nu. 3. ff. de off. eius, Egu.
Baro lib. 1. varia. q. fo. 23. 27. et 34.
Ant. Gou. ad l. 1. nu. 2. ff. de Iurisd.
& probat l. vn. vers. cum ipse ff. de
off. cons. vbi Vlpianus (secundum
17 veram, & Flor. lectionem, † quæ
minimè cum Hotom. lib. 7. obser.
cap. 20. & Ranar. cap. 13. Protrib.
mutanda est) cum ipse sit, inquit,
qui ex Senatuscōsulto causam exa-
minat.

Planè illud obseruandū est, lon-
gè aliud esse, manumittere volen-
tibus præbere consilium, aliud pre-
18 bere authoritatem, † vt eleganter
obseruauit Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de
off. eius, in 1. lib. quæst. Papin. nam
interdum potest quis manumitte-
re volenti præbere authoritatem,
sed non consilium, vt ecce, magi-
stratus, apud quem est legis actio,
potest sibi manumittere volenti au
19 thoritatem præbere † l. vn. §. con-
sules ff. de off. cons. l. magistratum 4.
ff. de adopt. l. 2. ff. de off. præto. l. 2. ff.
de off. præsid. l. an manumittere 1.
ff. de man. vind. etiam si euenerit,
20 vt minor 20. annis sit † l. si roga-
tus 20. §. vlt. ff. de man. vind. sed
non potest præbere consilium, ne
21 sit cognitor in re sua † dict. l. vn.
vers. sed si euenerit ff. de off. cons.
Contra verò collega collegæ, pu-
ta consul consuli manumittere vo-
lenti non potest authoritatem pre-
22 bere † l. apud eum 14. ff. de manu-
mission. l. apud filiumfam. 18. §. 1.
ff. de mand. vind. consilium verò
23 præbere potest † dict. l. vn. in fin.
ff. de off. cons. Itaque, si, verbi gra-
tia, consul minor 20. annis velit
seruum manumittere, præbebit
ei collega consilium, coram quo
probata causa manumissionem ip-
sam non apud eundem collegam
expediet, (quia nec potest,) sed
24 apud se met ipsum. † Ita gl. in
dict. l. vn. in verb. probata cau-
sa ff. de off. cons. & ibi Bart. num.
1. Coras. num. 19. & 20. & Egu.
Bar. Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de offic.
eius, in 1. lib. quæst. Papin. Et ita
25 accipienda sunt hæc Vlpiani † in
dict. l. vn. ff. de off. cons. verba,
sed, si euenerit, vt minor 20. an-
nis consul sit; apud se manumitte-
re non potest, cum ipse sit, qui ex
S.C. consilij causam examinat, A-
pud collegam verò causa probata,
potest: nam, dum ait, consulem mi-
norem 20. annis non posse apud

ſe manumittere, non eſt accipien-
dũ ſimpliciter, quia certi iuris eſt,
Imo poſſe *dict.l.ſi rogatus 20.§.vlt.*
ff. de man.vind. ſed intelligendum
eſt, vt ita demum non poſſit, ſi ip-
ſe cauſam conſilij examinet; nam
hoc ſignificant illa verba ſequen-
tia, *cum ipſe ſit, qui ex S.C. conſi-*
lij cauſam examinat, quippe, quæ
non continẽt dicti præcedentis ra-
tionem, *vt cenſuerunt Ranar. dict.*
cap. 13. Pretrib. Coraſ.in dict.l.vn.
num. 20. & ibi Egu. Bar. ſed illud
determinant, vt procedat cum ip-
ſemet conſul examinat cauſã con-
ſilij; Dum verò ſubijcit, *Apud*
collegam verò cauſa probata, po-
teſt, non ſignificat, poſſe manu-
mittere apud collegam, ſed, ſi cau-
ſa fuerit apud collegam probata,
poſſe eum manumittere, ſcilicet,
apud ſe. Itaque verbum *poteſt*,
non ad illa verba, *Apud collegam*,
ſed ad illa, *apud ſe manumittere*,
referri debet, *vt ibidem eleganter*
expenſit gl. in verb. probata poteſt,
& ibi Bart. num. 1. Coraſ. num. 20.
& Egu.Baro. Sanè, & illud quoque
verũ eſt, ſi nihil ſit, quod impediat
manumiſſionem, poſſe eandẽ apud
conſilium ipſum expediri. Quam-
obrem dicimus manumiſſionẽ fieri
26 apud conſilium † *l.ſeruus communis*
6.l.ſi minor. 19.ff.de manu.vind.l.2.
C.ſi adu.lib.l.1.& tot.tit.C.de vind.
lib.& apud conſil manu.

Secundus verò caſus eſt, quãdo
in actione legis nulla cognitio cau
ſæ deſideratur, ſed ea de plano de-
bet expediri, vt regulariter obſer-
uatur in manumiſſione, & cœteris
27 legis actionibus † *l.nõ eſt omnino 7.*
ff.de man.vind. quæ proinde quo-
cunq; loco, & tẽpore fieri poſſunt.
28 † *vt de manumiſsione conſtat ex d.l.*
non eſt omnino,& ex §.ſerui Inſt. de
libert. De emancipatione verò ex l.
emancipari 36.in princ.ff.de adopt,
l.actus 8.C.de ſeruis Paul.lib.2.ſent.
tit. 25. Et tunc duæ fuerunt no-
ſtrorum Interpretum ſententiæ,
Prima exiſtimantium, poſſe huiuſ-
modi legis actiones, ſiue ius præ-
bendæ authoritatis eas peragere
29 volentibus demandari. † *Ita enim*
de manumiſsione ſerui cenſuerunt
gl.in l. 2. in verb. conſilium, & ibi
Ang.num.1.Caſtr.nu.1.Iac.de Nigr.
num.10. Purp.num.1. ff.de off.eius,
Bart.in d.l.Imperium 3.num.22. &
& ibi Dec.num.57. Cagn.num.292.
verſ.ſed quicquid, Caccial.num.58.
Io. Imue.nu.23. ff.de Iuriſd.Alex.in
d.l.1.in prin.nu.25.& ibi Dec.num.
40.verſ.in gl. Alcia.nu.28.Cagn.nu.
87.& 90.verſ.& quãuis, Paul.Oria.
nu.91.Iac.de Nig.nu.95.Alb.nu.50.
verſ.gl.in verb.magiſtratus,ff.de off.
eius, Egu.Baro lib.1. varia. q.fo.35.
Hoto.lib.2. Amicab.reſp.cap.1.Den.
lib.17.comm.cap.8.De emancipatio-
ne verò gl.in d.l.emancipari 36.in
prin.in verb.loco ff.de adoptio.Bart.
in d.l.Imperium, nu.22.& ibi Alex.
num.32.Iaſ.num.27.in fin.Dec.nu.
57.Cagn.num.292. verſ.circa ſex-
tum, & num.294. Caccial.num.58.
ff.de Iuriſd.Caſtr.in d.l.2.num.1. &
ibi Purp.nu.1. ff.de off.eius, De ado-
ptione demum Caſtr.in d.l.2.num.1.
Mouentur autem.

Primo, quia, quæ competũt iure
magiſtratus, vtique mandari poſ-
ſunt *l.1.in princ.ff.de off.eius*; Sed
huiuſmodi legis actiones (ſecundũ
eos) competunt iure magiſtratus,
vt retulimus ſupra num.2. Poterũt
igitur demandari.

Secundo mouentur, quia, quæ
cauſæ cognitionem non requirũt,
per eum, cui mandatur iuriſdictio,
poſsunt expediri, *vt eſt apud eos*
in confeſſo, ſicuti referemus in hoc
cap. quaſt. 7. num. 1. Sed huiuſ-
modi legis actiones nullam requi-
runt cauſę cognitionem, cum de
plano

plano expediantur, *vt diximus supra num. 27.* Poterunt igitur expediri per eum, cui mandatur iurisdictio.

Tertio mouentur, quia, qui vicẽ
alicuius iudicis, vel præsidis obti-
net, emãcipationes, & similes legis
30 actiones celebrare potest † *l. 2. C.*
de off. eius, qui vic. al. iud. obt. Sed is,
cui mandatur iurisdictio, vicẽ ob-
tinet iudicis, seu prẹsidis mãdantis
l. solet 16. ff. de Iurisd. Poterit igi-
tur emãcipationes, & similes legis
actiones celebrare.

Quarto mouentur, quia valet argumentum a legato proconsulis ad alios, quibus mandatur iurisdictio *l. 1. §. damus ff. de susp. tuto.* Sed apud legatũ procõsulis legis actiones fieri possũt *l. apud proconsulem 17. ff. de manu. vind. & tradunt omnes, quos referemus infra num. 37.* Ergo, & apud alios, quibus mãdatur iurisdictio.

His tamen non obstantibus cõ-
trariam sententiam veriorem esse
puto, non posse scilicet huiusmodi
legis actiones, aut mãdari, aut mã-
31 data iurisdictione transferri. † *Ita*
enim de manumissione censuerunt
Purp. in dict. l. 1. in princ. num. 674.
(licet subijciat, in iudicando non esse
a cõmuni recedendum) & ibi Cuiac.
in 1. lib. quæst. Papin. & Muret. in
vers. qua verò ff. de off. eius, Cuiac.
lib. 1. obs. cap. 1. De emancipatione
verò gl. in l. ab ea parte 5. in verb. re-
ctè ff. de probat. Purp. in dict. l. 1. in
princ. num. 674. ff. de off. eius, De ad-
optione, Muret in d. l. 1. in vers. qua
verò. Et generaliter de legis actioni-
bus, siue iurisdictione voluntaria Bal.
in rub. extr. De off. deleg. nu. 1. vers.
sed quid Seb. Sap. in d. l. Imperiũ nu.
56. Cuiac. in d. l. 1. ff. de off. eius, in 1.
lib. quæst. Papin. Probatur autẽ hæc
sententia.

Primo, quia, quæ specialiter lege, vel S.C. vel constitutione principũ tribuuntur, nec mandari possunt, nec mandata iurisdictione transferuntur *l. 1. in princ. ff. de off. eius.* Sed legis actiones sunt huiusmodi, *vt latè ostẽdimus supra nu. 4.* Nec igitur mandari poterunt, nec mãdata iurisdictione transferẽtur.

Secundo probatur, quia nemo
alieno nomine lege agere potest *l.*
nemo alieno 166. ff. de reg. iur. Lege
autem agit etiam is, apud quẽ legis
32 actiones expediuntur, † *vt ait Cu-*
iac. lib. 15. obser. cap. 19. & ad l. ali-
quando 5. ff. de off. proc. & leg. in 1.
lib. quæst. Papin. Non poterũt igitur
huiusmodi actiones alieno, idest
magistratus nomine celebrari.

Tertio probatur, quia, quæ non transeunt in legatum proconsulis, multo minus trãsire debẽt in alios, quibus mandatur iurisdictio, tamquã minus priuilegiatos, *vti constat ex ijs, quæ diximus in quarto cap. quæst. 1. nu. 5.* Sed legis actiones nõ transeunt in legatum proconsulis *l. 2. & l. 3. ff. de off. proc. & leg. & nos latius ostendemus in seq. casu.* Multo igitur minus transire debent in alios, quibus mandatur iurisdictio.

Quarto, & vltimo probatur, quia
apud eum tantum, apud quẽ est le-
gis actio, adoptari, vel emancipari
33 filius † *l. magistratum 4. ff. de adopt.*
34 seruusuè manumitti potest † *l. vlt.*
C. de vind. lib. Paul. lib. 2. sent. tit.
25. Sed apud eum, cui mandata
est iurisdictio, omnino nõ est legis
actio *l. 3. ff. de off. proc. & leg.* Non
poterit igitur apud eũ, aut adopta-
ri, vel emancipari filius, aut seruus
manumitti.

Neque huic sentẽtiæ aduersantur cõtraria: nam ad primũ respondeo, Imo verius esse, huiusmodi legis actiones tribui specialiter lege, vel S.C. vel cõstitutione, ut ex ijs,

quæ diximus *ſupra nu.4.& ſeqq.* facile eſt intelligere.

Ad Secundum verò reſpondeo, negando maiorem: Nam &, quæ cauſæ cognitionẽ deſiderant, mandari poſſunt, ſi competant iure magiſtratus, &, quæ non deſiderant, non poſſunt, ſi ſpecialiter tribuantur, *vt ex ijs, quæ dicemus in hoc cap. quæſt. 5. & quæſt. 7. & ſeqq. clarius apparebit*. Itaque ad includendã, aut excludendam mandandi facultatem non a cauſæ cognitione debemus argumentum deducere, ſed ab eo, quod cauſa competat iure magiſtratus, aut ſpecialiter tribuatur, ſecundum regulam Papiniani *in dict. l. 1. in princ. ff. de off. eius*.

Ad Tertium reſpondeo, id procedere in eo, qui gerit vices præſi-
35 dis ex mandato principis: † Nam apud eum verũ eſt, legis actiones, puta manumiſſiones, & emancipationes fieri poſſe *dict. l. 2. C. de off. eius, qui vic. al. iud. obt. & ſcribit Ludo. Burgh. in l. 1. num. 642. ff. de Iudic.* quia, tamquam ordinarius poteſt omnia, quæ ad præſidis officium pertinerent, ſiue competant iure magiſtratus, ſiue non, *vti diximus in quæſt. præced. num. 98.* Cœterũ, ſi vices magiſtratus ex ipſius mandato gerat, magis eſt, vt ea tantum facere poſſit, quæ iure magiſtratus mandanti competebant, vt pote, quę ſola mandata iuriſdictione transferuntur.

Ad Quartum denique reſpondeo in Primis, Imo multa legato proconſulis competere, quæ denegantur alijs, quibus mandatur iuriſdictio, *vt oſtendimus in quarto cap. quæſt. 1. num. 5.* Ideoque licet apud eum legis actiones fieri poſſent, non tamẽ ſequi, idem eſſe dicendum de cœteris, quibus iuriſdictio demandatur, quia in hoc ius legati poſſet eſſe ſingulare, *vt eſſe cenſet Purp. in dict. l. 1. in prin. num. 674 ff. de off eius.* Secundo reſpondeo, negando apud legatũ proconſulis legis actionem eſſe, vti mox latius oſtendemus.

Tertius denique caſus eſt, quando tractamus de ijſdem legis actionibus, quæ de plano fiunt, & quærimus, an illæ poſſint apud legatum proconſulis expediri. Et tunc conſtat, rem eſſe mirum in modum cõtrouerſam, propterea, quod de hac re videntur inter ſe veteres Iuriſ-
36 prudentes diſſenſiſſe: nam † *in l. 2. §. 1. ff. de off proc. & leg.* Martianus, *Apud legatum verò proconſulis*, inquit, *nemo manumittere poteſt, quia non habet iuriſdictionem talem*. At *in l. apud proconſulem* 17. *ff. de man. vind.* Paulus, *Apud proconſulem*, inquit, *poſtquam vrbem egreſſus eſt, vindicta manumittere poſſumus; Sed & apud legatum eius manumittere poſſumus, ex quo prouinciam ingreſſus eſt*. Huius antinomię diſſoluendæ gratia variæ fuerunt noſtrorum Interpretum ſententiæ;

Primum enim frequentius traditum eſt, Apud legatum proconſulis ſeruum regulariter manumitti poſſe, *vt in dict. l. apud proconſulem*. Sed hoc ita demum verum eſſe, ſi proconſul ſit ingreſſus prouinciã, & in ea pariter ſit legatus. Cœterum, ſiue proconſul nondum ſit ingreſſus prouinciam, ſiue legatus extra eam ſit, magis eſſe, vt apud eum non poſſit ſeruus manumitti; Et ita intelligendum Martianum
37 *in dict. l. 2. ff. de off. proc. & leg.* † *Fuit hæc ſententia Rogerij, quem refert gl. in dict. l. 2. §. 1. in verb. talem ff. eod. & ibi probarunt Bart. Ang. Coraſ. nu. 3. & Fgu. Baro Bald in rub. Extr. de off. deleg num 1. Paul. Oria. in dict. l. c. in prin. num. 91. ff. de off. eius, Io. Iune. in l. Imperium 3. num. 23. & ibi Longo. nu. 40. ff. de Iuriſd.*

Nico.

*Nic. Bello. lib. 3. Suppu. cap. 10. nu. 3.
Duar. ad tit. ff. de off. pro. & leg. cap.
3. Coras. ad l. 3. & ibi Egu. Baro ff.
eod. Egu. Baro lib. 1. varia. quæst. fo.
23. Hoto. lib. 2. Amic. resp. cap. 1. &
Ill. quæst. 3. Donell. lib. 17. cōm. cap. 8.*
Mouentur autem.
38 Primo, quia Martianus † initio
l. 6. loquitur de proconsule, qui nō-
dum est ingressus prouinciam: nā,
Omnes proconsules, inquit, *statim,
atque vrbem egressi fuerūt, habent
iurisdictionem, non tamen contētio-
sam, sed voluntariam, vt ecce, ma-
numitti apud eos possunt, tam liberi,
quam serui.* Cum igitur subijcit,
*Apud legatum verò proconsulis nemo
manumittere potest, quia non habet
iurisdictionem talem* necessario vi-
detur etiam accipiēdus de legato,
qui nondum est ingressus prouin-
ciam, sed adhuc est in itinere cum
proconsule, propter dictionem, ve
rò, quæ, licet denotet diuersitatem
iuris, & facti, eandem tamen sup-
ponit materiam; At verò Paulus
perspicuè loquitur de legato, qui
est in prouincia, vti constat ex illis
verbis, *ex quo prouinciam ingressus
est*, quæ siue referantur ad ipsum
39 proconsulem, † *prout refert Coras.
in dict. l. 2. num. 3. ff. de off. proc. &
leg.* siue ad ipsum legatum, *vt re-
ferunt Rog. relatus a gl. in dict. l. 2. in
verb talem, Duar. ad d. tit. ff. de off.
proc. & leg. cap. 3. Hoto. dict. lib. 2.
Amic. resp. cap. 1. & verius est*, sem-
per supponunt, & Proconsulem, &
legatum esse in prouincia.

Secundo mouentur, ratione di-
uersitatis: nam, vbi legatus nōdum
est cum proconsule ingressus pro-
uinciam, licet ipse proconsul ha-
beat iurisdictionem saltem volun-
40 tariam † *dict. l. 2. in princ. ff. de off.
proc. & leg. dict. l. apud proconsulem
17. ff. de man. vind.* non tamen eam
habere potest legatus, quippe cu-
ius nulla est iurisdictio ante, quam
41 ei mandetur a procōsule † *l. legatò
13. ff. de off. procons.* nec ante man-
dari potest, quam proconsul sit in-
42 gressus prouinciam † *l. obseruare 4.
§. fin. ff. eod.* ideoque nil mirum, si
apud talem legatum non possit ser-
uus manumitti, tamquam apud
eum, qui nullam prorsus iurisdi-
ctionem habet, idest neque pro-
priam, neque mādatam: Idque vi-
detur significare Martianus, dum
subijcit, ideo non posse apud lega-
tum proconsulis manumitti, *quia
nō habet iurisdictionem talem*, qua-
lem scilicet proconsul, vt nempe
apud eum legis actiones fieri pos-
sint ante, quam sit in prouincia.
Contra verò, quando iam est cum
proconsule ingressus prouinciam,
solet ei iurisdictio demandari *dict.
l. obseruare 4. § vlt.* & totum offi-
cium iurisdicundi cōmitti *l. 1. §. da-
mus ff. de susp. tut.* Quo fit, vt apud
eum, tamquam apud gerentem vi-
ces procōsulis seruus vindicta ma-
numitti possit.

Verum hæc conciliatio mihi nō
43 videtur admittenda; † *Quemodo
nec eam probauit Cuiac. lib. 1. obser.
cap. 1.* Non, quod illa verba, *ex quo
prouinciam ingressus est*, non legan
tur in Pand. Flor. Qua ratione mo-
tus Cuiacius superiorem sententiā
improbauit, quia licet ibi deside-
rentur, leguntur tamen in antiquis
44 simis codicibus, & probantur † ab
Haloandro, *& Hoto d. lib. 2. Amic.
resp. cap. 1.* alijsque grauissimis vi-
ris, Imo sunt necessaria, *vti postea
demonstrabimus*. Nec Pand. Flor.
tanta authoritas est, vt cæterorum
codicum lectionem in omnibus ad
Florentinam accommodare coga-
mur, cum satis constet, innumera
Pand. Flor. menda, & defectus ex
alijs codicibus emendari, suppleri-
45 que solere, † *vt animaduertit Ant.
Fab.*

Fab.lib.1. coniect.cap.14. Sed quia
46 fieri non poteſt, vt Martianus †
loquatur de legato,qui nec dũ pro-
uinciam ingreſſus eſt cum procon-
ſule: dum enim ſui dicti rationem
affert, eam eſſe ſubijcit, *quia non
habet iuriſdictionem talem,* ideſt vo
luntariam, quibus verbis ſignificat
in caſu, de quo loquitur, habere
quidem legatum iuriſdictionem,
ſed non talem,vt apud eum ſeruus
manumitti poſſit. Atqui, ſi non-
dum eſſet cum proconſule ingreſ-
ſus prouinciam, ideoque nondum
ei fuiſſet mandata iuriſdictio, nul-
lã prorſus dici poſſet habere iuriſ-
dictionem, ideſt,nec voluntariam,
nec contentioſam; Non loquitur
ergo Martianus de legato, qui nõ-
dum eſt ingreſſus prouinciã: Alio-
quin enim ſcripſiſſet,apud eum ſer
uum manumitti non poſſe, quia iu
riſdictionem non habet, vel, quia
nõdum ei mandata eſt iuriſdictio,
non verò, quia non habet talem,
ideſt,voluntariam iuriſdictionem.
Deinde verò nulla ſubeſſet dubi-
tandi cauſa in legato, qui nondum
eſt ingreſſus prouinciam, quia cõ-
ſtat nihil eum habere iuris ante,
quam ei mandetur a procõſule iu-
riſdictio, nec ante mandari poſſe,
quam ſimul cum proconſule ſit in-
greſſus prouinciam, *vt ſupra dixi-
mus*. Omnimodo igitur, vt aliqua
ſubſit dubitandi cauſa, intelligen-
dus eſt Martianus de legato, qui
eſt in prouincia, & cui mandata eſt
iuriſdictio, quia, licet habeat iu-
riſdictionem, non tamen habet ta-
lem, vt apud eum ſeruus manumit
ti poſſit, ſcilicet, quia, cum ſeruus
apud eum tantum manumitti poſ-
47 ſit,apud quem eſt legis actio † *l.vlt.
C.de vind lib.Paul.lib.2.ſent.tit.25.*
& apud legatum proconſulis om-
48 nino non ſit legis actio † *l.3. ff. de
off. proc. & leg. & ſcribunt.Claud.
Cant.lib.2. de off.iud.cap.2. num.3.
& 15. Duar.ad tit. ff. de Iudic.cap.
de Iudicibus datis, Cuiac.lib.1. obſ.
cap.1.& lib.18.cap.38.& ad dict.l.
apud procõſulem 17. in 50.lib.Paul.
ad Edict.Pet.Fab.ad dict.l.nemo po-
teſt 71.ff.de reg.iur.Hoto.ad §.1.Inſt.
de ſuſp.tuto & Ill.q.34.* Conſequẽs
eſt, vt apud eum ſeruus manumitti
nequeat.

Et ſanè, ſi legis actio poſſet in
legatũ transferri a proconſule po-
ſtea,quã eſt ingreſſus prouinciam,
vtique poſſet etiam ante: Nam, cũ
eam habeat iure ſuo (ſi credimus
veteribus) Conſequens eſt, vt eã
legato demandare poſſit. Atqui nõ
poteſt ante ingreſſum prouinciæ,
vt ijdẽ ipſi fatentur; Nec igitur poſt
ingreſſum. *Ita Cuiac.lib. 15.obſer.
cap.19.*

Denique, cũ legis actiones ſpe-
cialiter fuerint proconſuli tributæ,
*vt diximus ſupra num. 4. Et in ſpe-
49 cie de procõſule † ſcribit Cuiac. dict.
lib.1.obſ.cap.1. & ad l.aliquando 5.
ff. de off.proc. & leg in 1. lib. quaeſt.
Papin. & ad l. 5. ff. de off. eius in
eund. lib.* Sequitur non poſſe eas
mandata iuriſdictione in legatum
transferre *dict. l.1. in princ. ff. de
off. eius.*

Neque me mouent contraria:
Nam ad Primum reſpondeo, licet
50 initio loquatur Martianus † de
proconſule, qui nondum eſt in-
greſſus prouinciam, non tamen ſe-
qui *§. 1.* ſimiliter eſſe accipiendum
de legato, qui prouinciam non eſt
ingreſſus, ſcilicet, quia diuerſa eſt
ratio proconſulis, & legati: Nam
proconſul habet quidẽ iuriſdictio-
nem ſtatim, atque vrbem egreſſus
eſt, ſed poteſtatẽ exercere nequit,
niſi in prouincia, & ideo rectè quę-
ritur, an ante, quam ſit ingreſſus
prouinciam ſeruus apud eum ma-
numitti poſſit. At verò legatus nul-

lam

lam prorsus iurisdictionem habet, nisi in prouincia, & post mandatum proconsulis, ideoque, nisi post ingressum in prouinciã, & iurisdictionem demandatã dubitari non potest, an apud eum seruus manumitti possit.

Nec obstat dictio, verò, quia, quamuis eandem denotet materiam, non tamen ex eo necessariò inferri potest, loqui Martianum de legato, qui nondum est ingressus prouinciam, quia de eadem adhuc iurisdictionis voluntariæ, & serui manumittendi materia tractat, licet sub diuersis casibus, proconsulis scilicet ante ingressum, legati verò post: Nam ille, & ante ingressum magistratus est, hic verò non, nisi post ingressum, & mandatã iurisdictionem gerit vices magistratus, ideoque nec ante quæri potest, an apud eum sit legis actio, *secundum ea, quæ diximus.*

Ad Secundum verò respondeo, rationem illam diuersitatis in prima sui parte, non solum non officere, sed etiam hanc, quam defendimus, sententiam comprobare: Nam, quia legatus proconsulis nullam omnino iurisdictionem habet ante, quam ei mandetur, & mandari non potest ante ingressum proconsulis in prouinciam, non est, quod quis quærat, an ante talẽ ingressum possit apud eũ seruus manumitti, quia nulla subest dubitandi causa. Vnde, cum Martianus quærat, an apud eum talis manumissio fieri possit, & ideo neget posse, quia non habet iurisdictionem talem, idest, voluntariam, & hoc modo innuat, habere contentiosã, ideo intelligimus, loqui eum de legato, qui prouinciam ingressus est. Deinde verò pars altera rationis nullam ad eorum sententiam confirmandam vim habet: Nam, & si procõsul sit ingressus prouinciam, non tamẽ sequitur, Ergo apud eius legatum manumittere possumus, quia, & mandari prius iurisdictio debet, & licet mandata sit, non tamen transibunt ea, quæ specialiter proconsuli fuerant tributa, cuiusmodi sunt legis actiones, *vti supra ostendimus.* Non potest igitur esse probabilis horum sententia.

Secundo igitur alij censent, tam Paulum, quam Martianum loqui de legato, qui est in prouincia, sed Martianum, dum ait, non habere eum iurisdictionem talem, vt apud eũ seruus manumitti possit, intelligi iure suo, Paulum verò, dũ vult, talem eum potestatẽ habere intelligi ex persona procõsulis, & ex vi
51 mandatæ iurisdictionis. † *Fuit hæc opinio gl. in d. l. 2. in verb. talem ff. de off. proc. & leg.*

Sed, cum dicat Martianus simpliciter non posse apud legatum procõsulis seruum manumitti, falsò locutus esset, si posset ex persona proconsulis; Nec enim refert, vtrum iure suo, an ex persona proconsulis talem habeat facultatem, cũ quærimus, an apud eum seruus manumitti possit. Deinde verò, cum legis actiones specialiter proconsuli tributæ sint, fieri nõ potest, vt eædem sint apud eius legatũ ex persona proconsulis, propter regulam Papiniani *in dict. l. 1. in princ. ff. de off. eius.* Itaque aut omnino non sunt apud legatum proconsulis, aut, si sunt, speciali beneficio alicuius constitutionis esse debent (vt est datio tutoris) nõ ex vi mandati. Non est igitur probabilis hęc opinio.

Tertio putarunt alij, iurisdictionem hanc non transferri in legatũ proconsulis mandata generali iurisdictione, sed, si specialiter mandata sit, transferri; Itaque Martianum

num loqui de legato, cui generalis
mandata est iurisdictio, Paulum
verò de eo, cui specialiter manda-
52 ta est legis actio. † *Fuit hac senten-*
tia gl. in dict. l. 2. in verb. talem ff. de
off. proc. & leg. quam probarunt Al-
cia. ad l. Imperium 3. nu. 224. vers.
4. ff. de Iurisd. & lib. 2. Parad. cap. 1.
& Hotom. lib. 2. Amic. resp. cap. c.
Nec enim nouum est, vt quædam
mandari possint, nec tamen man-
data generali iurisdictione trans-
ferantur, *vt ostendemus in 9. cap.*
quæst. 1.

Verum neque hanc opinionem
53 puto admittendam, † eamque pro-
inde merito *Egu. Baro. lib. 1. varia.*
quæst. fo. 32. & alij plerique repro-
barunt: tum, quia, nec Martianus,
nec Paulus distinguit, vtrum gene-
ralis, an specialis mandata sit iu-
risdictio, sed simpliciter quærit, an
apud legatum proconsulis seruus
manumitti possit; tum etiam, quia
verius est, vtrumque loqui de le-
gato, cui generalis mandata est
iurisdictio: Nam, quoties veteres
prudentes aiunt, apud legatum pos-
se, vel nõ posse quicquam fieri, in-
telligunt de eo legato, cui genera-
lis, & vniuersa iurisdictio deman-
datur, *vt in l. 1. §. damus ff. de susp.*
tut. l. 1. §. qui mandatam vers. verius
ff. de off. eius. Denique, cum legis
actiones specialiter proconsuli tri-
butæ sint, verius est, ne specialiter
quidem mandari posse *dict. l. 1. in*
princ. ff. de off. eius.

Quarto censuerunt alij, Martia-
nũ de alijs manumissionibus, quæ
non fiunt vindicta loqui, Paulum
verò de vindicta manumissione:
quia Martianus, simpliciter ait,
manumittere, Paulus verò, vindi-
54 cta manumittere. † *Ita gl. in dict. l.*
apud proconsulem 17. in verb. pos-
sumus ff. de man. vind. Ridiculè sa-
nè: Nam, cum apud magistratum
nulla fiat manumissio præter eam,
quæ vindicta fit, Quis dubitat,
quin de ea loquantur prudẽtes, qui
quærunt, an apud aliquem seruus
manumitti possit? Quinimo, & idẽ
Paulus *in dict. l. apud proconsulem*,
vbi de legato loquitur, simpliciter
ait, *Sed & apud legatum eius manu-*
mittere possumus.

Quinto igitur putarunt alij, cor-
ruptum esse Pauli locum, & vbi le-
gitur *manumittere possumus*, le-
gendũ, *manumittere non possumus*,
ne alioquin videatur Paulus con-
55 tra iuris rationem locutus. † *Ita*
censuit Cuiac. lib. 1. obs. cap. 1. & lib.
28. cap. 38. & ad l. aliquando 5. ff. de
off. proc. & leg. in 1. lib. quæst. Papin.
& ad dict. l. apud proconsulem 17.
ff. de manu. vind. in 50. lib. Paul. ad
Edict. quem sequitur Muret. ad dict.
l. e. in princ. vers. qua verò ff. de off.
eius.

Sed hanc sententiã merito *Ho-*
to. lib. 2. Amic. resp. cap. 1. & alij
56 pleriq; † reprobarunt: quia, præter
id, quod ea negatio, non solum Flo
rentinę lectioni, sed etiam aliorum
omnium codicum fidei repugnat,
verba etiam præcedentia clarissi-
mè demonstrant, affirmatiuè locu-
tum esse Paulum: Nam, postea
quam, *Apud proconsulem*, dixit,
postquam vrbem egressus est, vindi-
cta manumittere possumus, subijcit,
Sed & apud legatum eius manumit-
tere possumus, ex quo prouinciam in-
gressus est, quæ verba sine dubio ne-
gationem non admittũt, quoniam
illæ dictiones, *sed &*, quæ stant am-
pliatiuè, & facti quidem diuersita-
tem arguunt, sed continent identi-
tatem iuris, significãt, hoc scribere
Paulũ, non solum apud Proconsu-
lem manumissionẽ fieri posse, sed
etiam apud eius legatũ: Alioquin
enim, nõ, sed &, sed simpliciter, sed
scripsisset, vti notissimi iuris est.

Puto

Puto igitur (& hæc erit Sexta
conciliatio) ita rẽ eſſe definiendã,
57 vt dicamus † apud legatum pro-
conſulis, neque in prouincia, ne-
que exrra prouinciam regulariter,
aut ſeruum manumitti, aut filium
58 adoptari, vel emancipari poſſe, †
*vt rectè cenſuerunt Pompo. Latus de
magi. Roman. cap. de proconſule,
Claud. Cant. lib. 2. de off. ind. cap. 2.
num. 3. Cuiac. d lib. 1. obſ. cap. 1. &
lib. 15. cap. 19. & ad d. l. 1. ff. de off.
eius in 1. lib. quæſt. Papin & ad d. l.
Apud proconſulẽ 17. ff. de man. vind.
in 50. lib. Paul. ad Edict. Petr. Fab. in
dict. l. nemo poteſt 71. ff. de reg. iur.
Muret. in d l 1. in prin. verſ. qua ve-
rò ff. de off. eius*. Non extra prouin-
ciam, quia nullam prorſus iuriſdi-
ctionem habet, ne mandatam qui-
dem: Neque in prouincia, quia
mandata iuriſdictione non trans-
59 fertur in eum legis actio, † *vt rectè
ſcripſit Cuiac. ad d. l. 1. ff. de off. eius,
in 1. lib. quæſt. Papin. ad l. aliquando
5. ff. de off proc. & leg. in eund. lib. &
ad dict. l. apud proconſulem 17. ff. de
man. vind. in 50. lib. Paul ad Edict.*
vt pote, quæ, cum ſpecialiter pro-
conſuli data ſit, neque mandari po
teſt, neque mandata iuriſdictione
transfertur. Et boc velle Martia-
num *in dict. l. 2. §. 1. ff. de off. proc.
& leg.* dum ait, ideo nõ poſſe apud
eum manumitti, *quia non babet iu-
riſdictionem talem*, & Vlpianum *in
l. 3. ff. eod.* dum negat, apud eum
poſſe filium adoptari, quia *omnino
non eſt apud eum legis actio*. Verũ
hoc vnam babere exceptionem,
cum ſcilicet proconſul ante, quam
ingrediatur prouinciam, neceſſa-
riam patitur morã in itinere, quo
caſu ſolet legatum ſuum præmitte-
re, *vt in l. aliquando 5. ff. de off. proc.
& leg.* Tunc enim publicæ vtilita-
tis gratia receptum eſt, vt apud eũ
non ſolum ea poſſint expediri, quę
competunt iure magiſtratus, ſed
etiam (vltimi ſupplicij, & membri
abſciſionis pœna excepta, *ſecun-
dum ea, quæ diximus in hoc cap.
quæſt. 2. nu. 135.*) ea, quæ ſpeciali-
ter ipſi proconſuli fuerant tributa,
vt ius manumittendi, ne alioquin;
dum proconſul moratur in itinere,
nullus in prouincia ſit, apud quem
ſeruus poſſit manumitti, ac eo mo
do impediãtur libertates, quarum
cauſa fauorabilis eſt. Sed hoc ita
eſt accipiendum, vt apud eum poſ-
ſit quidem fieri manumiſſio, ſed
tunc demum cum ipſemet legatus
fuerit ingreſſus prouinciã, ne quis
putet, ex tali mandato conſequi
eum iuriſdictionem voluntariam
etiam extra prouinciam. Hoc igi-
tur eſt, quod ſcribit Paulus *in dict.
l. apud proconſulem*, dum, *Apud pro-
conſulem*, inquit, *poſt, quam vrbem
egreſſus eſt*, licet nondum ſit ingreſ
ſus prouinciam, *vindicta manumit
tere poſſumus. Sed & apud legatum
eius* (quẽ ſcilicet proconſul ob iu-
ſtam pręmiſit morã) *manumittere
poſſumus*, non tamen vbique, ſed
tãtum in prouincia, & *ex quo* lega-
tus ipſe *prouinciã ingreſſus eſt*. Vi-
dentur autem hãc conciliationem
60 ſenſiſſe † *gl. in dict. l. apud procon-
ſulem, in verb. poſſumus, & Hoto.
dict. lib. 2. Amic. reſp. cap.* 1. qui aiũt,
apud legatum poſſe manumitti ab-
ſente proconſule, non etiam eo
præſente: Nec enim nouum eſt,
vt ea, quæ ſpecialiter tribuuntur,
mãdari poſſint ob iuſtam abſentiæ
cauſam *dict. l. 1. in princ. verſ. hu-
ius ff. de off. eius*; Quod & ſignificat
Hoto. *lib. 3. obſer. cap. quarto*, dum
ait, ſi proconſul ſit pręſens, non
niſi iuriſdictionis partem, ideſt
(vt ipſe interpretor) ea, quę com-
petunt iure magiſtratus, mandare
poſſe, ſi verò ſit abſens, poſſe man-
dare totam iutiſdictionem, boc
eſt,

est, etiam ea, quæ specialiter tribuuntur. Et hæc de legis actionibus.

SVMMARIVM.

1 *Cognitiones prætoria specialiter tribuuntur.*

2 *Cognitiones prætoria non possunt mandari. Declara, vt numero 5.*

3 *Iudex dari in cognitionibus prætorijs olim non poterat.*

4 *Iudex dari nō poterat olim in causa restitutionis in integrum.*

6 *Cognitio de transactione alimentorū cōpetit iure magistratus. Sed contra num. 7.*

8 *Cognitio de transacti ne alimentorū non potest mandari.*

9 *Ius interponendi decretum in alienatione prædij minoris specialiter tribuitur; Nec potest mandari num. 10.*

11 *Cognitio fideicommissorum erat prætoria.*

12 *Iudex non dabatur in fideicommissis.*

13 *Cognitio fideicommissorum non poterat demandari, quia specialiter fuerat tributa.*

14 *Fideicōmissa per omnia legatis exæquata sunt.*

15 *Causæ status specialiter tributæ sūt; Nec possunt demandari numero 16.*

17 *Cognitio de salarijs non potest mandari, nec in ea iudex olim dari poterat nu. 18.*

19 *Hotomanus reprobatur.*

20 *Cognitio prætoria dicitur, etiamsi cognoscat is, cui mandata est iurisdictio.*

An prætoriæ cognitiones mandari possint.

Quæstio Quinta.



VARTVM exemplum earū causarum, quæ specialiter tribuuntur, affertur a quibusdam in prętorijs, aliorumuè magistratuum cognitionibus, quas aiunt nominatim legę, vel S. C. vel constitutione principum solere iniungi magistratibus,
1 † *vti videre est apud Longov. ad l. Imperium 3. num. 154. ff. de Iurisd. Ant. Gou. ad l. 1. nu. 13. ff. eod. Cuiac. ad l. vestis 127. ff. de verb. signi. Petr. Fab. ad l. nemo potest 71. ff. de reg. iur.* ideoque ab eis non posse de-
2 mandari, † *vt scribunt Ant. Gou. ad d. l. 1. num. 13. ff. de Iurisd. Cuiac. lib. 7. obs. cap. 23. et ad d. l. vestis 127. ff. de verb. signi. Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur. & est de mente Camill. Plaut. in rub. ff. de off. eius, lib. 1. cap. 4. num. 7. dum ait, Iudicis officium mandari non posse*; Quemadmodum nec poterat olim in ijs
3 dari iudex, † *vt scribunt Cuiac. d. lib. 7. obs. cap. 23. Don. lib. 17. comm. cap. 8. & 22. Vand. lib. 1. quæst. iur. cap. 10. nu. 13. & nos diximus in 3. cap. q. 2. nu. 5. & 25.*

Sed horum sententia non est indistinctè vera, quia multę sunt prętorię cognitiones, quę competunt iure magistratus, & mandari possunt, vt puta restitutiones in integrum petuntur cognitione prętoria *l. quod, si minor 25. §. fin. ff. de minor. l. omnes 3. ff. de in integ. rest.* & tamē competunt iure magistratus, & mandari possunt *l. vlt. C. vbi, & apud quem, & latius dicemus in hoc cap. quæst. 10.* Nec est contrarium, quod in ijs iudex dari non
4 potuerit, † *vt scribunt Cuiac. dict.*

lib. 7.

lib.7. obfer. cap.23. Ant.Fab. lib.4.
coniect. cap. 7. & nos oftendimus in
eod.3. cap.quaft.2.num.13. quia id
obtinebat in ordinarijs iudicijs, in
quibus aliud erat dare iudicem,
aliud mandare iurifdictionem, vt
oftendimus in primo cap. quaft. 2.
num 7. Cœterum in extraordina-
rijs, quibus vtimur, & in quibus
nihil effe diximus inter mandare
iurifdictionem, & delegare iudicē
difcriminis in d. cap.1. quaft.6. nu.
2. magis eft, vt etiam in ijs iudex
dari poffit. Præterea dubium non
eft, quin fufpecti cognitio prætoria
fit, & aliorum magiftratuum l.1.§.
damus ff.de fufp.tut. §.1. Inft.eod.l.
1.§.fufpecti ff.ad Turpill. Et tamen
etiam hęc competit iure magiftra-
tus, & mandari poteft l. cognitio 4.
in princ. ff. de off.eius, & nos often-
demus in hoc cap. quaft. 22. Deni-
que iubere poffideri fit caufa a prę-
tore cognita l. dies cautioni 4. §. fi
duretur ff. de damn. inf. & tamen
hęc poteftas alteri mandari poteft
dict.l.cognitio 4. §. vt poffefsio ff. de
off.eius, & nos oftēdemus in hoc cap.
quaft.13.

5 Quamobrem verius eft,† in co-
gnitionibus prætorijs olim quidē
non potuiffe dari iudicem, vt di-
ximus in 3.cap.quaft.2.nu.5. & 25.
& fupra num.3. fed mandari iurif-
dictionem interdum, & olim po-
tuiffe, & hodie poffe, interdum ve-
rò non item: Nam, fi cognitio no-
minarim aliqua lege, vel S. C. vel
conftitutione principis fuit iniun-
cta magiftratui, magis eft, vt in ea
iurisdictio mandari, fiue, & hodie
dicimus, iudex delegari nequeat,
vt fcribunt ij, quos retulimus fupra
nu.2. quorum dicta in hoc cafu vera
funt. Huius rei multa poffunt exē-
pla afferri.

Primum in ea cognitione, quę
neceffaria eft, quoties de futuris
alimentis fit tranfactio: Nam, cum
ij, quibus alimenta fuerant relicta,
facile tranfigerent contenti modi-
co pręfente, Diuus Marcus Ora-
tione in fenatu recitata effecit, ne
aliter tranfactio alimentorum rata
effet, quam authore prætore facta
l. cum hi 8. in princ. ff. de tranfact.
l. de alimentis 8. C. eod. Hęc igitur
cognitio non competit prętori iu-
6 re magiftratus, † vt malè cenfuit
Donell.lib.17. comm.cap.8. fed fpe-
cialiter, & nominatim illi tributa
fuit Oratione Diui Marci d. l. cum
hi 8. in princ. fiue S. C. quod (vt
moris erat) eam fecutum eft l.ele-
ganter 23.§.Item fi ob tranfactionē
7 ff. de cond. indeb. † Ita gl. in l. 1. in
princ. in verb. conftitutione, & ibi
Alex.num.27.Coraf.num 3. 7. & 8.
Egu.Baro Cuiac.in 1. lib.quaft.Pap.
& Muret.ff.de off.eius, Bart.in l.Im
perium 3.num.20. & ibi Caccialup.
num. 56. Longonall. numerò 151.
Petr. Calaf. num.210. ff. de Iurisd.
Alcia.ad l.ftipulationum 5.in princ.
nu.21. ff.de verb.oblig. Claud.Cant.
lib.2.De off.iud.cap.10.nu.5.& 17.
Vaco.a Vacu. lib.6. declar.79. nu.9.
Io. Gillot. lib. 2. De Iurisd. & Imp.
cap. 24. Duar. ad tit. ff. de Iurisd.
cap.5. 7. & 8. & ad l.more 5.ff.eod.
Ant.Gou.ad l.1. num.12.ff.eod.Egu.
Baro ad d.l.cum hi 8 §.fed nec man-
dare ff. de tranfat. & lib. 1. varia.
quaft.fo 23. & 27.Cuiac.ad l.vbicū-
cunque 106. ff. de reg. iur. in 1. lib.
Paul.ad Edict. Petr. Fab. ad l.nemo
poteft 71.ff.de reg.iur.Muret.ad l.2.
ff.de off.eius, Briffo.lib.5. de formul.
fo.461. Quamobrem, nec mandari
poteft, nec mandata iurifdictione
8 transfertur,† d.l.cum hi 8.§.fed nec
mandare ff. de tranfat. & fcribunt
Azo in fumma C. de Iurisd.omn.iud.
num.19. Bart.in dict.l.Imperium 3.
nu.20.et ibi Caccial.num.56.Valaf.
num. 233. Longou. num. 151. Petr.
Calaf.

est, etiam ea, quæ specialiter tribuuntur. Et hæc de legis actionibus.

SVMMARIVM.

1 *Cognitiones pratoria specialiter tribuuntur.*
2 *Cognitiones pratoria non possunt mandari. Declara, vt numero 5.*
3 *Iudex dari in cognitionibus pratorijs olim non poterat.*
4 *Iudex dari nō poterat olim in causa restitutionis in integrum.*
6 *Cognitio de transactione alimentorū cōpetit iure magistratus. Sed contra num.7.*
8 *Cognitio de transactione alimentorū non potest mandari.*
9 *Ius interponendi decretum in alienatione prædij minoris specialiter tribuitur; Nec potest mandari num.10.*
11 *Cognitio fideicommissorum erat pratoria.*
12 *Iudex non dabatur in fideicommissis.*
13 *Cognitio fideicommissorum non poterat demandari, quia specialiter fuerat tributa.*
14 *Fideicōmissa per omnia legatis exaquata sunt.*
15 *Causa status specialiter tributa sūt; Nec possunt demandari numero 16.*
17 *Cognitio de salarijs non potest mandari, nec in ea iudex olim dari poterat nu. 18.*
19 *Hotomanus reprobatur.*
20 *Cognitio pratoria dicitur, etiamsi cognoscat is, cui mandata est iurisdictio.*

An prætoriæ cognitiones mandari possint.

Quæstio Quinta.



VARTVM exemplum earū causarum, quæ specialiter tribuuntur, affertur a quibusdam in pretorijs, aliorumuè magistratuum cognitionibus, quas aiunt nominatim lege, vel S. C. vel constitutione principum solere iniungi magistratibus,
1 † *vti videre est apud Longov. ad l. Imperium 3. num. 154. ff. de Iurisd. Ant. Gou. ad l. 1. nu. 13. ff. eod. Cuiac. ad l. vestis 127. ff. de verb. sign. Petr. Fab. ad l. nemo potest 71. ff. de reg. iur.* ideoque ab eis non posse de-
2 mandari, † *vt scribunt Ant. Gou. ad d. l. 1. num. 13. ff. de Iurisd. Cuiac. lib. 7. obs. cap. 23. et ad d. l. vestis 127. ff. de verb. sign. Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur. & est de mente Camill. Plaut. in rub. ff. de off. eius, lib. 1. cap. 4. num. 7. dum ait, Iudicis officium mandari non posse;* Quemadmodum nec poterat olim in ijs
3 dari iudex, † *vt scribunt Cuiac. d. lib. 7. obs. cap. 23. Don. lib. 17. comm. cap. 8. & 22. Vand. lib. 1. quæst. iur. cap. 10. nu. 13. & nos diximus in 3. cap. q. 2. nu. 5. & 25.*

Sed horum sententia non est indistinctè vera, quia multę sunt prętorię cognitiones, quę competunt iure magistratus, & mandari possunt, vt puta restitutiones in integrum petuntur cognitione prętoria *l. quod, si minor 25. §. fin. ff. de minor. l. omnes 3. ff. de in integ. rest.* & tamē competunt iure magistratus, & mandari possunt *l. vlt. C. vbi, & apud quem, & latius dicemus in hoc cap. quæst. 10.* Nec est contrarium, quod in ijs iudex dari non
4 potuerit, † *vt scribunt Cuiac. dict.*

lib. 7.

lib.7. obser. cap.23. Ant.Fab. lib.4.
coniect. cap. 7. & nos ostendimus in
eod.3. cap.quæst.2.num.13. quia id
obtinebat in ordinarijs iudicijs, in
quibus aliud erat dare iudicem,
aliud mandare iurisdictionem, vt
ostendimus in primo cap. quæst. 2.
num 7. Cœterum in extraordina-
rijs, quibus vtimur, & in quibus
nihil esse diximus inter mandare
iurisdictionem, & delegare iudicē
discriminis in d. cap. 1. quæst.6. nu.
2. magis est, vt etiam in ijs iudex
dari possit. Præterea dubium non
est, quin suspecti cognitio prætoria
sit, & aliorum magistratuum l. 1. §.
damus ff. de susp. tut. §. 1. Inst. eod. l.
1. §. suspecti ff. ad Turpill. Et tamen
etiam hęc competit iure magistra-
tus, & mandari potest l. cognitio 4.
in princ. ff. de off. eius, & nos osten-
demus in hoc cap. quæst. 22. Deni-
que iubere possideri fit causa a prę-
tore cognita l. dies cautioni 4. §. si
duretur ff. de damn. inf. & tamen
hęc potestas alteri mandari potest
dict. l. cognitio 4. §. vt possessio ff. de
off. eius, & nos ostēdemus in hoc cap.
quæst. 13.
5 Quamobrem verius est, † in co-
gnitionibus prætorijs olim quidē
non potuisse dari iudicem, vt di-
ximus in 3. cap. quæst. 2. nu. 5. & 25.
& supra num. 3. sed mandari iuris-
dictionem interdum, & olim po-
tuisse, & hodie posse, interdum ve-
rò non item: Nam, si cognitio no-
minatim aliqua lege, vel S. C. vel
constitutione principis fuit iniun-
cta magistratui, magis est, vt in ea
iurisdictio mandari, siue, & hodie
dicimus, iudex delegari nequeat,
vt scribunt ij, quos retulimus supra
nu. 2. quorum dicta in hoc casu vera
sunt. Huius rei multa possunt exē-
pla afferri.
Primum in ea cognitione, quę
necessaria est, quoties de futuris
alimentis fit transactio: Nam, cum
ij, quibus alimenta fuerant relicta,
facile transigerent contenti modi-
co pręsente, Diuus Marcus Ora-
tione in senatu recitata effecit, ne
aliter transactio alimentorum rata
esset, quam authore prætore facta
l. cum hi 8. in princ. ff. de transact.
l. de alimentis 8. C. eod. Hęc igitur
cognitio non competit prętori iu-
6 re magistratus, † vt malè censuit
Donell. lib. 17. comm. cap. 8. sed spe-
cialiter, & nominatim illi tributa
fuit Oratione Diui Marci d. l. cum
hi 8. in princ. siue S. C. quod (vt
moris erat) eam secutum est l. ele-
ganter 23. §. Item si ob transactionē
7 ff. de cond. indeb. † Ita gl. in l. 1. in
princ. in verb. constitutione, & ibi
Alex. num. 27. Coras. num 3. 7. & 8.
Egn. Baro Cuiac. in 1. lib. quæst. Pap.
& Muret. ff. de off. eius, Bart. in l. Im
perium 3. num. 20. & ibi Caccialup.
num. 56. Longonall. numero 151.
Petr. Calaf. num. 210. ff. de Iurisd.
Alcia. ad l. stipulationum 5. in princ.
nu. 21. ff. de verb. oblig. Claud. Cant.
lib. 2. De off. iud. cap. 10. nu. 5. & 17.
Vaco. a Vacu. lib. 6. declar. 79. nu. 9.
Io. Gillot. lib. 2. De Iurisd. & Imp.
cap. 24. Duar. ad tit. ff. de Iurisd.
cap. 5. 7. & 8. & ad l. more 5. ff. eod.
Ant. Gou. ad l. 1. num. 12. ff. eod. Egu.
Baro ad d. l. cum hi 8 §. sed nec man-
dare ff. de transat. & lib. 1. varia.
quæst. fo 23. & 27. Cuiac. ad l. vbicū-
cunque 106. ff. de reg. iur. in 1. lib.
Paul. ad Edict. Petr. Fab. ad l. nemo
potest 71. ff. de reg. iur. Muret. ad l. 2.
ff. de off. eius, Brisso. lib. 5. de formul.
fo. 461. Quamobrem, nec mandari
potest, nec mandata iurisdictione
8 transfertur, † d. l. cum hi 8. §. sed nec
mandare ff. de transat. & scribunt
Azo in summa C. de Iurisd. omn. iud.
num. 19. Bart. in dict. l. Imperium 3.
nu. 20. et ibi Caccial. num. 56. Valas.
num. 233. Longon. num. 151. Petr.
Calaf.

Calef.num 210.ff.de Iurisd. Ang.in d.l.cum hi 8.§.sed nec mãdare ff. de transf.Alex.in d.l.1.in prin.num.27. & ibi Coras. nu.8. Egu. Baro Cuiac. in 1.lib.quæst.Papin. & Muret.ff.de off.eius, Ias.in l. necquicquam 9. §. vbi decretum num.82.ff.de off.proc. & leg. Iac.de Nigr.in l.2. num. 1.ff. de off.eius, Dec.in l.omnia 72.nu.3. ff.de reg.iur. Alcia.in d.l.de alimentis 8.num.7.C.de trans.& in d.l.stipulationum 5.in prin.num.22.ff.de verb.oblig. Claud. Cant. d.lib.2. De off.iud.cap.10.num.5.Vaco.a Vacu. d.lib.6. declar.79.num.9. Io. Gill.d. lib.2.De Iurisd.& Imp.cap 24.Egu. Baro dict.lib.1. varia.quæst.fo.27. Cuiac.d.lib.7.obs.cap.23. & ad d.l. vbicunque 106. ff. de reg. iur.in 1. lib. Paul.ad Edict. Brisso.d.lib.5.de formul.fo.461. Hotom.d.lib.7.obser. cap.4. Petr. Fab. ad d.l. nemo potest 71. ff.de reg.iur. Don.d.lib.17.cõm. cap.8.

Secũdum exemplum afferri potest in cognitione causæ, quæ requiritur in alienatione prædij minoris: Nam Oratione Diui Seueri in Senatu recitata prohibiti sunt tutores, & curatores prædia rustica, vel suburbana distrahere sine decreto prætoris *l.1. in princ. ff. de reb. cor.* Hanc igitur cognitionem nõ habet prætor iure magistratus, *vt perperã censuit Donell.d.lib. 17. comm. cap. 8.* sed beneficio prædictæ constitutionis, quippe, quę nominatim illi talem cognitionẽ iniunxit his verbis, *Prætor vrbanus vir clarissimus adeatur, qui pro sua religione æstimet, quæ possint alienari, obligariuè debeant,* vt constat ex ipsius orationis verbis, quæ referuntur ab Vlpiano *in dict.l.1. in*
9 *princ. ff.de reb. cor.* † *Ita gl.in d.l.1. in prin.in verb.constitutione, & ibi Alex.num.28.Coras.num.1. & 7.& Cuiac.in 1. lib.quæst.Papin.ff.de off. eius, gl.in l.2.in verb.nequaquam, & ibi Coras.in fin. & Muret. ff.eodem, Bart.in d.l.Imperium 3.num.20. & ibi Caccial.num.56. Longo.nu.152. Petr. Calef.num. 210. ff. de Iurisd. Alcia.in d.l.stipulationũ 5.in princ. nu.21.ff.de verb.oblig. Claud Cant. d.lib.2 De off.iud.cap.10.num 5.& 17. Duar.ad d.tit. ff.de Iurisd. cap. 5. & 7. & ad l. more 5.ff. eod. Egu. Baro d.lib.1. var.quæst.fo 27. Ant. Gou.ad l.1.n.12. ff.de Iurisd.Cuiac. ad l.vbicunque 106.ff.de reg.iur.in 1.lib. Paul.ad Edict.Petr.Fab.in d. l.nemo potest 71.ff.de reg.iur.* Vnde fit, vt huius decreti interponendi ius, nec mandari possit, nec man-
10 data iurisdictione transferatur † *l. 2.ff.de off.eius, & scribũt gl.in cap. 1.in verb. & iurgia 25. dist. Azo in summ.C.de Iurisd om.iud. num.19. Bart. in d. l. Imperium num. 20. & ibi Caccial.num.56. Io.Imnen.num. 23.Valas.num.233.Longouall.num. 152. Petr.Calef.num.210. ff.de Iurisd.Castr. in l.2. num. 1. & ibi Ias. num. 1. & 11. Dec.in princ. Iac. de Nigr. num.6. Purp. num. 5. & Egu. Baro, & Muret. ff.de off.eius, Alex. in dict.l.1. in princ. num.28. & ibi Cuiac.in 1.lib.quæst. Papin.ff de off. eius, Ias.in dict.l.necquicquam 9.§. vbi decretum nu.82.ff.de off proc.et leg. Dec. in l.omnia 72. num. 2.ff.de reg.iur. Ludo.Burgh in l. 1. nu.142. ff.de Iudic. Alcia.in d.l.stipulationũ 5.in princ.num.22. ff.de verb oblig. Claud.Cant. d.lib.2.cap. 10,num.5. Vaco. a Vacu. d.lib.6. decl.79.num. 9. Ant. Gou.ad l.solet 16.num.5.ff. de Iurisd. Eduard. pro Egu. fo. 30. Cuiac. ad d. l. vbicunque 106. ff.de reg.iur.in 1.lib.Paul.ad Edict. & d. lib.7. obser.cap.23. Brisso.d.lib.5.de formul. fo. 461. Coras. lib. 3. Misc. cap.19. nu.12. Petr.Fab. ad d l.nemo potest 71.ff.de reg iur.Don.dict. lib.17.comm. cap.8.*

Ter-

Tertium fit exemplum in fidei-
commissis, quæ iure vetere pręto-
11 ria cognitione petebantur, † *vt scri-*
bit Vlp. tit. 25. Inst. & nos diximus
in 1. cap. q. 2. nu. 11. Quamobrem
12 in ijs, nec dabatur iudex, † *vt scri-*
bit Cuiac. in l. vestis 127. ff. de verb.
signif. nec mandabatur iurisdictio,
quia, cum eorum cognitio fuisset
consulibus, & pretori fideicommis
sario, nec non pręsidibus prouin-
13 ciarum specialiter tributa, † vt *ait*
Eduar. pro Egu. fo. 27. & probat lo-
cus ille Suetonij in Claudio, *quem*
retulimus in eod. 3. cap. q. 2. nu. 11.
Consequens fuit, vt mandari non
potuerit. Sed hodie, quia fideicõ-
missa per omnia sunt exæquata le-
14 gatis † *l. 1. ff. de leg primo l. 2. C. cõm.*
de leg. §. sed non vsq; Inst. de legat.
magis est, vt eorum cognitio le-
gatorum exemplo demandari pos
sit, *vt scribit Vaco. a Vacu. d. lib. 6.*
decl. 79. nu. 4.

Quartum fit in causis status, pu-
ta ingenuitatis, vel libertinitatis,
quas constat magistratuum cogni-
tione debere terminari *ex l. 2. C. de*
peda. Iudic. & nos diximus in eod. 3.
cap. q. 2. num. 22. Nam, quia talis
cognitio fuit eis specialiter tribu-
15 ta principum constitutionibus, †
vt scribunt glo. in d. l. 1. in princ. in
verb. constitutione, & ibi Coras nu.
3. ff. de off. eius, Ludo. Burg. in l. 1.
num. 14. ff de Iudic. Ant. Gou. ad l.
1. num. 13. ff. de Iurisd. Egu. Bar. d.
lib. 1. var. q. fo. 27. ideo non potest
16 delegari † *l. 2. C. de ped. Iud. & scri-*
bunt Bart. in l. necquicquam 9. §.
vbi decretum num. 8. ff. de off. proc.
& leg. Castr. in l. 1. in prin. num. 8. in
fin. ff. de off. eius, Seb. Sapia. in l. 1.
nu. 30. ff. de Iurisd. Longou. ad d. l.
Imperium. 3. num. 154. ff. de Iurisd.
Lud. Burg. in d. l. 1. num. 142. ff. de
Iudic. Ant. Gou. lib. 1. de Iurisd. nu.
24. & ad l. 1. num. 13. ff. eod. Don. d.
lib. 17. comment. cap. 22. Quemad-
modum nec cognitio de salarijs, &
17 mercedibus, † *vt scribit Cuiac. d.*
lib. 7. obs. c. 23. in qua, nec olim iu-
18 dex dari poterat † *teste Cuiac. d.*
lib. 7. obs. c. 23. & ad d. l. vestis 127.
ff. de verb. sign. Nam generaliter ve
rum est, pretorias cognitiones, quę
nominatum aliqua lege, vel consti-
tutione principis iniunguntur ma
gistratui, non posse in alium dele-
gatione transferri.

At, quę descendunt ex edicto
pretoris, vt in integrum restitutio-
nes, & id genus alię, vel, quę veniũt
ex antiquis legibus, sed non fuerũt
alicui magistratui nominatim iniũ
ctę, vt cognitio suspecti, quę descẽ-
dit quidem ex lege 12. tab. *l. 1. § 1.*
ff. de susp. tuto. & Inst. eod. in prin.
sed non fuit pretori, qui tunc tem-
poris nondum erat cõstitutus, aut
alteri magistratui nominatim iniũ
cta, & id genus alię, tamquam iure
magistratus competentes poterũt
haud dubiè delegari, tametsi pręto
rię sint *d. l. cognitio. 4. in prin. ff. de*
off. eius, & dicemus in hoc c. q. 10. &
quæst. 24.

Hinc intelligimus, probabile nõ
19 esse, quod a † *Franc. Hoto. lib. 7. obs.*
cap. 4. & alijs plerisque dicitur, eas
cognitiones, de quibus pretor in
edicto loquens dicebat, *Animad-*
uertã, ita fuisse proprias ipsius pre-
toris, vt eas alteri mandare nõ ma
gis potuerit, quam si lege, vel S.C.
vel constitutione principis iniũcta
fuisset ei certę causę cognitio. Nã
hoc perspicuè falsum esse, constat
ex edicto, De minoribus, in quo
prætor his verbis, *Vtiq; qua ea res*
erit, animaduertam, promittit se
cognitionem suscepturum, non ve
rò daturum iudicem, *l. 1. l. quod si*
minor 25. §. vlt. ff. de minor. Et tamẽ
certum est, huiusmodi cognitionẽ,
& olim potuisse, & hodie posse de-

M man-

mandari *l.vlt.C.vbi,& apud quem*; Verius igitur est, illo verbo, *Animaduertam*, significare prætorem, se cogniturum, non daturum iudicem, *vt ostendimus in 3.c.q.2. num. 25.* Sed non excludere iurisdictionis mandandæ potestatem, quæ secundum veterum iudiciorum ordinem longe a datione iudicis differebat, *vt demonstrauimus in 1. c. q.2. & q.5.* Nec enim minus dicetur prætoria cognitio, si ab eo suscipiatur, cui mandata est iurisdictio, quam, si ab ipsomet prætore, scilicet, quia, cum is fungatur vice prætoris *l.solet 16.ff.de Iurisd.* perinde res est habenda, atq; si prætor ipse
20 cognosceret † *l.vlt.C. vbi, & apud quem, & in his terminis declarat Don.d.lib.17.comm.c.8.* Et hæc de ijs, quæ specialiter tribuuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Imperium mixtum specialiter tribuitur, Sed contra nu.2.*
3 *Declaratur l.muto.6.§.tutoris datio ff.de tutel.*
4 *Imperium mixtum competit more.*
5 *More competere dicuntur etiam ea, quæ descendunt ex edictis prætorũ, & cur.*
6 *Imperium mixtum datum est magistratibus, & quo tempore constituti sunt.*
7 *Imperium mixtum non nisi magistratus habent.*
8 *Imperium mixtum non potest demandari, Sed contra nu.15.*
9 *Imperium mixtum non potest mandari etiam habenti iurisdictionem.*
10 *Imperium mixtum non potest mandari etiam fauore pupilli.*
11 *Declaratur l. nemo potest 71. ff. de reg.iur.& nu.20.*
12 *Imperium mixtum constat ex imperio mero, & simplici iurisdictione, Sed contra nu.21.*
13 *Imperium mixtum expeditur officio iudicis nobili.*
14 *Imperium mixtum requirit causæ cognitionem, & tribunal.*
16 *Imperium mixtum mandata iurisdictione transfertur, & nu.17.*
18 *Imperium mixtum cohæret iurisdictioni.*
19 *Iurisdictio sine imperio mixto nulla est.*
22 *Magistratuum municipalium iurisdictio minor est, quam iurisdictio magistratuum populi romani.*
23 *Magistratuum municipalium potestas est minor, quam potestas eius, cui mandata est iurisdictio a magistratu populi romani.*
24 *Imperij mixti multa sunt, quæ specialiter tribuuntur, sed contra num.25.*
25 *Specialiter, quæ tribuuntur, neque sunt imperij, neq; iurisdictionis.*

An mixtum imperium mandari possit.

Quæstio Sexta.


VNC videamus de ijs, quæ competunt iure magistratus. Huiusmodi autem duo sunt, Iurisdictio, & mixtũ imperiũ, *vt scribit Donell. lib.17. comm.cap.8.* Sed; vt de iurisdictione nulla est ambiguitas, ita, & de imperio mixto vehemens est inter antiquiores, & recentiores contentio, quam nos diligenti, vti par est, & exacto tractatu explicaturi dupliciter rem prosequemur: Primum enim de mixto imperio in genere dispiciemus, mox & in specie de ijs, quæ mixti imperij sunt, an competant iure magistratus, mandarique pro-

proinde poſſint, an verò tamquam ſpecialiter tributa demandari nequeant.

Et generaliter quidem, cum de mixto imperio quęrimus, conſtat antiquiores Interpretes paſſim, & communiter in eam iuiſſe ſententiam, vt id ſpecialiter ſit tributum, non verò competat iure magiſtra-
1 tus. † *Ita enim cenſuerunt Azo in ſumm. C. de Iuriſd. om. iud nu. 19. gl. in l. 1. in prin. in verb. quacunq;, & in verb. tribuuntur, & ibi Bart. in prin. & nu. 2. & 8. Caſtr. nu. 1. 4. & 6. Alex. nu. 1. & 3. Iaſ. nu. 25. in fi. Dec. nu. 28. Cagn. nu. 24. Purp. num. 344. Alcia. n. 7. Alb. nu. 32. ff. de off. eius. Ang. in l. Imperium 3. nu. 2. & ibi Valaſc. nu. 231. verſ. 5. ff. de Iuriſd. Alex. in l. dies cautioni. 4. §. ſi forte nu. 4. ff. de damn. inf. & in l. iubere caueri 4. nu. 2. ff. de Iuriſd. Io. Bapt. Sanſeu. in l. omnes populi 9. nu. 51. in fi. ff. de Iuſtit. & iur. Petr. Caſtelaſ. in l. 1. num. 73. ff. de Iudic.* Quæ ſententia videtur ea ratione probari, quia, ſi competeret iure magiſtratus, vtiq; competeret omnibus magiſtratibus *l. 1. in prin. ff. de off. eius, ſecundum communem intellectum, quem retulimus in hoc c. q. 1. nu. 1.* Atqui non competit omnibus, *vt oſtendemus in hoc c. q. 23.* cũ dentur magiſtratus minores, qui ſine imperio, & poteſtate magiſtratus ſunt *l. nec magiſtratibus 32. ff. de Iniur.* & ea facere non poſſunt, quæ magis imperij ſunt, quam iuriſdictionis *l. ea, quæ 26. ff. ad munic.* Deniq; non poſſunt ſuam iuriſdictionem defendere pœnali iudicio *l. vn. in prin. ff. ſi quis iuſd. non obt.* Non competit igitur iure magiſtratus.

Verum hoc non obſtante puto veriorem eſſe ſententiam recentiorum exiſtimantium, mixtum imperium non eſſe ſpecialiter tributum, ſed competere iure magi-
2 ſtratus. † *Ita enim cenſuerunt Alcia. ad l. Imperium 3. num. 222. & ibi Duar. & Egu. Baro. ff. de Iuriſd. Alciat. lib. 2. Parad. cap. 1. num. 6. Claud. Cantiun. lib. 2. De offic. iud. cap. 3. numer. 28. & cap. 10. nume. 15. & 16. Mar. Salom. in d. l. 1. in prin. num. 10. & ibi Egu. Baro. Cuiac. in 1. lib. q. Papin. & Muret. ff. de off. eius. Duar. ad tit. ff. de Iuriſd. cap. 3. & 7. & lib. 1. diſp. ann. cap. 53. Egu. Baro. lib. 1. varia. quaſt. fo. 42. Cuiac. lib. 25. obſeru. cap. 30. & ad l. cum prætor 12. ff. de Iudic. Donell. d. lib. 17. comm. cap. 8. verſ. ne illa quidem.* Quæ ſententia probatur.

Primo *l. muto 6. §. tutoris datio*
3 *ff. de tutel.* vbi Vlpianus, † *Tutoris datio,* inquit, *neque imperij eſt, neque iuriſdictionis, ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel S. C. vel princeps.* Ex quibus verbis ita argumentor. Si, quæ ſpecialiter tribuuntur (vt tutoris datio) neque ſunt imperij, neque iuriſdictionis, Ergo, quæ ſunt imperij, vel iuriſdictionis non tribuuntur ſpecialiter. Hoc autem non poteſt intelligi de ijs, quę ſunt imperij meri, quia, cum ea ſpecialiter tribuantur *l. 1. in prin. & §. qui mandatam verſ. verius ff. de off. eius*, malè fuiſſent ijs oppoſita, quę nominatim tribuuntur. Neceſſariò igitur debet intelligi de ijs, quę ſunt imperij mixti, *vt oſtendimus in hoc. cap. q. 3. num. 20.* Quo fit, vt, ſi, quæ mixti ſunt imperij, non tribuuntur ſpecialiter, neceſſariò ſequatur, ea competere iure magiſtratus.

Secundo probatur, quia iure magiſtratus competere dicuntur ea, quæ competunt more maiorum, *vt diximus in hoc cap. q. 1. nu. 14.* Sed mixtum imperium eſt

4 huiusmodi, † vt *scribunt Duar. ad d.l. imperium 3. ff. de Iurisd. Egn. Baro. ad l. 1. in prin. ff. de off. eius, &*
patet ex ijs, quæ sunt mixti impe-
rij, quippe, quæ (habita ratione
magistratuũ vrbanorũ, ex quorũ
persona solet per consequentias
æstimari potestas prouincialium,
vt diximus in secundo cap. q. 1. nu. 33. & in quinto cap. q. 1. nu. 6.) mo-
re competunt, vt multæ dictio *ex Gell. lib. 1 c. cap. 1.* Iudicis datio *l. cum prætor 12. §. Item hi ff. de Iudic.* Præhensio *ex eodem Gell. li. 13. cap. 12.* & id genus alia. Competit
igitur iure magistratus.

Nec est contrarium, quod mul-
ta sint mixti imperij, quæ tamen
non descendunt ex maiorum mo-
re, sed ex edictis prætorum, vt da-
re bonorum possessionem, in inte-
grum restituere, iubere caueri præ
toria stipulatione, in possessionem
mittere, iubere possideri, & id ge-
nus alia, *de quibus in seqq. qq. dice-*
5 *mus*, Quia respondeo, † Imo etiam
hæc effectu ex more maiorum
proficisci. Nam, cum ex hoc more
descendat prętoris iurisdictio, *vt diximus in hoc c. q. 1. nu. 2 c.* a qua
prędicta vim, & originem suam
deduxerunt, *vti constat ex ijs, quæ dicemus in 9. c. q. 1. num. 3. versic. 5.*
Consequens est, vt ab eodem mo-
re dicantur eadem ipsa effectu
proficisci, scilicet, quia causa causę
est causa causati *l. & si amicis. 9. ff. ad l. Iul. de adult.*

Tertio probatur, quia iure ma-
gistratus competere dicuntur ea,
quæ fuerũt tributa magistratibus,
quo primum tempore constituti
sunt, *vt ostendimus in hoc ipso c. q. 1. nu. 19.* Sed eo tempore, quo ma-
iores magistratus, puta, consules,
prætores, & id genus alij constitu-
ti sunt, datum est eis imperium
6 mixtum. † Competit igitur id
iure magistratus. Minor probatur,
quia prędictis magistratibus, quo
tempore constituti sunt, data est si-
ne dubio iurisdictio, *vt diximus in d. q. 1. nu. 21.* Ergo data etiam cen
seri debent ea omnia, quæ iurisdi-
ctioni cohærent, & sine quibus iu-
risdictio consistere, & expediri ne-
quit *l. 2. ff. de Iurisd.* Huiusmodi
autem est imperium mixtum l. 1.
§. vlt. l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius. De-
bet igitur etiam id censeri datum
maioribus magistratibus, quo tem
pore constituti sunt.

Quarto probatur, quia, si mixtũ
imperium esset ex genere eorum,
quæ tribuuntur specialiter, posset
etiam ijs competere, qui non sunt
magistratus, *vt de mero imperio diximus in hoc c. q. 2. num. 73. de tutoris datione in q. 3. nu. 25. & generaliter de ijs, quæ specialiter tribuuntur in q. 1. nu. 8.* Atqui non compe
7 tit, nisi magistratibus, † *vt scribit Cuiac. lib. 2 c. obs. c. 30. & probat l. aliud. 131. §. vlt. ff. de verb. sign. secundũ ea, quæ diximus in q. 2. n. 74.*
Ergo non tribuitur specialiter, sed
competit iure magistratus. *Ita Cuiac. in d. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin.*

Quinto probatur argumẽto du-
cto ab ijs rebus, quę sunt mixti im
perij: Nam omnes competunt iu-
re magistratus, *vt de ijs singulatim ostendemus a q. 8. vsq; ad q. 23.* Quo
fit, vt nec alio quam iure magistra-
tus, censeri possit competere mix-
tum imperium.

Sexto, & vltimo probatur, quia
si non competeret iure magistra-
tus, non posset demandari *l. 1. in princ. ff. de off. eius.* Atqui manda-
ri potest, *vt mox latius ostendemus.* Ergo competit iure magi-
stratus. *Ita Donell. dict. lib. 17. cõm. cap. 8.*

Neque huic sententiæ aduersa-
tur

tur contrarium, quia respondeo
negando consequentiam antece-
dentis: Nec enim verum est, ea,
quæ competunt iure magistratus,
competere omnibus magistratibus
etiam minoribus, quia multa sunt,
quæ maioribus magistratibus com
petunt more, & consequenter iure
magistratus, & tamen non conce-
duntur magistratibus municipali-
bus, *vt diximus in hoc cap. q. 1. nu. 6.*

Hinc altera succedit quęstio, An
mixtum imperium mandari pos-
sit. Et Interpretes quidem anti-
quiores idem de mixto, quod de
mero imperio iudicantes censue-
runt, eius causas non posse delega-
ri, nisi, quibus casibus delegari pos
sunt causæ meri imperij, vt in casu
absentiæ, & id genus alijs, *quos in*
8 *secunda quæst. prosecuti sumus.* † *Ita
enim censuerunt gl. in d. l. Imperium
3. in verbo, mixtum est, & ibi Ang.
num. 2. Valas. num. 231. vers. 5. ff. de
Iurisd. gl. in l. vlt. §. vlt. in verb. etiã
imperium ff. de off. eius, gl. in l. 1. in
verb. delegandum, & ibi Ang. num.
3. Alex. num. 4. ff. de damn. inf Bart.
in d. l. 1. in prin. nu. 2. 3. 4. & 8. & ibi
Ang. num. 1. & 2. Castr. nu. 1. Alex.
1. 5. & 30. vers. sed eius, Ias. nu. 25.
in fin. & num. 28. Dec. num. 28. &
41. Cagn. num. 24. Purp. num. 442.
Alcia. num. 7. Iac. de Nigr. num. 31.
Seb. Sap. num. 10. Alb. nu. 32. Mart.
Mont. num. 15. in fin. ff. de off. eius,
Bart in l. cum hi 8. §. sed nec mãda-
re, & ibi Ang. ff. de transact. Bart.
in l. cognitio 4. §. vt possessio ff. de
off. eius, Bald. in rub. extr. de off. de-
leg. num. 2. Ang. in l. iubere caueri 4.
in fin. princ. & num. 1. & ibi Alex.
num. 2. & 13. Dec. num. 6. ff. de Iu-
risd. Ang. in l. vlt. nu. 4. & ibi Castr.
num. 2. C. vbi, & apud quem, Castr.
in l. vn. num. 2. C. qui pro sua iurisd.
& in l. dies cautioni 4. §. si intra nu.
4. ff. de damn. inf. Alex. in l. stipula-
tionum 5. in princ. nu. 11. ff. de verb.
oblig. Ias. in l. & si non cognitio 4. nu.
3. C. si contra ius, Iac. de Nigr. in l. 2.
num. 4. vers. 2. ff. de off. eius, Io. Bapt.
a Sansen. in d. l. omnes populi 9. nu.
51. in fi. ff. de Iust. & iur. Petr. Calef.
in l. 1. nu. 73. ff. de Iudic. Nico. Bello.
lib. 3. Suppu. cap. 5. num. 4. AEmil.
Ferr. in rub. C. de mand. prin. num.
15. Io. Gillo lib. 2. de Iurisd. & Imp.
cap. 11. num. 3. cap. 13. num. 5. cap.
22. num. 3. & cap. 24.* Idque adeo
verum esse putant, vt ne quidem
habenti iurisdictionẽ censeant hu-
iusmodi causas posse delegari, ex-
9 cepta tutoris datione, † *vti vide-
re est apud gl. in l. 1. in verb. tutores
constituere, & ibi Bart. num. 7. Ca-
str. num. 4. vers. in fin. gl. Ias. num. 6.
ff. de Iurisd.* Quinimo tradunt, ne
pupilli quidem fauore posse dele-
gari, nisi in causa suspecti tutoris,
† *vti videre licet apud gl. in dict. l.*
10 *1. in verb. tutores constituere, & ibi
Bart. nu. 7. Ang. num 7. in fin. Castr.
nu. 4. vers. in fi. gl. Alex. nu. 22. vers.
in ea ibi, Ias. num. 6. Purp num. 77.
Cagn. num. 42. Seb. Sap. nu. 30. ff. de
Iurisd* Mouentur autem.

Primo *l. nemo potest 71. ff. de reg.
iur. desumpta ex l. solet 6. in princ. ff.
de off. proc. & leg.* vbi Vlpianus, *Ne-
mo potest*, inquit, *gladij potestatẽ sibi
datã, vel cuius alterius coercitionis
ad alium transferre*, Quibus ver-
11 bis † videtur apertissimè signifi-
care non solum merum imperium
non posse demãdari, sed ne quidẽ
mixtum: Nam, dum ait, neminem
posse ad alium transferre gladij po
testatem, significat neminem posse
mandare merum imperium, quod
definitur gladij potestas *in l. Impe-
rium 3. ff. de Iurisd.* Dum igitur su-
bijcit, *vel cuius alterius coercitionis*,
non potest amplius accipi de me-
ro imperio, vt pote, de quo iã su-
pra locutus est, sed debet accipi de

alia coercitione, quæ non sit meri imperij; Non potest autem alia cõsiderari coercitio a mero imperio distincta, nisi, quæ mixtum imperium appellatur *in l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius*. Omnimodo igitur significat neminẽ posse ad aliũ transferre, aut merũ, aut mixtum imperiũ.

Secundo mouentur, quia mixtum debet regulari secundum naturam simplicis dignioris *l. quaeritur 10. ff. de stat. hom.* Sed ex duobus simplicibus, ex quibus constat mixtum imperium, nempe ex imperio mero, & simplici iurisdictio-
12 ne, † *secundum declarationem gl. in l. iubere 4. in gl. 1. ff. de Iurisd. Bart. in dict. l. Imperium 3. num. 14. & ibi Dec. num. 5. Purp. nu. 275. Caccial. num. 2. Seb. Sap. nu. 48. Petr. Calas. num. 196. ff. eod. Vaco. a Vacu. lib. 6. decl. 78. num. 10.* sine dubio dignius est merum imperium, quam simplex iurisdictio, *vt not. in l. 1. in princ. ff. de off. eius*. Ergo mixtum imperium debet regulari secũdum naturam imperij meri. Atqui natura meri imperij est, vt delegari nõ possit *l. nemo potest 70. ff. de reg. iur. & latè ostendimus in hoc cap. quaest. 2. num. 78.* Nec igitur poterit delegari mixtum.

Tertio mouentur, quia, quæ iudicis officio nobili expediuntur, & plenam requirunt causæ cognitionem, atque tribunal non possunt delegari *l. 2. ff. de off. eius, l. nec quicquã 9. §. vbi decretum ff. de off. proc. & leg. secundum communem intellectum, quẽ referemus in q. seq. nu. 8.* Sed mixtum imperium expeditur
13 officio iudicis nobili, † *vt scribunt Bart. in d. l. Imperium nu. 15. & ibi Ang. num. 9. Alex. nu. 28. & 29. Ias. nu. 26. Dec. nu. 53. Valas. num. 231. vers. 2. Purp. num. 284. ff. de Iurisd. Bart. in l. dies cautioni 4. §. si intra nu. 3. ff. de damn. inf. Ang. in l. 1. n. 3. ff. eod. Alex. in d. l. stipulationũ 5. in princ. nu. 11. ff. de verb. oblig.* & plenam regulariter causæ cognitionẽ,
14 atque tribunal requirit, † *vti videre est apud Bart. in d. l. Imperiũ nu. 19. & 20. & ibi Dec. num. 55. & 56. Purp. nu. 311. & seqq.* Non poterit igitur delegari.

Quarto, quia, quæ denegantur ijs, qui maiorem habent potestatẽ, multo magis debent ijs denegari, qui habent minorem *l. 3. in prin. ff. de alien. iud. mut. caus. fact.* Sed mixtũ imperium denegatur magistratibus municipalibus *l. ea quæ 26. ff. ad municip. & latius ostendemus in hoc cap. q. 23.* qui habẽt maiorem potestatem, quam delegati. Ergo multo magis denegari debet ipsis delegatis. Habere autem eos maiorẽ potestatẽ videtur probari ex eo, quia maior est potestas eorũ, qui iurisdictionem habent iure suo, quã eorũ, qui alieno beneficio *l. more 5. ff. de Iurisd.* Sed magistratus municipales habẽt iurisdictionẽ iure suo, *vt diximus in 5. cap. q. 1. nu. 7.* delegati verò eam habent alieno beneficio, *vt diximus ibi nu. 8. & in q. 4. nu. 9.* Ergo maior erit potestas magistratuum municipalium, quam iudicum delegatorum.

Quinto mouentur argumẽto ducto ab ijs rebus, quę (secundũ eos) sunt mixti imperij, ideoq; delegari nequeunt: Primum enim mixti imperij est datio tutoris *l. mutu 6. §. tutoris datio, secundum communem intellectum ff. de tut. & tradũt omnes, quos retulimus in hoc cap. q. 3. nu. 13.* & ideo delegari nequit *l. nec mandante 8. in princ. ff. de tuto. & cur. & diximus ibi nu. 84.* Secundo mixti etiã imperij est cognitio de transactione alimentorum, vel alienatione prædij minoris, *vt tradunt omnes, quos referemus in quaest. seq. nu. 10.* Quamobrẽ nec ea delegari

po-

potest l. 2. § 1. ff. de off. eius l. cum hi
8. §. sed nec mandare ff. de transf. &
diximus in quæst. præced. num. 8. &
num. 10. Tertio ius præbendæ au-
thoritatis in manumissione serui,
quæ fit a minore 20. annis, est &
ipsũ mixti imperij, vt censent om-
nes, quos referemus in quæst. seq. nu.
12. ideoque delegari nequit l. 2. in
princ. ff. de off. eius, & diximus in
hoc cap quæst. 4. num. 12.

Sexto mouentur, quia ius sin-
gulare in vno denotat ius commu-
ne in contrarium, l. 1. in princ. vers.
huius ff. de off. eius, l. cum heredes
23. §. 1. ff. de acq. poss. Sed singula-
re est in causa restitutionis in inte-
grum, quæ est mixti imperij, vt de-
legari possit l. vlt. C. vbi, & apud
quem, & tradunt ij, quos referemus
in hoc cap. quæst. 10. num. 21. Et si-
mili modo singulare est in causa
suspecti tutoris, quæ & ipsa est mix
ti imperij, vt possit demandari l. co
gnitio 4. in princ. ff. de off. eius, &
tradũt ij, quos referemus in hoc cap.
quæst. 22. nu. 9. Est igitur ius com-
mune in contrarium.

His tamen non obstantibus ve-
riorem esse puto sententiam exi-
stimantium, mixtum imperium, &
ea, quæ mixti imperij sunt, posse
15 demandari. † Quæ fuit opinio Paul.
Oria. in l. 1. in princ. num. 34. & ibi
Purp. num. 669. Mar. Salom. nu. 15.
Cuiac. in 1. lib. quæst. Papin. ff. de off.
eius, Alcia. in l. Imperium 3. nu. 204.
222. & 226. & ibi Longo. num. 146.
& 161. & Egu. Baro ff. de Iurisd.
Alcia. lib. 2. Parad. cap. 1. & cap. 3.
num. 4. & in d. l. stipulationum 5. in
princ. nu. 22. ff. de verb. oblig. Claud.
Cant. lib. 2. De off. iud. cap. 3. nu. 28.
& cap. 10. num. 16. Vaco. a Vacu. lib.
6. declar. iur. ciuil. declar. 81. nu. 1.
Egu. Baro. lib. 1. varia. quæst. fo. 23.
27. & 29. Duar. ad tit. ff. de Iurisd.
cap. 7. & ad l. more 5. ff. eod. Coras.
ad l. 1. §. qui mandatam num. 13. &
ad l. cognitio 4. §. vt possessio num. 4.
ff. de off. eius, Camill. Plaut. ad rub.
ff. eodem lib. 1. cap. 13. num. 19. Petr.
Fab. ad l. nemo potest 71. ff. de reg.
iur. Don. lib. 17. comm. cap. 8. Vaud.
lib. 2. quæst. iur. cap. 35. nu. 9. Andr.
Fach. lib. 9. controu. cap. 97. & 98.
Eiusdem sententiæ fuerunt qui tra-
dunt mixtum imperiũ transire man
16 data iurisdictione, † vt Paul. Oria. in
d. l. 1 in princ. num. 36. & ibi Cuiac.
in 1. lib. quæst. Papin. ff. de off. eius,
Alcia. in d. l. Imperium, num. 223. &
226. & ibi Longo. num. 161. & 173.
in fin. & Duar. Alcia. in d. l. stipula-
tionum 5. in princ. nu. 22. ff. de verb.
oblig. Claud. Cant. d. lib. 2. ff. de off.
iud. cap. 3. num. 28. Duar. ad l. iube-
re 4. & ad l. more 5. & ibi Cuiac. ff.
de Iurisd. Duar. lib. 1. disput. anniu.
cap. 53. Egu. Baro d. lib. var. quæst.
fo 45. Camill. Plaut. in dict. rub. ff. de
off. eius lib. 1. cap. 5. num. 5. & ibi
Muret. Ant. Gou. lib. 1. de Iurisd. nu.
33. Cuiac. lib. 21. obs. cap. 30. Donell.
d. lib. 17. comm. cap. 8. Vaud. d. lib. 2.
quæst. iur. cap. 35. nu. 9. et 14. Quod,
qualiter accipiendum sit, dicemus in
9. cap. quæst. 1. Probatur autẽ hæc
sententia.

Primo, quia mandata iurisdi-
ctione ea tantũ transferuntur, quæ
mandari possunt l. 1. in princ. ff. de
off. eius. Atqui trãsfertur mixtum
17 imperium. † Ergo mandari po-
test. Minor probatur Primo, l. 1.
§. vlt. ff. de off. eius, vbi postea, quã
Papinianus scripsit, mandata iuris-
dictione non transire merum im-
perium, quod lege datur, subijciũ-
tur hæc verba, Paulus notat Impe-
rium, quod iurisdictioni cohæret,
mandata iurisdictione transire, ve-
rius est. Sed mixtum imperium
18 iurisdictioni cohæret, † vt scribunt
Paul. Oria. in d. l. 1. in princ. nu. 87.
& ibi Mar. Salom. nu. 11. Egu. Baro,

& Cuiac. in 1. lib. quaest. Papin. ff. de off. eius, Alcia. lib. 2. Parad. cap. 1. num. 2. Longou. in d. l. Imperium 3. num. 160. & ibi Duar. ff. de Iurisd. Claud. Cant. d. lib. 2. De off. iud. cap. 10. num. 16. Duar. ad d. tit. ff. de Iurisd. cap. 3. Coras. lib. 3. Miscell. cap. 17. nu. 15. & ad d. l. 1. §. qui mandatā nu. 12. ff. de off. eius, Egu. Baro ad l. 1. ff. de Iurisd. Cuiac. lib. 21. obs. cap. 30. Hoto. lib. 7. obs. cap. 16. Ant. Fab. lib. 4. con. cap. 4. & And. Facb. lib. 9. contr. cap. 98. Trāsit ergo mādata iurisdictione. Secūdo probatur minor *l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius,* vbi Paulus, *Mandata iurisdictione priuato,* inquit, *etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari.* Imperium autem non merum nihil aliud est, quam mixtum, *vti latius ostendemus in hoc cap. quaest. 15.* Ergo mandata iurisdictione videtur etiam mandari imperium mixtum. Tertio probatur minor, quia mandata iurisdictione transeunt ea omnia, sine quibus iurisdictio nulla est *l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius,* & expediri non potest *l. 2. ff. de Iurisd.* At sine mix-
19 to imperio iurisdictio nulla est † *d. l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius, & scribunt Egu. Baro ibi, & Coras. ad l. 1. §. qui mandatam num. 13. ff. de off. eius, Cuia. ad l. ea, qua 26. ff. ad municip. in 1. lib. Paul. ad Edict. Hoto. lib. 7. obs. cap. 16. Muret. ad d. rub. ff. de off. eius,* & expediri nō potest, *vt scribunt Longo. in d. l. Imperium, num. 173. in fin. Cuiac. ad d. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. quaest. Papin. & ibi Muret, Vaud. lib. 2. quaest. iur. cap. 35, num. 4.* Ergo mandata iurisdictione transit etiam imperium mixtum.

Secundo probatur hæc sententia, quia, si mixtum imperium non posset demandari, nec per consequentias possent ea, quę mixti imperij sunt. Atqui ea mandari possunt. Ergo, & mixtum imperium. Minor probatur argumento ducto ab ijs rebus, quæ sunt mixti imperij, & possunt demandari, vt ecce mandari possunt hęc, Cognitio suspecti *l. cognitio 4. in princ. ff. de off. eius,* In integrum restitutio *l. vlt. C. vbi, & apud quem,* Datio bonorum possessionis *d. l. cognitio 4. §. 1.* Datio iudicis *l. cum prætor 12. §. is quoque ff. de Iudic.* Missio in possessionem, tam ex primo quam ex secundo decreto *dict. l. cognitio 4. §. 1.* Multæ dictio *l. 2. ff. quis, & a quo appell.* & id genus alia, quæ mixti imperij sunt, *vt ex ijs, quæ de singulis separatim dicemus a quaest. 8. vsque ad quaest. 23. facile erit intelligere.*

Tertio probatur, quia cohærentium idem est iudicium, quod eorum, quibus cohærent *l. quæ religiosis 44. ff. de rei vind.* Sed mixtum imperiū cohæret iurisdictioni *dict. l. 1. §. vlt. ff. de off. eius, & diximus supra num. 18.* Debet igitur idē esse illius, quod iurisdictionis iudicium. Atqui iurisdictio haud dubiè mandari potest *l. solet 16. l. prætor 17. ff. de Iurisd.* Ergo, & mixtum imperium.

Neque huic sententię aduersantur contraria: Nam ad primum
20 respondeo negando † illa verba, *vel cuius alterius coërcitionis,* intelligi de coercitione, quæ sit mixti imperij, quoniam hæc haud dubiè potest in alium transferri *l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius,* sed intelligi debent de coercitione grauiore, quæ sit imperij meri, quippe, quam in alium transferre nemo potest *l. si quid erit 11. ff. de off. proc. & leg. Et ita locum hunc esse intelligendum rectè docuit ibi Petr. Fab.* Nec est cōtrarium, quod de mero imperio iam supra fuerat locutus Vlpianus

nus dicendo, neminem poſſe in alium trāsferre gladij poteſtatem, quia reſpondeo, illa verba, non complecti omnes meri imperij ſpecies, ſed ſolam poteſtatem in aliquem animaduertendi gladio, quę ab alijs grauioribus coercitionibus diſtinguitur *l. illicitas 6. §. qui vniuerſas ff. de off. præſid. l. aut damnum 8. §. 1. ff. de pæn. & conſtat ex ijs, quæ diximus in hoc cap. quæſt. 2. nu. 8.* Nam, & ſi merum imperium ita videatur ab Vlpiano definiri, vt ſit habere gladij poteſtatē ad animaduertendum in facinoroſos homines *d. l. Imperium 3. ff. de Iuriſd.* non tamen hæc eſt vera, & eſſentialis eius definitio, ſed quædam potius deſcriptio ab vno meri imperij exemplo, eoque nobiliore ducta, *vti latius demonſtrauimus in ead. quæſt. 2 num. 7.* Quo ſit, vt, licet idem Vlpianus *in d. l. nemo poteſt*, iam dixiſſet, neminem poſſe gladij poteſtatem in alium transferre, nondum tamen videretur omnes imperij meri ſpecies comprehendiſſe, & ideo non immerito ſubiecerit, *vel cuius alterius coercitionis*, ſcilicet grauioris, & eius quæ ſit de genere meri imperij, vt eſt poteſtas damnandi in metallū; deportandi, relegandi, & id genus alias pœnas irrogandi: Nam hęc, licet minor ſit poteſtate gladij, nō poteſt tamen, & ipſa in aliū transferri, ſcilicet, quia nō cōpetit iure magiſtratus, ſed tribuitur ſpecialiter *d. l. aut damnum 8. §. a præfecto ff. de pæn. l. 1. §. a præfectis ff. deleg. 3. l. inter pœnas 6. §. 1. ff. de interd. & releg. & diximus in dict. quæſt. 2. num. 58.*

Ad Secundum verò reſpondeo, negando mixtum imperium conſtare ex imperio mero, & ſimplici iuriſdictione, quia verius eſt, conſtare ſimpliciter ex imperio, & iu-
21 riſdictione, † *vt in ſpecie docuerunt Nico. Bello. lib. 3. ſuppu. cap. 5. nu. 3. Andr. Fach. lib. 9. controu. cap. 95.* Eſt enim imperium, cui iuriſdictio ineſt *dict. l. Imperium 3. ff. de Iuriſd.* quod iuriſdictioni cohæret *d. l. 1. §. vlt. ff. de off. eius*, & ei commixtum eſt, & implicitum, *vt dicemus in hoc cap. quæſt. 15.*

Ad Tertium reſpondeo, regulam illam, quam veteres *ex §. vbi decretum*, deduxerunt, eſſe commentitiam, & alium eſſe eiuſce loci ſenſum, quem latius proſequemur *in quæſt. ſeq. num. 18.* ideoque non obeſſe.

Ad Quartum reſpondeo, maiorem procedere, cœteris paribus, ideſt, ſi magiſtratus, qui iuriſdictionem habet iure ſuo, ſit par ei, qui iuriſdictionem alteri demandauit: nam, ſi inferior, magis eſt, vt vicarij poteſtas maior ſit, quam poteſtas ordinarij, *vt de delegato principis dicemus in 9. cap. quæſt. 9. nu. 2.* ſcilicet, quia, qui vices alterius gerit, eiuſdem poteſtatis eſt, cuius eſt & is, quem repræſentat *cap. ſanè 11. De off. & pot. iud. deleg.* Cum igitur iuriſdictio magiſtratus municipalis ſit multo inferior, quam iuriſdictio magiſtratus Populi Ro
22 mani † *l. dies cautioni 4. §. duas ff. de damn. inf. l. ea quæ 26. ff. ad municip. l. vn. in princ. ff. ſi quis iud. nō obtemp.* Conſequens eſt, vt maior ſit poteſtas huius vicarij, quam il-
23 lius magiſtratus. † *Ita Duar. ad tit. ff. de Iuriſd. cap. 7. & ad l. more 5. ff. eod.* Quamobrem multa fieri poſſunt ab eo, cui mandata eſt a magiſtratu Populi Romani iuriſdictio, quę magiſtratibus municipalibus denegantur *l. cognitio 4. §. vt poſſeſsio ff. de off. eius, coniuncta d. l. ea quæ 26. ff. ad municip. & in ſpecie animaduertit Egu. Baro ad l. magiſtratibus 12. ff. de Iuriſd. noſque la-*

tius

tius ostendemus in hoc cap. a quæst. 9. vsque ad quæst. 23.

Ad Quintum respondent plerique, ea, quę sunt mixti imperij regulariter posse delegari, quia competunt iure magistratus, sed excipi nonnullos casus (idest casus in cõtrario fundamẽto relatos) in quibus ea delegari non possunt ob id,
34 quod specialiter tributa sunt: † *Ita enim scripserunt Alcia. in d. l. Imperium 3. num. 222. & ibi Duar. ff. de Iurisd. Alcia. lib. 2. Parad. cap. 1. nu. 3. Mar. Salom. in d. l. 1. in prin. num. 10. ff. de off. eius, Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. cap. 10. num. 17. Vaco. a Vacu. lib. 6. declar. 79. num. 6. & declar. 81. num. 1. Egu. Baro lib. 0. varia. quæst. fo. 19.* siue, *vt ait Paul. Oria. in dict. l. 1. in prin. nu. 36. ff. de off. eius*, ob id, quod specialiter lege prohibita sunt delegari.

Verum hæc responsio mihi non probatur, quia supponit ea, quæ specialiter tribuuntur, posse inter ea connumerari, quæ mixti imperij sunt, quod tamen esse falsum, vel ex eo intelligimus, quia, quę nominatim tribuuntur lege, vel S. C. vel constitutione, dicuntur nec
35 esse imperij, nec iurisdictionis † *l. muto 6. §. tutoris datio ff. de tutel. & scribunt Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 5. & ad l. Imperium 3. ff. eod. Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. quæst. Papin.* idest, neque esse imperij mixti, neq; simplicis iurisdictionis, *vt demonstrauimus in hoc cap. q. 3. nu. 20.*

Quamobrem verius est, nihil esse mixti imperij, quod non competat iure magistratus, possitque mandari: Nã species relatę in contrario fundamento non sunt mixti imperij, sed sunt merę facultatis lege, vel S. C. vel constitutione tributę, *vt de tutoris datione diximus in dict. quæst. 3. nu. 15. & seqq. de cæteris verò dicemus in q. seq. num. 3.*

Ad Sextum denique respõdeo, negando minorem, quia non est singulare in cognitione suspecti, aut in restitutione in integrum, vt mandari possit, sed vt mandata generali iurisdictione transferatur, *vt latius ostẽdemus in hoc cap. q. 10. nu. 26. & q. 22. nu. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Magistratus iure competunt, & mãdari possunt, quæ nullam requirunt causæ cognitionem.*

2 *Ius præbendæ authoritatis in emancipationibus, & manumissionibus est mixti imperij, Sed contra nu. 3.*

4 *Delegari possunt, quæ requirunt causæ cognitionem summariam.*

5 *Delegari non possunt, quæ requirunt plenam causæ cognitionem, Sed cõtra nu. 14.*

6 *Declaratur l. vbicunque 106. ff. de reg. iur. & nu. 15. & 17.*

7 *Declarãtur l. necquicquam 9. §. vbi decretum ff. de off. proc. & leg. & l. omnia 72. ff. de reg. iur. & nu. 8. 18. & 19.*

9 *Causa non nisi pro tribunali cognosci potest.*

10 *Decretum in transactione alimentorum, & alienatione prædij minoris est mixti imperij, Sed contra num. 20.*

11 *Decretum in transactione alimentorum, & alienatione prædij minoris cur delegari nequeat.*

12 *Ius præbendæ authoritatis in manumissione, quæ fit a minore 20. annis, est mixti imperij, Sed contra num. 20.*

13 *Ius præbẽdæ authoritatis in manumissione, quæ fit a minore 20. annis, cur non possit delegari.*

16 *Mandari possunt etiam ea, quæ prætorem desiderant.*

An

An ea, quæ causæ cognitionem requirunt, vel de plano expediuntur, mandari possint.

Quæstio Septima.



SEd hæc quidem generaliter de mixto imperio dicūtur; Specialiter autem, si quęramus, an ea, quæ mixti imperij sunt, competant iure magistratus, & mandari possint, Constat antiquiores Interpretes effectu rem tribus regulis terminasse, quarum.

Prima pertinet ad ea, quæ, quāuis sint mixti imperij, nullam tamē requirunt causæ cognitionem, sed de plano fiunt. Et hęc aiunt competere iure magistratus, & pos
1 se delegari. † *Ita enim scripserunt Bart. in d. l. Imperium 3. num. 22. & ibi Cagn. num. 292. vers. circa sextum. Caccial. num. 58. Seb. Sap. num. 56. Petr. Calef. num. 213. vers. sextus gradus ff. de Iurisd. & simpliciter posse delegari tradiderunt Ang. in d. l. 1. num. 6. vers. sequitur ff. de Iurisd. & in l. iubere 4 num. 1. ff. eod. Alex. in d. l. 1. in princ. num. 25. & ibi Cagn. num. 91. Iac. de Nigr. num. 95. ff. de off. eius, Seb. Sap. in d. l. Imperium nu. 56. & ibi Purp. nu. 322. Purp. in l. 2. nu. 1. vers. limitatur ff. de off. eius.* Huius rei exemplum afferunt in iure præbendæ authoritatis adoptare, vel emancipare, vel manumittere volentibus: Nā
2 hoc ius aiunt esse mixti imperij, † *vti videre est apud Bart. in d. l. Imperium 3. num. 22. & ibi Alex. num. 28. Ias. num. 7. in fin. & nu. 27. Dec. num. 57. Purp. num. 321. Cagn. num. 292. vers. circa sextum, Caccial. nu. 58. Petr. Calef. num. 213. vers. sextus ff. de Iurisd. Ias. in l. iubere 4. nu. 27. ff. eod. Seb. Sap. in l. 1. num. 29. ff. eod. Io. Gill. lib. 2. de Iurisd. & imp. cap. 12.* quia, cum sit imperij, vt patet in adoptione, quæ fit imperio magistratus *l. 2. ff. de adopt.* Nec sit imperij meri, Consequens videtur, vt sit imperij mixti. Sed, quia nullam requirit causæ cognitionē *l. non est omnino 7. ff. de manu. vind.* ideo (secūdum eos) competit iure magistratus, *vt retulimus in hoc cap. quæst. 4. num. 2.* & consequēter delegari potest, *vt ibidem commemorauimus num. 29.*

Verum hæc, quæ exempli gratia a nostris traduntur, vt sunt commētitia, ita & falsa triplici ratione conuincuntur.

Primum enim supponunt, Ius præbendæ authoritatis in legis actionibus esse mixti imperij, quod
3 perspicuè falsum esse, † *rectè Long. in dict. l. Imperium 3. num. 123. ff. de Iurisd. & alij plerique tradiderunt, &* vel ex eo intelligimus, quia, quę nominatim dantur lege, vel S. C. vel constitutione principis, dicuntur nec esse imperij, nec iurisdictionis *l. muto 6. §. tutoris datio ff. de tutel. & diximus in quæst. praced. num. 24.* idest, nec esse imperij mixti, nec iurisdictionis simplicis, *vt exposuimus in hoc cap. quæst. 3. nu. 20.* Sed hoc ius præbendæ authoritatis nominatim tribuitur lege, vel simili iuris constitutione *l. apud præfectum 20. ff. de manu. vind. & nos ostendimus in hoc cap. quæst. 4. num. 4.* Non est igitur mixti imperij.

Nec est contrarium, quod adoptio dicatur fieri imperio magistratus, quia respondeo, imperium id sumi generaliter pro magistratus authoritate, quę iurisdictio voluntaria nuncupatur *l. 2. ff. de off. proc. & leg.* non pro Iussu, aut coercitione, quomodo sumitur specialiter *l. quod iussit 14. ff. de re iud.*

Ita

Ita Longouall. in dict. l. Imperium num. 124.

Secundo verò supponunt, hoc idem ius competere iure magistratus, quod tamen refragatur ijs, quæ diximus *in dict. quæst.* 4. *nu.* 4. vbi demõstrauimus, id esse specialiter tributum.

Tertio demum supponunt, tale ius posse demandari, quod a veritate alienũ esse, constat *ex ijs, quæ diximus ibi num.* 35.

Probabilius igitur (meo iudicio) exemplum afferetur in datione bonorum possessionis, quæ est mixti imperij *l. Imperium* 3. ff. *de Iurisd. & dicemus in hoc cap. quæst.* 9. *num.* 3. & de plano solebat etiam olim frequentius expediri *l.* 2. §. *dies* ff. *quis ordo in bono. poss. seru.* Nam hæc competit iure magistratus, & mandari potest, vt *constat ex l. cognitio* 4. §. *vt possessio* ff. *de off. eius, &* ex ijs, quæ latius *in eadem quæst.* 9. dicturi sumus, clarius apparebit,

Secunda regula pertinet ad ea, quæ sunt mixti imperij, sed causæ cognitionem requirunt, non quidem plenariam, sed summariam. Et hæc communiter fatentur posse
4 delegari,† *vti videre est apud gl. in l. necquicquam* 9. §. *vbi decretum, in verb. decretum, & ibi Bart. num.* 8. *vers. in* 2. *Ias. num.* 82. ff. *de off. proc. & leg. gl. in l. omnia* 72. *& ibi Dec. num.* 6. ff. *de reg. iur. gl. in l. cognitio* 4. §. *vt possessio, in verb. legatorum, & ibi Bart. Dec. in prin. Iac. de Nig. num.* 5. *Purp. num.* 1. ff. *de off. eius, Bart. in d. l. Imperium* 3. *num.* 21. *& ibi Dec. num.* 56. *vers. in* 5. *Cagn. nu.* 291. *vers. circa quintum, Caccialup. num.* 57. *Seb. Sap. nu.* 54. *Petr. Calas. nu.* 211. *vers. in* 5. ff. *de Iurisd. Bart. in l. dies cautioni* 4. §. *si intra num.* 4. ff. *de damn. inf. Alex. in l.* 1. *in princ. num.* 25. *& ibi Iac. de Nig. num.* 95. *Cagn. num.* 91. ff. *de off. eius, Dec. in l.* 2. *num.* 5. *& ibi Purp. num.* 1. *vers. limitatur* ff. *eod. Petr. Fab. in l. nemo potest* 71. ff. *de reg. iur. & est de mente omnium, quos referemus in hoc cap. quæst.* 12. Quod qualiter accipiendum sit, dicemus *in eadem quæst.* 12.

Tertia denique regula pertinet ad ea, quæ mixti imperij sunt, & plenariam causę cognitionem requirunt. Et hęc nostri communiter censent nõ competere iure magistratus, sed tribui speciatiter,
5 ideoque non posse delegari.† *Ita enim scripserunt Bart. in d. l. Imperium* 3. *nu.* 19. *&* 20. *& ibi Purp. num.* 315. *vers. positis, & num.* 319. *Caccial. num.* 55. *&* 56. *Valas. num.* 230. ff. *de Iurisd. Et simpliciter non posse delegari, gl. in d. l. necquicquam* 9. §. *vbi decretum, in verb. decretũ, & ibi Bart. in princ. & num.* 8. *vers. in* 2. *Ias. num.* 4. *vers. sene, & nu.* 82. ff. *de off. proc. & leg. gl. in d. l. omnia* 72. *& ibi Dec. num.* 1. ff. *de reg. iur. gl. in l. vlt. in verb. & veteribus C. vbi, & apud quem, gl. in l. cognitio* 4. §. *vt possessio, in verb. legatorum, & ibi Purp. num.* 1. *Iac. de Nig. num.* 1. *vers. gl.* 1. *& Coras. num.* 3. ff. *de off. eius, gl. in l. dies cautioni* 4. §. *duas in verb. cautionẽ ff. de damn. inf. Bart. in l.* 2. *& ibi Castr. num.* 1. *Dec. num.* 5. *Purp. in princ. Iac. de Nig. num.* 5. *&* 4. *vers.* 2. *& Muret. ff. de off. eius, Bart. in d. l. dies cautioni* 4. §. *si intra num.* 4. *ff. de damn. inf. in l. vlt. num.* 3. *C. de præd. decu. lib.* 10. *Ias. in l. iubere caueri* 4. *num.* 22. *ff. de Iurisd. Cagn. in dict. l. Imperium* 3. *num.* 290. *ff. eod. Ludo. Burg. in l.* 1. *num.* 142. *ff. de Iudic. Petr. Fab. ad d. l. nemo potest* 71. *ff. de reg. iur. & Muret. in d. l.* 1. *in princ. vers. quæ verò ff. de off. eius.* Mouentur autem.

Primo *l. vbicunque* 106. *ff. de reg. iur.*

iur. vbi Paulus, *Vbicunque causa cognitio est*, inquit, *ibi prætor desideratur:* Nam ex his verbis ita argumentantur. Ea, quæ causę cognitionem desiderant, non possunt ab alio, quam a magistratu expediri. Sed is, cui mandata est iurisdictio, siue (vt hodie dicimus) iudex delegatus, nõ est magistratus, sed priuatus *l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius, & diximus in 5. cap. quæst. 3. num. 4.* Non poterunt igitur ab eo expediri, quæ causæ cognitionem requirunt. *Ita Petr. Fab in d l. nemo potest, & Muret. in dict. l. 2. ff. de off. eius.*

Secundo mouentur *l. necquicquam 9. §. vbi decretũ ff. de off. proc. & leg. a qua videtur desumpta l. omnia 72. ff. de reg. iur.* vbi Vlpianus,
7 † *vbi decretum necessarium est*, inquit, *per libellum id proconsul expedire non potest: Omnia enim, quæcunque causa cognitionẽ desiderant, per libellum non possunt expediri:* Nam illa verba, *per libellum*, ita accipiunt, idest, per iudicis delegationem, quæ simplici libello, siue scriptura fit; Et hoc aiunt dicere Vlpianum, ea, quæ requirunt causæ cognitionem, & decretum, non posse a magistratu expediri per delegationem iudicis, & sic non pos-
8 se delegari. † *Ita enim interpretantur gl. in d. l. necquicquam 9. §. vbi decretum, in verb. decretum, vers. Tertij. & ibi Bart. in princ. Ias. nu. 4. vers. tene, & num. 81. vers. sum in 3. ff. de off. proc. & leg. gl. in d. l. omnia 72. & ibi Dec. num. 1. vbi testatur, hunc esse communem intellectũ ff. de reg. iur.*

Tertio mouentur, quia causa non, nisi pro tribunali cognosci po-
9 test † *l. 3. §. si causa ff. de bon poss. & dicemus infra num. 18.* Ergo cognosci non poterit ab ijs, qui tribunal non habent. Sed is, cui mandata est iurisdictio, siue, vt hodie dicimus, iudex delegatus non habet tribunal, *vt scribunt ij, quos referemus in hoc cap. quæst. 22.* Non poterit igitur ab eo cognosci causa. *Ita Petr. Fab. in d l. nemo potest 71. ff. de reg. iur. & Muret. in d. l. 1. in princ. vers. qua verò, & in d. l. 2. ff. de off. eius.*

Quarto mouentur argumento ducto ab ijs rebus, quæ sunt mixti imperij, & quia causa cognita, & cum decreto fiunt, ideo delegari nõ possunt. Huiusmodi sunt, transactio de futuris alimentis, & alienatio prædij minoris: Nã hę sunt
10 mixti imperij † *secundum Azonem in summ. C. de Iurisd. omn. iud. num. 19. Bart. in d. l. Imperium 3. nu. 20. & ibi Purp. num. 318. & 319. Caccial. num. 56. Alcia. num. 222. Valas. num. 233. Petr. Calas. nu. 210. vers. in 4. Duar. Egu. Baro ff. de Iurisd. Ias. in l. 2. nu. 2. ff. de off. eius, Claud. Cant. lib. 2. De off. iud. cap. 10. num. 5. & 17. Egn. Baro lib. 1. var. quæst. fo. 22. & non negat in l. vlt. ff. de off. eius. Et est de mẽte Bart. in l. cũ hi 8. §. sed nec mandare, & ibi Aug. ff. de trãs. dũ ex illo tex. colligunt, ea, quæ sunt mixti imperij nõ posse delegari*, & causæ cognitionem, decretumque requirunt, ideoque nõ possunt delegari *l. 2. §. 1. ff. de off. eius l. cum hi 8. §. sed nec mandare ff. de trans. & diximus in hoc cap. quæst. 5. num.*
11 *8. & nu. 10.* † *Ita considerãt, Azo in dict. summ. C. de Iurisd. om. iud. num. 19. Bart. in d l. Imperium 3. nu. 20. ff. de Iurisd. Ias. in d. l. necquicquam 9. §. vbi decretum num. 82. ff. de off. proc. & leg. Dec. in d. l. omnia 72. nu. 2. & 3. ff. de reg. iur. Iac. de Nig. in d. l. 2. num. 1. & ibi Muret. ff. de off. eius, Lud. Burg. in l. 1. num. 142. ff. de Iudic. Pet. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur.* Et simili modo, cõsilij exercitio, siue, vt nostri loquun-

tur

tur, ius prębēdę authoritatis in ma
numissione serui, quę fit a minore
12 20. annis, est mixti imperij † *secundum Ias. in d. l. 2. num. 2. & ibi Iac. de Nigr. num. 4. vers. 2. ff. de off. eius. Egn. Baro in d l. Imperium 3. ff. de Iurisd. & in l. vlt. ff. de off. eius,* sed, quia fit causa cognita ideo nō potest delegari, *vt diximus in hoc*
13 *c. q. 4. nu. 12.* † *Et in his terminis cōsiderat Azo in d. sum. C. de Iurisd. omn. iud. nu. 14.*

Quinto mouentur, quia ius singulare in vno denotat ius commune in cōtrarium *l. cum haeredes 23. §. 1. ff. de acq. poss.* Sed singulare est in cognitione suspecti, quae causę cognitionem desiderat, vt possit delegari propter vtilitatem pupillorum, *l. cognitio 4. in prin ff. de off. eius, & scribunt omnes, quos referemus in hoc c. q. 22. num. 9.* Et simili modo singulare est in restitutione in integrum, quę & ipsa fit causa cognita, vt demandari possit *l. vlt. C. vbi, & apud quem, & scribunt q̄, quos referemus in hoc cap. q. 10. nu. 21.* Ergo ius commune erit in contrarium, & consequenter de iure communi nō poterunt ea, quę causę cognitionem requirūt, delegari.

Verum his non obstantibus puto regulam hanc, vt commentitiā, merito fuisse a plerisq; recentioribus improbatam, quia verius est, ea, quę sunt mixti imperij, licet requirant causę cognitionem, & decretum, competere tamen iure magistratus, & per consequentias de-
14 mandari posse. † *Ita enim censuerunt, qui scribunt ea posse delegari, vt Dec. in l. cognitio 4 §. vt possessio. in prin. ff. de off. eius, vbi ait, ita disputando posse sustineri, Seb. Sap. in l. Imperium 3. nu. 52. vers. sed contra, et ibi Longou. nu. 158. ff. de Iurisd. Marius Salom in d. l. necquicquam. 9. §. vbi decretum nu. 2. ff. de off. proc. & leg. Vaco. a Vacu. lib. 6. decla. 80. nu. 4. Coras. in d. l. cognitio 4. §. vt possessio num. 2. ff. de off. eius. Io. Vand. lib. 2. q. iur. c. 35. num. 15. And. Fach. lib. 9. contron. c. 98. & est de mente eorum omnium, quos referemus infra nu. 19. & eorum, qui censent, missionem in possessionem ex secundo decreto posse delegari, quos referemus in hoc cap. q. 13.* Quod ex multis licet intelligere.

Primum enim iubere possideri, siue, vt vulgo dicimus, mittere in possessionem ex secundo decreto, requirit causę cognitionem, & quidem plenariam *l. dies cautioni. 4. §. duas ff. de damn. inf.* & tamen competit iure magistratus, & mandari potest *l. cognitio 4. §. vt possessio ff. de off. eius, & latius ostendemus in d. quaest. 13.*

Secundo, causa plenè cognita fit suspecti tutoris remotio *l. 1. §. suspecti ff. ad Turpill.* quę tamen & ipsa competit iure magistratus, & mādari potest *d. l. cognitio 4. in prin. & nos latius ostendemus in hoc c. q. 22.* non iure singulari, sed communi, quia pupillorum vtilitas non cōsideratur ad hoc, vt mādari possit, sed vt mandata generali iurisdictione transferatur *d. l. cognitio, & nos plenius in ead. q. 22. nu. 11. demonstrabimus.*

Tertio in integrum restitutio requirit & ipsa causę cognitionem *l. omnes 3. ff de in int. rest. & dicemus in hoc c. q. 10. nu. 14.* & nihilominus mandari, & olim poterat, & hodie potest *l. vlt. C. vbi, & apud quem:* non aliqua ratione singulari, sed iure communi, quia vtilitatis ratio consideratur etiam in hac specie ad hoc tantum, vt mandata generali iurisdictione transferatur, non etiam, vt mandari possit *d. l. vlt. & nos latius ostendemus in ead. q. 10. num. 26.*

Neq;

Neque obstant contraria: Nam
15 ad Primum respondeo, † prætoris
seu magistratus appellatione con-
tineri etiam eum, qui gerit vices
magistratus, idest, cui mandata est
iurisdictio, *vt fit etiam in l. enim. qui
13. ff. de Iurisd. secundum ea, quæ di-
ximus in 5. cap. quæst. 3. num 22. &
in l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb. sign.
vt dicemus in hoc cap. quæst. 16. &
simili modo in l. 1. §. suspecti ff. ad
Turp. vt dicemus in hoc eodem cap.
quæst. 22.* Nam etiam ea, quæ præ-
torem desiderant, mãdari possunt,
16 † *vt scribit Egu. Baro in d. l. eũ, qui
13. ff. de Iurisd. & in l. legatus 12. ff.
de off. proc. & leg.* Itaque illa verba
ibi prætor desideratur, non ponun-
tur ad exclusionem eius, cui man-
datur iurisdictio, quia, cum is co-
gnoscit, prætor ipse cognoscere vi-
detur, sed ponuntur ad exclusionẽ
magistratuum municipalium, quip
pe, qui facere non possunt ea, quę
plenam causę cognitionem requi-
17 runt; † *Ita eleganter explicat Cuiac.
ad l. omnia 72. ff. de reg. iur. & re-
ctius, quam in l. vbicunque 106. ff.
eod. in 1. lib. Paul. ad Edict.* Exem-
plum fit in causa damni infecti; nã,
si tractetur de interponenda cau-
tione, vel de mittendo in posses-
sionem, poterit magistratus muni-
cipalis rẽ expedire, vt edicto præ-
toris continetur, quia res nullam,
aut certè summariam causę cogni-
tionem requirit *l. 1. l. dies cautioni
4. §. duas ff. de damn. inf.* Quod si
tractetur de mittendo in possessio-
nẽ ex secundo decreto, siue (quod
idem est) de iubendo possideri,
quoniam hæc res plenam causę co-
gnitionem requirit, non poterit a
magistratu municipali expediri,
sed ibi desiderabitur prætor, quip-
pe, qui eam rem suæ iurisdictioni
reseruauit *dict. l. dies cautioni 4. §.
duas*. Prætor ergo desideratur ad
exclusionem magistratus munici-
palis, sed nõ ad exclusionem eius,
qui vices eius gerit, quoniã etiam
iubere possideri mandari potest *d.
l. cognitio 4. §. vt possessio ff. de off.
eius, & nos latius ostendemus in hoc
cap quæst. 13.*

Ad Secundum verò respondeo,
communem loci illius intellectum
esse commentitium, meritoq; fuis-
18 se a recentioribus improbatum, †
*vt ab Alcia. in d. l. Imperium 3. num.
224. & ibi Longovall. num 158. ff. de
Iurisd. Alcia. lib. 2. Parad. cap. 3. nu.
1. Parisien. in add ad Dec. in l. omnia
72. in litera, a, ff. de reg. iur. Vaco. a
Vacu. lib. 6. declar. 80. num. 4. Mar.
Salom. in d. §. vbi decretum num. 1.
Coras. ad d. l. cognitio 4. §. vt posses-
sio num. 2. ff. de off. eius*, quoniam il-
la verba, *per libellum nõ possunt ex-
pediri*, non sunt accipienda de iu-
dicis delegatione (Quomodo ve-
teres arbitrantur) sed de simplici
libelli, seu precum porrectione, &
subscriptione magistratus: Nam
hoc significat Vlpianus, Ea, quæ
decretum requirunt, non posse ex-
pediri per libellum *l. excusare se
28. ff. de excus. tut.* hoc est, non pos-
se a magistratu concedi ad solam
supplicationem partis, seu libelli
porrectionem *l. minorum 6. C. de
præd. mino.* sed requirere causæ co-
gnitionem, sine qua decretum non
potest interponi. Vnde, quia cau-
sæ cognitio non potest fieri de pla-
no, nec planaria interpellatione, si-
ue postulatione facta a iudice pro-
cedente *l. a procedente 4. C de dilat.*
sed requirit tribunal *l. 3. §. si causa
cognita ff. de bon. poss.* & magistra-
tum considentem *d. l. a procedente
4. C. de dilat.* Ideo fit, vt nec decre-
tum de plano *d. l. 3. §. si causa ff. de
bon. poss.* sed pro tribunali *l. natu-
rali 7. §. vlt. ff. de conf. tut.* & solem-
niter interponi debeat *dict. l. mino-
rum*

rum 6. C. de prad. mine. Itaque, dum Vlpianus ait, ea, quę decretum, & causę cognitionem requirunt, non posse per libellum expediri, hoc effectu significat, non posse ea expediri de plano, sed pro tribunali, quoniam opponuntur hęc pro tribunali, & per libellum *l. 2. C. quemad. test. aper.*
19 † *Ita eleganter explicāt Feneſt. de magiſtr. cap. 15. Buda. in annot. ad dict. l. necquicquam 9. §. vbi decretum, & ibi Petr. Stell. num. 13. Mar. Salom. num. 3. verſ. ſenſus, Coraſ. num. 4. & 6. & Egu. Baro ff. de off. proc. & leg. Alcia. lib. 2. Parad cap. 3. num. 2. & in d. l. Imperium 3. num. 224. & ibi Seb. Sap. num. 53. Longou. num. 158. ff. de Iuriſd. Pariſien. in addit. ad Dec. in d. l. omnia 72. in litera, a, ff. de reg. iur. Vaco. a Vacu. d. lib. 6. decl. 80. nu. 4. Coraſ. ad l. cognitio 4. §. vt poſſeſſio num. 2. ff. de eff. eius, Rauard. cap. 8. Protrib. Cuiac. ad l. omnia 72. ff. de reg. iur. Petr. Fab. in d. l nemo poteſt 71. ff. de reg. iur. Andr. Facb. lib. 9. contr. cap. 98.*

Ad Tertium respondeo, eum, cui mandata est iurisdictio nō habere tribunal proprium, sed vti tribunali magistratus, qui iurisdictionem demandauit, *vti latius oſtendemus in hoc cap. quaſt. 22.*

Ad Quartum respondeo Primo,
20 negando, † aut interpositionē decreti in transactione alimētorum, vel alienatione prędij minoris, aut consilij exercitionē esse mixti imperij, quia, cum specialiter tribuantur, *vti conſtat ex ijs, qua diximus in hoc cap quaſt. 4. nu. 16. & quaſt. 5. num. 7. & 9.* Consequens est, vt nec sint imperij, nec iurisdictionis, *ſecundum ea, qua diximus in quaſt. praced. num. 25.*

Secundo respondeo, supradicta iura non ideo nō posse demandari, quia causę cognitionem requirant, sed quia specialiter tributa sunt, *vt oſtendimus in dict. quaſt. 4. num. 16. & quaſt. 5. num. 7. & 9.*

Ad Quintum denique respondeo, negando id esse singulare in cognitione suspecti, & in integrū restitutione, quia vtilitatis ratio non consideratur ad hoc, vt huiusmodi causæ mandari possint, sed, vt mandata generali iurisdictione transferantur *vti latius oſtēdemus in hoc cap. q. 10. num. 26. & q. 22. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Imperij mixti qua ſunt, vel reſpiciunt executionem, vel coercitionem.*
2 *Prater qua promiſerit in edicto.*
3 *Iudicis datie eſt ſimplicis iuriſdictionis, Sed contra nu. 6.*
4 *Iuriſdictio non ſolum exercetur cognoſcendo, ſed etiam delegando.*
5 *Declaratur l. Imperiū 3. ff. de Iuriſd. & nu. 7. & 10.*
6 *Iudicis datie eſt mixti imperij, Declara, vt nu. 5.*
8 *Declaratur l. cum prator 12. §. Item bi ff. de Iudic.*
9 *Imperij mixti dicuntur, qua continent iuſsum iudicentis.*

An datio iudicis mandari possit.

Quæstio Octaua.



IDEAMVS igitur nos singulariter de ijs, quę sunt mixti imperij, & de singulis dispiciamus, an, & quando mandari possint. Constat autem omnia, quę sunt mixti imperij, in duo genera distribui: nā quædam respiciunt executionem,
1 quędam verò coercitionem, † *vt ſcribunt Alcia. lib. 2. Parad. cap. 8. num.*

nu. 3. Don. lib. 17. cōm. cap. 6. Et, quę
executionē, vel respiciunt execu-
tionem edicti, vel executionē sen-
tentiæ. Edicti executionē respiciūt
hęc. Dare iudicem, Dare bonorum
possessionem, In integrum restitue-
re, Iubere caueri prætoria stipula-
tione, In possessionē mittere, & Iu-
bere possideri: nā prætor in edictio
promittit hæc omnia se daturū, aut
2 facturum, dicēdo † Iudicium dabo
*l. 1. in princ. ff. de dolo l. ait prator 3.
in prin. ff. de neg. gest.* idest dabo iu-
dicē cum formula, *vt diximus in 1.
cap. q. 3. nu. 27.* Dabo bonorum pos
sessionem *l. vn. ff. vt ex legib.* Dabo
in integrum restitutionē, *l. 1. §. fin.
ff. quod fals. tut.* siue, in integrū re-
stituā *l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. maio.*
Iubebo caueri, aut satisdari *l. pra-
tor ait 7. in princ. & §. 1. ff. de damn.
inf.* aut iri in possessionē, vel possi-
deri, *d. l. prator ait 7. §. 1. ff. de damn.
inf. l. 2. in princ ff. quib. ex caus in
poss. eat.* Dando igitur ea, vel facien
do non potest nō censeri edictum
exequi. De ijs autem omnibus se-
paratim tractaturi dispiciamus.

Primo de datione iudicis, & vi-
deamus, An ea sit mixti imperij, &
an competat iure magistratus, pos-
sitque proinde demandari.

Et quidem, cū primo loco quæ-
rimus, an sit mixti imperij, constat
Interpretes frequentes in eā iuisse
sententiā, vt non sit mixti imperij,
3 sed simplicis iurisdictionis. † *Ita
enim censuerunt gl. in l. 1. in verb. li-
tigatoribus dare, & ibi Bart. nu. 8. ff.
de Iurisd. gl. in cap. super quæstionū
27. §. porro, in verb. transfert De off.
& pot. iud. del. Bart. in l. more 5. nu.
12. & ibi Alex. nu. 27. vers. nō obstat
vltimum ff. de Iurisd. Ang. in l. Impe-
rium 3. nu. 2. & 15. in fin. & ibi Ias.
num. 4. Petr. Calas. num. 11. & 44.
& Duar. ff. de Iurisd. Alex. in l. 1. in
princ. num. 30. vers. sed eius, & ibi
Paul. Oria. num 90. Iac. de Nigr nu.
80. ff. de off. eius, Et ex recentioribus
Vaco. a Vacu. lib. 6. declar. Iur. civ.
declar. 78. num. 3. Bern. Vnal. lib. 1.
Miscell. cap. 2. Duar. ad tit. ff. de off.
proc. & leg. cap. 3. & ad tit. ff. de Iu-
risd. cap. 4. & 7. & lib. 1. disput. ann.
cap. 53. Anton. Gou. lib. 1. de Iurisd.
numero 7. Donell. lib. 17. commen.
cap. 8. & 23. Io. Vand. lib. 1. quæst.
iur. cap. 10. num. 15. Ant. Fab. lib. 4.
Coniect. cap. 4. Andr. Fach. lib. 9.
controu. cap. 96.* Nam iurisdictionē
aiunt non solū exerceri cognoscen
4 do, sed etiam delegando, † *vti vi-
dere est apud gl. in rub. ff. de off. eius,
& ibi Castr.* Mouentur autem *l. Im-
perium 3. ff. de Iurisd.* vbi Vlpianus,
Iurisdictio, inquit, *est etiam iudicis
5 dandi licentia,* Quibus † verbis (vt
ijdem arbitrantur) cōplectitur iu-
risdictionis simplicis definitionē,
non quidem essentialem, sed de-
monstratiuam, quam græci τύπον
appellant, *vt fatentur omnes, quos
retulimus in hoc cap. quæst. 2. nu. 7.*
& significat, Iurisdictionem sim-
plicem esse potestatem dandi iu-
dicis. Non est igitur iudicis da-
tio mixti imperij, sed simplicis iu-
risdictionis.

Verum contrariam opinionem
amplexi sunt pleriq; grauissimi vi-
ri existimantes iudicis dationē esse
6 mixti imperij, † *vt Alcia. lib. 2. Pa-
rad. cap. 8. nu. 4. Seb. Sap. in l. 1. nu. 7.
& ibi Coras. nu. 26. ff. de Iurisd. Nic.
Bell lib. 3. Supp. cap. 4. n. 1. & 2. Cam.
Plaut. ad rub. ff. de off. eius, lib. 2. cap.
13. nu. 6. & 7. Egu. Baro lib. 1. varia.
quæst. fo. 25. et 39. et ad l. Imperiū 3.
ff. de Iurisd. Eduar. pro Eguin. fo. 31.
& 42. & Cuiac. lib. 21. obs. cap. 30.
& ad l. 1. ff. de off. eius, in primum
lib. quæst. Papin. ad l. more 5. ff. de
Iurisd. & ad l. cum prator 12. ff. de
Iudicijs,* quorum sententiā verissi-
mam esse puto, si respiciamus ad

ordinaria iudicia', quibus veteres
vtebantur, & in quibus multum di
ximus fuisse discriminis inter man
dare iurisdictionem,& dare iudicē
*in primo cap.quæst.2.nu.*7.Probatur
enim.

Primo *d.l.Imperiū* 3.*ff.de Iurid.*
quā perperam alij ad comprobādam
suam sententiam adduxerunt: nam
7 Vlpianus ibi † nō loquitur de sim-
plici iurisdictione, sed tantū de im
perio,quoniā ait, *Imperium,aut me*
rum,aut mixtum est. Deinde mero
(saltē demōstratiuè) definito pro-
quitur mixtū,& ait, *Mixtum impe-*
rium est, cui etiam iurisdictio inest,
quod,vti probet,duo profert exem
pla, vnū dationis bonorum posses-
sionis,quę est imperij,sed,quia cō-
tinet in se iurisdictionē ideo,dici-
tur esse imperij mixti,*vt ostēdemus*
*in hoc cap.q.9.nu.3.& 4.*Alterū ve-
rò dationis iudicis,quę & ipsa licet
sit imperij,continet tamen in se iu-
risdictionē,ideoq; dicitur esse im-
perij mixti. Non loquitur ergo de
iurisdictione simplici,sed de ea,quę
inest mixto imperio, vt non obscu
rè significat illa dictio ,*etiam*, quæ
tamquam implicatiua, denotat Vl-
pianū loqui de ea iurisdictione, de
qua supra fuerat locutus,*vt elegan-*
ter explicant ij. quos retulimus in 5.
cap.q.2.nu.10.

Secundo probatur *l.cum prætor*
12.§.*Item hi ff.de Iudic.*vbi Paulus
de ijs loquens, qui Iudicē dare pos
sunt, *Item ij.* inquit, *quibus id more*
concessum est propter vim imperij,si-
cuti præfectus vrbi,cæterique Romæ
8 *magistratus*: † nā ex his verbis ita
argumētor; Si index datur propter
vim imperij, Ergo datio est impe-
rij; Non est autem imperij meri,
quia non continet alicuius crimi-
nis coercitionem. Est igitur impe-
rij mixti.

Tertio probatur, quia mixti im-
perij dicuntur ea, quæ iusdicentis
9 iussum ,& imperium continent, †
l.quod iussit 14. ff.de re Iud.l.iubere
4.*ff. de Iurid.* Sed datio iudicis,
quę fit ex ordine continet iussum,
& imperium iusdicentis, quia ma-
gistratus, qui dat iudicem, iudica-
re iubet *l.cum qui 13. ff. de Iurid.*
& diximus in 5. cap. quæst. 3. num.
21. & in cap. 7. quæst. 1. num. 20.
Quamobrem vititur verbis impe-
ratiuis, dicendo, Iudex esto,Con-
demnato,*vt ostendimus in d.cap.7.*
q.1.num.21. eaque ratione non po
test dari iudex is, in quem impe-
rium exerceri nequit *l.Iudicium sol*
uitur 58. ff. de Iudic. & diximus in
1. cap. quæst.5. nu.17. & in cap. 7.
quæst.1. num.22. & dicemus in cap.
10.quæst.8.nu.52. Est igitur mixti
imperij.

Nec obstat *l.Imperium*, quia ex
ijs, quæ diximus in primo funda-
mento satis apertè constat, eā non
contrariā sed nostram probare sen
tentiam, vt proinde non sit necesse
10 † vulgatā,& Florētinam lectionem
mutare, & pro *Iudicis dandi licen-*
tia, legere, *Iurisdicundi licentia*,
Quomodo legendū putat Viglius
in §.præterea nu.7. Inst. Quib.nō est
perm. fac. test. quem merito *Bern.*
Vual.lib.1. Misc.cap.2. & alij pleri-
que reprobarunt.

Sed hęc vera sunt,quoties respi-
cimus ad ordinaria iudicia; Cœte-
rū,quoties ad extraordinaria, qui-
bus vtimur, & in quibus is,qui dat
iudicē, mandat iurisdictionem, *vt*
ostendimus in 1. cap.quæst.6.num.2.
11 Verius est † iudicis delegationem,
neque esse imperij, neque Iurisdi-
ctionis,sed cuiusdam facultatis a iu
risdictionis proprietate proueniē
tis,*vt ostendimus in 1.cap. quæst.5.*
num.11.vers.9.& in cap.5.quæst.4.
num. 47. scilicet, quia qui delegat
iudicē, hoc ipso,quod delegat, ne-
que

que dicit ius, neque imperat, cum nec imperatiuis vtatur verbis, nec deleget inuitum, sed cum volente contrahit exemplo aliarum causarum, *vt ostēdimus in 7. cap. quæst. 1. num. 14. & 24.*

Planè certis casibus, & respectibus dici potest imperij, vt, cum fit a principe, vel ab eius delegato, qui potest etiam inuitum subdelegare, *vt diximus in d. cap 7. quæst. 1. num.* 28. vel, cum delegatus ab ordinario post susceptum mādatum iudicare detrectat, & ideo cogitur ab ordinario, *secundum ea, quæ diximus ibi num.* 27. Nam in his casibus magis est, vt huiusmodi potestas censeatur esse imperij.

Hinc secunda succedit quæstio, an datio iudicis competat iure magistratus, & per consequentias, an mandari possit, mandatauè iurisdictione transferatur, quam, quia fusius exposuimus *in 5. cap. quæst. 3. & 4.* ideo non est necesse hic iterum repetere, quæ latius ibi commemorauimus. Et hæc de Iudicis datione.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum possessionis datio est simplicis iurisdictionis, Sed contra nu.* 3.

2 *Imperij mixti sunt ea tantum, quæ cōsistunt in modica coercitione, Sed contra nu.* 7.

3 *Bonorum possessionis datio est mixti imperij.*

4 *Declaratur l. Imperium 3. ff. de Iurisd.*

5 *Imperij magis, quam iurisdictionis sunt, quæ respiciunt executionem edicti.*

6 *Introducere Iurisdictionis est, exequi verò imperij.*

8 *Bonorum possessionis agnitio hodie est simplicis iurisdictionis, Sed contra nu.* 49.

9 *Bonorum possessionis agnitio hodie nihil est, nisi petatur decerni: nam tunc est mixti imperij, Sed contra nu.* 12.

10 *Bonorum possessio, cum hodie decernitur, non nisi ab eo, qui mixtū imperium habet, peti potest, Sed cōtra num.* 21.

11 *Bonorum possessio litis ordinādæ gratia non potest dari, nisi ab eo, qui mixtum habet imperium, Sed cōtra num.* 48.

13 *Magistratus, qui sui præsentiam exhibet, non dicitur nihil agere.*

14 *Bonorum possessio non potest peti ex decreto arbitrio priuati.*

15 *Datio non fit a magistratu sine petitione.*

16 *Decretum hodie sublatum esse in bonorum possessionibus qualiter intelligatur.*

17 *Decretum hodie non est sublatum in bonorum possessionibus, quæ verè sunt decretales.*

18 *Bonorum possessio dabatur furioso ex decreto*

19 *Declaratur l. vlt. §. nos itaque C. de curat furio.*

20 *Forma non potest arbitrio priuatorū commutari.*

22 *Bonorum possessio litis ordinādæ gratia non est hodie necessaria emācipatis, & nu.* 35.

23 *Bonorum possessio litis ordinādæ gratia, quæ, & num. seqq. vsque ad num.* 49.

26 *Hæreditatem petere, qui vult, debet prius adire hæreditatē, vel agnoscere bonorum possessionem.*

27 *Querela cōtinet in se petitionem hæreditatis.*

28 *Querela ordinatur per agnitionem bonorum possessionis.*

29 *Querela ordinatur etiam per aditionem hæreditatis.*

30 *Declaratur l. quemadmodum 7. ff. de Inoff. testa.*

31 *Bonorū possessio litis ordinanda gra-*

tia nō erat olim necessaria omnibus querelam propositurus.

32 Bonorū possessio litis ordinanda gratia nūquam fuit necessaria suo exheredato.

33 Bonorū possessio gratia litis ordinanda non est necessaria filijs a matre preteritis

34 Bonorū possessio gratia litis ordinanda olim erat necessaria emācipato, & cur.

36 Bonorū possessio gratia litis ordinanda nulli hodie est necessaria, & nu. 40. licet plerique contra sentiant num. 39.

37 Aditio hereditatis supponit delationem.

38 Hereditas ab intestato deferri non potest, quandiu manet testamentum.

41 Exheredatio tollit ius sui heredis.

42 Suus exheredatus non impedit, quominus institutus adeundo fiat heres.

43 Bonorum possessio non potest agnosci, nisi deferatur.

44 Bonorum possessio secundum tabulas non datur, nisi scriptis heredibus.

45 Bonorum possessio contra tabulas nō datur exheredatis.

46 Bonorum possessio ab intestato non defertur, quandiu manet testamentum.

47 Aditio hereditatis non potest stare in suspenso, agnitio verò bonorum possessionis potest.

48 Bonorū possessio litis ordinanda gratia agnoscitur sine re.

49 Bonorum possessionis agnitio ita est hodie mixti imperij, vt erat olim.

50 Bonorū possessionis datio specialiter tribuitur, Sed contra nu. 53.

51 Bonorum possessio non potuit dari a magistratibus municipalibus.

52 Bonorum possessionis agnitio hodie competit iure magistratus.

53 Bonorum possessionis datio etiā olim competebat iure magistratus.

54 Bonorum possessiones introducta sūt ex edicto pretoris.

55 Bonorum possessiones non dabantur olim, nisi a pretoribus, & presidibus.

56 Prefectus vrbi an potuerit dare bonorum possessionem.

57 Prefectus vrbi cur sapè pro pretore vrbano ponatur, & contra.

58 Bonorum possessio, que non tribuit ius, potest delegari, que verò tribuit non potest, Sed contra num. 64.

59 Declaratur l. cognitio 4. §. vt possessio ff. de off. eius, & nu. 65. 66. 70. & 71.

60 Bonorum possessio refertur ad ius, possessio verò bonorū ad factum, Sed contra nu. 68.

61 Bonorum possessio, que tribuit ius, dabatur olim causa cognita, & cum decreto num. 62. Sed contra num. 72.

63 Bonorum possessio decretalis vnde dicta.

64 Bonorum possessionis datio indistinctè potest delegari.

67 Bonorū possessio pro ea, que est facti, & possessio bonorum pro ea, que est iuris sapè dicitur.

69 Bonorum possessio, que est iuris, qualiter distinguatur ab ea, que facti.

72 Bonorū possessio quot modis olim dari soleret.

73 Declaratur l. 3. §. si causa ff. de bon. poss.

74 Bonorum possessio edictalis, que dicatur, & que decretalis, nu. 75. & 78. & 79.

76 Bonorū possessio decretalis repudiari nequit, & Cur nu. 77.

80 Bonorum possessionis agnitio potest hodie delegari.

An datio bonorum possessionis mandari possit.

Quæstio Nona.



Ecundo de datione bonorum possessionis dubitari solet, an sit mixti imperij, & an competat iure magistratus, possitque mandari.

Et in prima quidem quæstione censent plerique non esse mixti
imperij, sed simplicis iurisdictio-
1 nis,† *vt Longo. ad l. Imperium 3. nu. 57. & 70. vers. subsequitur, & num. 123. & ibi Ant. Gou. nu. 34. & seqq. ff. de Iurisd. Ant. Gou. ad l. 1. nu. 20. ff. eod. Donell. lib. 17. comm. cap. 8. & Ant. Fab. lib. 4. Coniect. cap. 4.* Mouentur autem.

Primo, quia, quæ descendunt ex iurisdictione prætoris, haud dubiè iurisdictionis sunt §. *sed ista Inst. de actio.* Sed datio bonorum possessionis descendit ex iurisdictione prætoris §. *sed eas Inst. de bon. poss.* quippe, quæ non solum consistit in reddendo iure, sed etiam in emendando, vel supplendo, vel confirmando iure ciuili *l. ius autem ciuile 7. §. ius prætorium* ff. *de Inst. & iur.* quod fit, cum datur bonorum possessio *tit. Inst. de bon. poss. in princ.* Est igitur eius datio iurisdictionis. *Ita Ant. Fab. d. lib. 4. Coniect. cap. 4.*

Secundo mouentur, quia mixti imperij ea tantum esse dicuntur, quæ continent modicam coercitionem, sine qua nulla est iurisdi-
2 ctio † *l. vlt. §. vlt.* ff. *de off. eius. & scribunt Alcia. in l. stipulationum 5. in princ. num. 18.* ff. *de verb. oblig. Longou. in d. l. Imperium 3. num. 57. 114. & 123. & ibi Ant. Gou. nu. 30.* ff. *de Iurisd. Mar. Salom. in d. l. 1. in prin. nu 4.* ff. *de off. eius. Ant Fab. d. lib. 4. Coniect. cap. 4.* Sed datio bonorum possessionis nullam continet coercitionem. Non est igitur mixti imperij.

His tamen non obstantibus, verius esse puto, quod alij frequẽtius
tradiderunt, dationem bonorũ pos
sessionis esse mixti imperij, siue ius
3 tribuat, siue nõ. † *Ita enim de vtraque scripsit Bart. in l. iubere caueri 4. nu. 4.* ff. *de Iurisd. De ea verò, quæ ius tribuit Azo in sum. C. de Iurisd. omn. iud. nu. 19. Bart. in d. l. Imperiũ 3. nu. 20. & ibi Ang. num. 9. Caccial. num. 56. Petr. Calas. num. 11. 39. & 210. vers. in 4. Valas. nu. 231. Purp. nu. 317.* ff. *de Iurisd. De ea, quæ non tribuit ius, Ias. in d. l. iubere nu. 9. Et simpliciter de datione bonorum possessionis gl. in l. 1. in verb. bonorum possessionẽ, & in verb. tutores cõstituere, & ibi Bart. num. 3. in fin. Ang. in prin. vers. 3 not. Dec. num. 11. Purp. nu. 26. vers. in gl.* ff. *de Iurisd. gl. in d. l. Imperiũ, in verb. mixtum est, & ibi Ang. nu. 2. Duar. & Egu. Baro* ff. *eod. Alcia. ad rub.* ff. *de bono. possess. nu. 5. ad l. stipulationum 5. in prin. nu. 20.* ff. *de verb. oblig. & lib. 2. Parad. cap. 8. nu. 5. Mar. Salom. in d. l. 1. in prin. nu. 4. & ibi Cuiac. in 1. lib. quæst. Pap.* ff. *de off. eius, Nico. Bello. lib. 3. Supp. cap. 4. nu. 1. & 2. Io. Gill. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 11. 12. & 13. nu. 5. Duar. lib. 1. disp. ann. cap. 53. ad tit.* ff. *de Iurisd cap. 7. & ad l more 5.* ff. *eod. Eduard pro Egu fo. 31. & adu. Gou. in l. iubere 4.* ff. *de Iurisd. fo. 74. Coras. lib. 3. Miscell. cap. 17. nu. 16. Cuiac. lib. 4. obser. cap. 15. & lib. 17. cap. 19. & lib. 21. cap. 30. & ad tit. C. qui adm. Muret. ad rub.* ff. *de off. eius, Vand. lib. 2. quæst. iur. cap. 35. num. 5. Andr. Fach. lib. 9. controu. cap. 95. & 98. Massin. ad l. vlt. nu. 14. C. qui admitt.* Probatur autem.

Primo *l. Imperiũ 3.* ff. *de Iurisd.* vbi Vlpianus, *Mixtum imperium*

est, inquit, *cui etiã iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit.*

Nec est, quod respondeas, locum hunc esse mendosum, & ita
4 legendum, † *Mixtum imperium est, cui etiam iurisdictio inest. Quod in danda bonorum possessione consistit, iurisdictio est. Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia*, Quomodo [illegible] sum *Ant.Gou. ibi num. 34. &* [illegible] ique putant, vel, *quæ in dãda bon*[illegible] *possessione consistit, iurisdictio* [illegible] *Iurisdictio est etiã iudicis dandi* [illegible]*tia*, vt legunt *Ant. Fab. in dict.* [illegible] *coniect. cap. 4. &* alij, quia, præ[illegible] quod omnium antiquorum c[illegible]es huic lectioni repugna[illegible] il-lud, quia Vlpianus initio [illegible] solam proposuit imperij diuisionẽ, quæ non complectitur iurisdictionem simplicem, ideoque verisimile non est, cum postea velut extra propositam materiam simplicis iurisdictionis exempla retulisse, maximè, cum aliud subijciat exemplum iudicis dationis, quæ, quia fit propter vim imperij, non potest ad simplicem iurisdictionem referri, *vt ostendimus in q. praeced. nu. 7.* Quamobrẽ probabilius est, illa verba ad mixtum imperiũ, de quo locutus est Vlpianus, pertinere.

Secundo probatur, quia, quę respiciunt executionem eius, quod prætor ex sua iurisdictione introduxit, magis imperij sunt, quam iu-
5 risdictionis, † vt ecce, prætor ex sua iurisdictione introduxit stipulationes prętorias *l. stipulationũ 5. in princ. vers. praetorias ff. de verb. oblig. §. praetorias Inst. de diuis. stip.* Iubere igitur caueri prętoria stipulatione, quia respicit huius rei executionem, dicitur esse magis imperij, quam iurisdictionis *l. iubere caueri 4. ff. de Iurisd.* Et simili modo prętor ex sua iurisdictione introduxit restitutiones in integrũ *l. 1. l. nemo 3. ff. de in int. rest.* In integrũ igitur restituere, quia respicit huius introductionis executionẽ, dicitur, & ipsum esse magis imperij quam iurisdictionis *l. ea, quae 26. ff. ad municip.* Sed datio bonorũ possessionis est huiusmodi, scilicet, qa prętor ex sua iurisdictione introduxit bonorũ possessiones *d. §. sed eas Inst. de bon. poss.* &, cum eas dat, exequitur. Est igitur dare bonorum possessionem magis imperij, quam iurisdictionis.

Neque obstant contraria: Nã ad Primum respondeo, negando maiorem: Non enim sequitur, Bonorũ possessiones introductę sunt ex iurisdictione prætoris, Ergo dare bonorum possessionem est iurisdi-
6 ctionis, scilicet, quia † aliud est introducere, aliud introductum exequi, Introducere est iurisdictionis, exequi verò imperij. Itaq; prętor ex sua iurisdictione introduxit bonorũ possessiones, in integrum restitutiones, stipulationes prętorias, missiones in possessionem, & id genus alia, sed, cum ea exequitur, hoc est, cum dat bonorum possessionẽ, vel in integrum restituit, vel iubet caueri prętoria stipulatione, vel in possessionẽ mittit, vtitur imperio, & id agit propter vim imperij. Quo fit, vt hęc omnia dicantur esse magis imperij, quã iurisdictionis *d. l. iubere caueri 4. ff. de Iurisd. d. l. ea, quae 26. ff. ad municip.*

Ad Secundũ verò respõdeo, falsum esse, mixtũ imperiũ consistere
7 in sola coercitione, † *vt animaduertit Duar. ad l. more 5. ff. de Iurisd.* quia cõsistit, vel in coercitione, vel in executione, *secundum ea, quae diximus in quaest. praeced. num. 1.*

Planè, quę diximus, locũ habent in ea datione bonorũ possessionis, quę

quę olim erat in vſu. Cœterũ, quę
ſit hodie poſt Conſtantini legem,
agnitio, ſitnè mixti imperij, an ve-
rò ſimplicis iuriſdictionis, dubitari
poteſt ideo, quia de hac re tres cō-
ſtat eſſe noſtrorum Interpretũ ſen-
tentias, Primã exiſtimantium, non
eſſe mixti imperij, ſed ſimplicis iu-
8 riſdictionis. † *Fuit hac opinio gl. in*
l. 1. in verb. bonorum poſſeſsionē, &
ibi Dec. num. 11. Purp. nu. 53. & 55.
ff. de Iuriſd. Valaſ. in d. l. Imperiũ 3.
num. 23. verſ. prædictis, & ibi Petr.
Calaſ. nu. 40. ff. eod. Nico. Bello. lib. 4.
Supp. cap. 3. in fi. Quę videtur ea
ratione probari, quia, ſi eſſet mixti
imperij, non poſſet a magiſtratibus
municipalibus expediri, quippe,
qui facere non poſſunt ea, quę ma-
gis imperij ſunt, quã iuriſdictionis
d. l. ea quæ 26. ff. ad municip. Atqui
ab ijs expediri poteſt *l. vlt. C. qui*
admitt. Non eſt igitur mixti im-
perij.

Secunda fuit opinio diſtinguen-
tium, aut bonorũ poſſeſſio ſimpli-
citer agnoſcitur coram magiſtratu
competente, & tunc nihil eſt, hoc
eſt (vt ipſe interpretor) neque eſt
imperij, neq; iuriſdictionis, quia,
cum magiſtratus nihil agat, ſed ſim
pliciter exhibeat ſui pręſentiam,
Conſequens videtur, vt, neque di-
ci poſſit iuſdicere, neque imperiũ
exercere: Aut verò is, cui delata eſt
bonorum poſſeſſio, vult eam ſibi a
magiſtratu decerni, & tunc eſt etiã
hodie mixti imperij, vt erat olim,
quia nihil in hac ſpecie mutatum
9 eſt. † *Ita cenſuerunt Bart. in d. l. 1.*
num. 4. & ibi Ang. num. 6. verſ. ſe-
quitur ff. de Iuriſd. Purp. in l. cogni-
tio 4. §. vt poſſeſsio num. 4. & 5. ff.
de off. eius. & in ſecunda parte diſtin
ctionis ſequitur Petr. Calaſ. in d. l. Im
perium 3. num. 40. ff. eod. Hinc in-
ferunt.

Primo, nõ poſſe in poſteriore ca-
ſu dationē bonorum poſſeſſionis
ab omni magiſtratu expediri, ſed
tantum ab eo, qui mixtũ habet im-
10 perium. † *Ita Ang. in d. l. 1. num. 6.*
verſ. ſequitur ff. de Iuriſd.

Secundo inferunt, filium eman-
cipatũ, quē pater cum inſertione
cauſę exhęredauit, ſi petat bonorũ
poſſeſſionem gratia litis ordinãdæ
(quod aiunt etiam hodie neceſſa-
rium eſſe) non debere eam petere
ab omni magiſtratu, ſed tantum ab
eo, qui mixtum habet imperium.
11 † *Ita Ang. in d. l. 1. num. 6. verſ. ſe-*
quitur ff. de Iuriſd. Purp. in d. l. cogni
tio 4. §. vt poſſeſsio n. 5. ff. de off. eius.

Verum hæc diſtinctio, vt eſt cō-
mentitia, ita & merito fuit a pleriſ-
12 que recentioribus improbata, † *vt*
a Dec. in d. l. 1. nu. 11. & ibi Purp. nu.
55. Seb. Sap. nu. 19. ff. de Iuriſd. Va-
laſ. in d. l. Imperium 3. nu. 231. verſ.
prædictis ff. de Iuriſd. Nic. Bell. d. lib.
4. Supput. cap. 3. in fi.

Primum enim ſupponit, magi-
ſtratum ſimpliciter exhibētem ſui
præſentiam in ijs actibus, qui ſine
ipſius authoritate fieri nequeunt,
nihil agere, ideſt, neque iuriſdi-
ctionem, neque imperium exerce-
re, Quod tamen perſpicuè falſum
13 eſt, † & contra principia eorumdē,
qui talem diſtinctionem tradide-
runt: Nam legis actiones, vt ado-
ptiones, emãcipationes, manumiſ-
ſiones, regulariter ſolam requirunt
præſentiam magiſtratus, cum expe
diantur de plano, & ſine cauſæ co-
gnitione, *vt diximus in hoc cap. q.*
4. num. 27. Et tamen in ijs non po-
teſt magiſtratus dici nihil agere,
quia (ſecundum eos) exercet mix-
tum imperium, cuius eſſe tradunt
legis actiones, *vt retulimus in hoc*
cap. quæſt. 7. num. 2. Et in his termi-
nis conſiderat Seb. Sap. in dict. l. 1.
nu. 19. ff. de Iuriſd. ſecundum verò
nos exercet iuriſdictionem volun-

 tariam,

tariam, cuius haud dubiè ſunt legis
actiones *l. 2. ff. de off. proc. & leg.*
Quod enim diximus eas neque eſ-
ſe imperij, neq; iuriſdictionis *in d.*
quaſt. 7. nu. 3. intelligitur de iurisdi
ctione contentioſa, ſiue de ea, quę
cōpetit iure magiſtratus, non verò
de voluntaria, ideſt, de ea, quę in
volentes tantum exercetur, & no-
minatim lege, vel S. C. vel conſti-
tutione tribuitur. Agit igitur ma-
giſtratus, quia iuriſdictionem exer
cet, & tribuit vim ijs actionibus,
quę ſola priuatorum voluntate nō
poſſent expediri. Quamobrē dici-
tur a noſtris prębere authoritatem
eo ſenſu, quo tutor dicitur autho-
ritatē prębere, cum pręſens appro-
bat negotium, quod a pupillo ge-
ritur *l. obligari 9. §. tutor ff. de auth.*
tut. §. tutor Inſt. eod.

Secundo ſupponit, eſſe in arbi-
trio illius qui debet agnoſcere bo-
norum poſſeſſionem, vel eam ſim-
pliciter agnoſcere, vel petere, vt
decernatur, Quod & ipſum falſum
14 eſt, † *meritoq; reprobatum a Dec. in*
d. l. 1. num. 11. & ibi Seb. Sap. (licet
ſub dubio) num. 10. verſ. limitatur
ff. de Iuriſd. Nic. Bell. d. lib. 4. Suppu.
cap. 3. nu. 2. Nam cum nec olim bo-
norum poſſeſſio, quę ius tribuit, ſo-
leret decerni, ſed de plano dare-
tur, *vti mox latius oſtendemus,* Cō-
ſequens eſt, vt multo minus decer-
ni poſſit hodie.

Et, ſi dixeris, poſſe peti, vt decer
natur, non ſtrictè, & propriè loquē
do, ſed largè ſumēdo verbum, de-
cernatur, pro, detur (quod tamē ab
eorum mente alienum eſt, cū cer-
tum ſit, eos arbitrari, in dandis bo-
norum poſſeſſionibus, quę ius tri-
buūt, fuiſſe olim neceſſariam cauſę
cognitionem, & decretum, *vti refe*
remus infra nu. 61.) hoc etiā falſum
eſſe intelligimus ex eo, quia, cū pe-
titio bonorū poſſeſſionis Conſtan-
tiniana lege ſublata ſit *l. vlt. §. nos*
itaq; C. de curat. furio. Conſequens
eſt, vt cenſeatur etiā ſublata datio,
quippe, quę ſine petitione fieri ne-
quit *l. dies cautioni 4. §. hoc antē iu-*
15 *diciū ff. de damn. inf.* † *Ita conſide-*
rāt Dec. in d. l. 1. nu. 11. ff. de Iuriſd.
Bern. Vual. lib. 1. Miſc. cap. 24. Andr.
Fach. lib. 5. cōtr. cap. 74. Et ita acci-
pio, quod vulgo dicitur, hodie ſu-
blatum eſſe decretum in dandis bo
16 norum poſſeſſionibus, † *vti videre*
eſt apud Dec. in d. l. 1. num. 11. & ibi
Purp. nu. 55. Seb. Sap. nu. 19. verſ. nō
omitto ff. de Iuriſd. Pet. Stell. in l. cce-
quicquā 9. §. ubi decretū nu. 28. &
29. ff. de off. proc. & leg. Nico. Bello.
lib. 4. Suppus. cap. 1. 2. & 3. Forcat.
in Necyo Dial. 11. nu. 4. Bern Vuals.
d. lib. 1. Miſcell. cap. 24. Andr. Fach.
d. lib. 5. contrau. cap. 74. vt ſcilicet,
ſublata ſit datio, quę regulariter
erat in omni bonorum poſſeſſione
neceſſaria: Nam, ſi loqueremur
de vero decreto, quod certis caſi-
bus erat neceſſarium ob iuris am-
biguitatem, *ſecundum ea, qua di-*
cemus infra numero 75, magis eſt,
17 vt id hodie non ſit ſublatum. † *vt*
rectè ſcripſerunt Roncheg ad §. vlt.
numero 10. & 13. Inſt. de bono. poſ-
ſeſſ. Donell. lib. 7. commen. cap. 14.
Maſsin. in dict. l. vlt. num. 38. & 40.
C. qui adm. Et in his tantum termi-
nis vera eſt opinio Andr. Barb. in
rub. C. qui adm, num. 102. Alcia.
lib. 2. Parad. cap. 13. num. 2. Vno
caſu excepto, cū ſcilicet tractatur
de bonorum poſſeſsione delata fu
rioſo: nam illa dabatur olim cum
18 decreto † *l. 2. §. ſi quis ex liberis ff.*
ad Tertul. Hodie verò ſimplici-
ter agnoſcitur ad exemplum alia-
rum omnium bonorum poſſeſſio-
num, quę vocātur edictales. Et ita
19 accipienda ſunt † *in d. l. vlt. §. nos*
itaque C. de curat. furio. illa ver-
ba, *qua antea ex decreto dabatur.*

quę

quæ significant hodie non dari ex
decreto; nam intelliguntur de bo-
norum possessione delata furioso,
in qua tamquam facta edictali, nec
petitioni locus est, nec decreto,
nec simplici dationi, tametsi fortaf
sis velit curator, eam sibi dari,
quia cum sublata petitione noua
fuerit Constantini lege introducta
obseruatio *d.l. vlt. C. qui adm. d.l.*
vlt.§.nos itaq; C. de curat. fur. idest,
forma, Consequens est, vt ea non
possit arbitrio priuatorum commu
20 tari. † *l. quidam decedens. 6. aliàs in*
cipit. Iulianus, in prin. ff. de adm.
tut. & in his terminis cōsiderat Seb.
Sap. in d.l. 1. nu. 21. ff. de Iurisd.

Tertio falsę quoq; sunt illatio-
nes, quas ex superiore distinctione
deduxerunt: Nam, quod attinet ad
21 primam, † etiamsi daremus, eum,
cui defertur bonorum possessio,
posse adhuc hodie petere, eam sibi
decerni, non tamen ex hoc seque-
retur, talem dationem non posse a
Duumuiris expediri, quia, quod di
cimus magistratus municipales nō
posse facere ea, quæ sunt magis im
perij, quam iurisdictionis, proce-
dit, nisi specialiter aliud cautū sit,
aut constitutione, aut edicto præ-
toris. Quamobrem, licet iubere ca-
ueri prætoria stipulatione, vel mit-
tere in possessionem sit magis im-
perij, quam iurisdictionis *l. iubere*
caueri 4. ff. de Iurisd. potest tamen
a magistratibus municipalibus in
causa damni infecti expediri, pro-
pterea, quod, vt id faciant, edicto
prætoris expressum est *l. 1. l. dies*
cautioni 4. §. duas ff de damn. infec.
Cum igitur etiam Constantini le-
ge cautum sit, vt bonorum posses-
sio possit apud duumuiros agnosci
d.l. vlt. C. qui adm Consequens est,
vt possit, nō obstante, quod sit mix
ti imperij: Nam magistratus muni-
cipales, non solum ea, quæ imperij
sunt, facere possunt, si nominatim
eis iniungantur, sed etiam ea, quæ
specialiter lege, vel S.C. vel consti
tutione tribuuntur, vt legis actio-
nes *l. vlt. C. de vind. libert. & dixi-*
mus in hoc c. q. 4. nu. 7.

Quod verò attinet secundā, sup
ponit, bonorum possessionem gra
tia litis ordinandæ etiam hodie ne
cessariam esse emancipato exhære
dato, quod a veritate alienum est,
22 † vt facile est ex eo intelligere, quia
huiusmodi bonorum possessio, quę
dicitur agnosci gratia litis ordinan
23 dæ † *in l. posthumus 6. § vlt. l. Quē-*
admodum 7. l. Papinianus 8. §. 1. ff.
de inoff. test. l. 2. C. eod. secundum
veram recentiorum sententiam ni
hil aliud est, quam eadem ipsa bo-
norum possessio, quam quis ab in-
testato est agniturus, idest, bonorū
possessio (nō vnde liberi absolutè,
24 † *vt arbitratus est Anto. Gou. lib. 2.*
varia. lect. c. 6. sed) vnde liberi, si
is, qui proponit querelam, ab inte-
stato veniat ex primo capite, vel,
25 vnde legitimi, si ex secundo: † Nā
ea solet ab ijs agnosci, qui querelā
sunt propositui ad hoc, vt super
ea litis contestatio fieri possit, quia
quemadmodum is, qui petitionem
hæreditatis, vel possessoriam hęre-
ditatis petitionem vult propone-
re, debet prius adire hęreditatem,
vel agnoscere bonorum possessio-
nem, ne aliàs a iudicio repellatur,
tamquam non habens ius in bonis
26 defuncti † *l. 2. ff si pars hered petat.*
l. 1. ff. de poss. har. petit. Ita etiam,
qui vult proponere querelam in-
officiosi testamenti, quæ, iuxta ve-
ram recentiorum sententiam in se
27 continet petitionem hęreditatis †
l. filium 20. in prin. vers. sed quem-
admodum, secundum lectionem Flo-
rent. ff. de bon. poss. contra tab. l. qui
de inoffic. 20. vers. qui verò ff de in-
off. test. l. si quis filium 34. in prin C.
eod.

eod. & scribunt Duar. ad tit. ff. de
inoff. test. c. 2. Cuiac. in Parat. eiusd.
tit. & Hoto. in epit. eiusd. tit. nu. 8. &
ad prin. tit. Inst. eo. Ennut. r. debet
prius, aut adire hæreditatem, aut
agnoscere bonorum possessionem,
eam scilicet, quam ab intestato es-
set agniturus, si nullum fuisset con-
ditum testamentum, ne tamquam
nō habens ius in bonis defuncti re
pellatur a querela. Hæc igitur adi-
tio hęreditatis, vel agnitio bonorū
possessionis dicitur fieri gratia li-
tis ordinandæ, quia fit ad hunc tan
tum finem, vt super actione inoffi-
ciosi litis contestatio fieri possit,
Quod, vt de bonorum possessione
est apud omnes recentiores in cō-
28 fessio, † *uti videre est apud Vigl. in*
§. tam autem nu. 2. Inst. de inof. test.
Ant. Gou. d. lib. 2. varia lect. cap. 6.
Cam. Plant. ad rub. C. qui adm. lib. 1.
nu. 20. & ibi Maßin. nu. 27. ita & de
hæreditatis aditione rectè dicitur
29 † *a Cuiac. ad l. posthumus 6. §. vlt. ff.*
de Inoff. test. & probat *l. quemadmo*
dū 7. ff. eod. vbi Vlpianus, *Quem-*
admodum præparaße litem quis vi-
deatur, vt posset transmittere actio-
nem, videamus, inquit, *& ponamus*
in potestate eum fuisse, vt neq; bono
rum poßeßio ei necessaria, & aditio
hæreditatis supervacua sit: nam illa
30 verba. † *& aditio hæreditatis super-*
uacua sit, non obscurè significant,
in ijs, qui non sunt in potestate, hæ
reditatis aditionem non esse ad li-
tem ordinandam, & pręparandam
superuacuam, & consequenter li-
tem ab eis ordinari posse, vel agni
ta bonorum possessione, vel adita
hæreditate, scilicet, si tales sint, qui
bus ab intestato hæreditas deferri
possit, vt sunt filij, quibus matris
hæreditas defertur ex S. C. Orphi-
ciano *l. 1. in prin. ff. ad Tertul.*

Hinc infertur, huiusmodi bono-
rum possessionem non fuisse olim
necessariam omnibus, qui querelā
31 erant proposituri † sed ijs tantum,
quibus ab intestato solum bonorū
possessionis remedium cōpetebat.
Itaq; suis hæredibus a patre exhę-
redatis nec fuit olim, nec est hodie
32 necessaria † *d. l. quemadmodum 7. ff.*
de Inoff. test. quia, nec ab intestato
bonorum possessio, vnde liberi ne-
cessaria est, cum iure ciuili sint hæ-
redes ipso iure *l. in suis 14. ff. de su-*
is & leg. §. 1. Inst. de hæred. quæ ab
int. def. Possunt sanè, si velint, prę-
parare querelam per bonorū pos-
sessionis agnitionem *d. l. quemadmo*
dum: quia ab intestato possunt etiā
agnoscere bonorum possessionem,
vnde liberi *l. vn. §. liberos ff. si tab.*
test. nul. ext. §. sunt autem Inst. de
bon. poss. sed minus necessariò. Simi
li quoq; ratione filijs a matre præ-
teritis nec fuit olim, nec est hodie
necessaria bonorum possessio gra-
33 tia litis ordinandæ † quia cum pos
sint ab intestato, vel adire hæredi-
tatem, vel agnoscere bonorū pos-
sessionem, vnde legitimi *l. 2. §. vlt.*
ff. vnd. legit. Cōsequens est, vt hoc
etiam alternatiuè facere possint ad
præparandam inofficiosi testamen
ti querelam. At emancipatis, quia
ab intestato necessaria erat bono-
rum possessio, vnde liberi, vtpote
cum iure ciuili non vocarentur ad
hęreditatem *l. 2. ff. vnd. lib. l. sed cū*
patrono 6. §. 1. ff. de bon. posses. §. emā
cipati Inst. de hæred. quæ ab int. def.
fuit etiam necessaria bonorum pos
34 sessio ad ordinandam querelam †
d. l. quemadmodum. 7. ff. de inoff. test.
Vnde, cum hodie non sit amplius
eis necessaria bonorum possessio
vnde liberi, cum possint etiam iu-
re ciuili adire hęreditatem *§. nul-*
lam, Auth. de hæred. ab int. ven. coll.
9. consequens est, vt nec sit necessa
35 ria † bonorum possessio litis ordi-
nandę gratia. Quo fit, vt hodie ve-
rum

rum sit, ad ordinandam litem nulli
præcisè necessariam esse supradi-
36 ctam bonorũ possessionem, † quia,
quicunq; vocantur ad querelam,
habent ab intestato, non solum re-
medium prætorium, sed etiam ci-
uile. Itaq; fateor debere etiam ho-
die, vel adiri hæreditatem (ab ijs
scilicet, qui non ipso iure sunt ab
intestato hæredes) vel agnosci bo-
norum possessionem, sed nego, de-
bere hanc agnosci præcisè, quia id
tantum obtinebat olim in filijs e-
mancipatis, qui sola prætoris indul
gentia ab intestato vocabantur.

Nec est, quod aliquis obijciat,
Imo, videri præcisè necessariam
hanc bonorum possessionem eo,
quod ante, quam rescindatur testa
mentum, non videtur hæreditas
posse ab exhęredato adiri, cum adi
tio supponat hęreditatis delationẽ
37 † *l. is, qui hares 13. in prin. l. si quis extraneus. 21. §. si quis partem l. quã diu. 68. l. ventre 83. ff. de acq hared.*
quæ cessat in casu nostro, scilicet,
quia exhæredato non defertur hæ
reditas, aut ex testamento, aut ab
intestato, non ex testamento, quia
in eo non fuit institutus, neque ab
intestato, quia quandiu manet te-
stamentum (quod in proposito ma
nere dicitur, quandiu non est resci
sum *l. si suspecta. 29. §. quamuis ff. de inoff. test.*) non potest ab intesta-
38 to deferri hęreditas † *l. nec is. 17. §. fin. l. quandiu. 39. l. in plurium. 69. l. illud 76. ff. de acq. hared. l. quandiu. 90. ff. de reg. iur. l. 2. C. vnd. lib. l. ante quam. 8. C. commu. de success.* Qua ra
39 tione. † *Vigl. in d. §. iam autem nu. 2. & 4. Inst. de inoff. test. Roncheg. in §. 7. nu. 34. et 35. Inst. de bon. pos. Egu. Baro. lib. 6. Manual. tit. de bon. poss. et Massin. ad rub. C. qui adm nu. 27. & 45. alijq;* plerią; moti censuerunt,
hanc bonorum possessionẽ, & olim
fuisse necessariam omnibus quere-
lam proposituris, tametsi iure ciuili
cognitis, & esse necessariam hodie,
Quia respondeo, Imo non esse ne-
40 cessariam, † *vti constat ex d. l. quẽadmodum;* Nec obesse, quod hære-
ditas non possit adiri prius, quam
rescindatur testamentum, quoniã
id procedit, si loquamur de ea adi-
tione, quæ ius tribuit, idest, quæ fa-
cit hęredem. Cœterùm, si de ea,
quæ fit solum ad ordinandam litẽ,
ne scilicet actor, tamquam is, cuius
non interest, a querela repellatur,
magis est, vt etiam ante rescisum
testamentum fieri possit. Alioquin
enim, si ob id, quod hęreditas de
pręsenti nõ potest acquiri propter
testamentum, quod nondum est re
scissum, necessariò deberet ad litẽ
ordinandam agnosci bonorum pos
sessio, etiam ab ijs, qui ab intestato
possunt esse hęredes, deberet etiã
necessariò agnosci a filio in pote-
state constituto, quem pater exhę-
redauit, quia nec is ante, quam te-
stamentum rescindatur, hęres est,
cum exhęredatione sublatum sit
41 ius sui hæredis † *l. 1. §. post sues ff. de suis, & legit l. 1. § sed et si quis vẽtrem ff. de ventr. in poss. mitt.* adeo,
vt propter id non impediatur in-
stitutus, quominus adeat, & adeun
42 do fiat hæres † *l. Papinianus 8. §. si conditioni l. mater decedẽs 19. vers. praterea, et vers. nec enim l. eum, qui 20. §. vlt. ff. de inoff. l. in substitutione 31. ff. de vulg.* Atqui necessariò
agnosci non debet, imo nec debet
adiri hæreditas, cum ad litem ordi
nandam sufficiat, eum remoto ob-
staculo testamenti futurum ipso iu
re hęredem *d. l. quemadmodum. 7. ff. de inoff.* Non est igitur bonorum
possessio ijs necessaria, qui ab inte-
stato possunt esse hęredes, licet ob
testamenti validitatem hęreditas
de præsenti acquiri nequeat. Dein
de verò non video probabilem di

uersita-

uerſitatis rationem,cur ad litem or
dinandam ſufficiat agnitio bono-
rum poſſeſſionis,non etiam aditio
hæreditatis ei,qui ab inteſtato po-
teſt vtroq; modo ſuccedere. Nam,
ſi hęreditatis aditio nõ ſufficit ob
id, quod hęreditas non defertur,
quandiu manet teſtamentum,eaq;
ratione nõ poteſt acquiri, nec etiã
debet ſufficere agnitio bonorum
poſſeſſionis,quia nec ipſa poteſt a-
43 gnoſci, niſi deferatur † *l. cum qui-
dam. 30. §. quod dicitur, verſ. Idẽq;
ff. de acq. hæred. l. 2. §. ſi quis ita ſum
pſerit ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* & defer
ri non intelligitur ante, quam rum-
patur teſtamentum, ſiue de ea de-
latione loquamur, quæ ratione te-
ſtamenti fit,ſiue de ea, quæ ab inte
ſtato: nam ratione teſtamenti, nec
ſecundum tabulas defertur, nec cõ
tratabulas,non ſecundum tabulas,
quoniam hęc datur ſolis inſtitutis
44 † *l. 2. in prin. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. §.
ſunt autem Inſt. de bon. poſſ.* nec con
tratabulas, quoniam hęc non da-
45 tur exhæredatis † *l. 1. in prin l. non
putauit 8. in prin. l. ſi poſt mortem.
10. §. exhæredati ff. de bon. poſſ. con-
tratab.* Ab inteſtato verò non de-
fertur, quia, quandiu manet teſta-
mentum,non poteſt eſſe ab inteſta
46 to ſucceſſioni locus † *l. 1. §. 1. ff. ſi
tab. teſt. null. exta. l. in plurimu. 69.
ff. de acq. hæred.* Atqui ſufficit agni-
tio bonorum poſſeſſionis,licet nõ-
dum deferatur. Debet igitur etiam
ſufficere aditio hæreditatis.

Et,ſi dixeris, Imo diuerſam eſſe
rationem aditionis hæreditatis, &
agnitionis bonorum poſſeſſionis,
quoniam hæc ſuſpendi poteſt, illa
47 verò non item † *l. qui in aliena. 6.
in prin. ff. de acq. hæred. & tradunt
omnes in l. 1. C. qui adm.* Reſpõdeo,
idprocedere,ſi loquamur de ea adi
tione hæreditatis, vel agnitione
bonorum poſſeſſionis, quæ ius tri-
buit, ideſt, quæ facit hæredem, aut
bonorum poſſeſſorem. Cœterum,
ſi de ea, quæ fit ſolum ad litem or-
dinandam, magis eſſe, vt nihil ſit
inter hæreditatem, & bonorũ poſ-
ſeſſionem diſcriminis: nam, quem-
admodum ad ordinandam quere-
lam ſufficit agnoſcere bonorũ poſ-
48 ſeſſionem ſine re, † *vt & in l. filij
25. C. de inoff. teſt. & apud Vlp. tit.
28. inſt. & ſcribit Cuiac. in d. l. poſt-
humus 6. §. vlt. ff. de inoff. teſt.* Ita e-
tiam ſufficit adire hæreditatem ſi-
ne effectu: Satis enim eſt exhære-
dato dicere, ſe velle eſſe hęredem,
vel bonorum poſſeſſorem ab inte-
ſtato, ſed, quia teſtamentum obſtat
ideo ſe petere, vt illud declaretur
inofficioſum, ad hoc, vt cenſeatur
illud agere, quod eſt neceſſarium
antecedens ad ordinãdam ex cau
ſa inofficioſi teſtamenti querelam,
nempe adire hæreditatẽ, vel agno-
ſcere bonorum poſſeſſionem, licet
ſine re, propter obſtaculum teſta-
menti, quod nondum eſt reſciſſum.
Ex quibus apparet, veriſſimum eſ-
ſe, quod ſupra diximus, bonorum
poſſeſſionem litis ordinandæ gra-
tia non eſſe hodie, aut emancipa-
to, aut alij cuipiam neceſſariam, vt
veteres in ſecunda illatione ſuppo
nebant.

Deinde verò, licet adhuc hodie
cenſeretur neceſſaria, non tamen
eſſet verum, eam apud magiſtratũ
municipalem non poſſe agnoſci,
quia, cum ex lege Conſtantini poſ
ſit apud eum agnoſci bonorũ poſ-
ſeſſio, vnde liberi *l. vlt. C. qui adm.*
Conſequens eſt, vt poſſit etiã hæc,
quæ litis ordinandæ gratia tribui
dicitur, quippe, quæ re vera in per
ſona emancipati eſt eadem ipſa vn
de liberi bonorum poſſeſſio, *vt oſtẽ
dimus ſupra nu. 24.*

Quamobrem verior eſt Tertia
ſententia exiſtimantium, Ius præ-
bendæ

bendæ authoritatis in agnoscenda
bonorum possessione ita hodie es-
se mixti imperij, vt erat olim datio
49 bonorum possessionis; † *Ita enim
censuit Seb. Sap. in d. l. 1. nu. 19. ff. de
Iurisd.* quia, cum præsentia magi-
stratus fuerit Constantiniana lege
subrogata in locum antiquę datio-
nis, vt non obscurè significant *in d.
l. vlt. §. nos itaq; C. de curat. fur.* illa
verba, *& ab ea introducta obserua-
tio, qua pro antiqua sufficit petitio-
ne,* Consequens est, vt debeat ean-
dem, quam illa, habere vim, eodẽq;
censeri iure.

Hinc secunda succedit quæstio,
An datio bonorum possessionis cõ
petat iure magistratus, an verò spe
cialiter sit tributa. Et Interpretes
quidem frequentes censuerunt eã,
50 tribui specialiter. † *Ita enim censue
runt Bart. in d. l. Imperium. 3. n. 20.
& ibi Caccialup. nu. 56. Et est de mẽ
te veterum omnium, quos retulimus
supra num. 3. dum aiunt eam esse
mixti imperij: nam apud eos est in
confesso ea, quæ sunt mixti imperij,
tribui specialiter.* Mouentur autem
ea ratione, quam sæpè commemo-
rauimus, quia iure magistratus ea
tantum competere dicuntur, quæ
competunt omnibus magistratibus
*l. 1. in prin. ff. de off. eius, secundum
communem intellectum, quem retuli
mus in hoc. c. q. 1. nu. 1.* Sed datio
bonorum possessionis non compe-
tit omnibus magistratibus, quia, cũ
sit magis imperij, quam iurisdictio
nis, *vt diximus supra nu. 3.* Conse-
quens est, vt non possit a duumui-
51 ris expediri † *l. ea qua 26. ff. ad muni
cip. & scribunt Cuiac. ad tit. C. qui
adm. & ad l. cum quidam 14. ff. de
bon. poss. & lib. 4. obs. c. 15. & lib. 17.
c. 19. Forcat. in Necyo. dial. 11. nu. 4.
Donell. lib. 7. comm. c. 14.* Non com-
petit igitur iure magistratus, sed tri
buitur specialiter.

Sanè hodie fatentur competere
iure magistratus, quia ex lege Con
stantini potest etiam apud duum-
uiros, idest, magistratus municipa-
52 les agnosci *l. vlt. C. qui adm.* † *Ita gl.
in d. l. 1. in verb. bonorum possessio-
nem, & ibi Bart. nu. 4. ff. de Iurisd.
Purp. in l. cognitio 4. §. vt possessio
nu. 4. vers. sublimitetis ff. de off. eius.*

Sed est verius, quod alij tradide
runt, dationem bonorum possessio-
nis indistinctè competere iure ma-
53 gistratus. † *Ita enim censuerunt Al-
cia. lib. 2. Parad. c. 2. nu. 6. Duar. ad
tit. ff. de Iurisd. c. 3. Anto. Gou. lib. 1.
de Iurisd. nu. 29. & ad l. 2. nu. 20. ff.
eod.* Quæ sententia probatur,

Primo, quia, quæ descendunt ex
edicto prætoris, haud dubiè com-
petunt iure magistratus, *vt diximus
in hoc c. q. 1. n. 15.* Sed datio bonorũ
possessionis venit ex edicto prętto-
ris, a quo scilicet bonorũ possessio-
54 nes introductæ sunt † *tit. Inst. de
bon. poss. in prin. et § sed eas, §. septi-
ma.* Cõpetit igitur iure magistrat⁹.

Secundo, quia effectus non po-
test alio iure competere, quam cõ-
petat causa, *vt ostendimus in hoc c.
q. 6. nu. 5.* Sed iurisdictio prętoris,
quę est causa bonorum possessionis
d. §. sed eas Inst. de bon. poss. compe-
tit iure magistratus, *vt diximus in
hoc ipso c. q. 1. num. 22.* Ergo debet
etiam eodem iure cõpetere bono-
rum possessio, quæ est iurisdictio-
nis effectus.

Neque obstat contrarium, quia
respondeo, negando maiorem: nã
iure magistratus competere dicun
tur etiã ea, quæ magistratibus mu-
nicipalibus denegantur, dummo-
do nominatim non sint tributa le-
ge, vel S. C. vel constitutione, *vt
ostendimus in eadem q. 1. nu. 6.* Vn-
de, cum datio bonorum possessio-
nis non sit tributa prętori lege, vel
S. C. vel constitutione, sed descen-

dat

dat ex edicto, Conſequens eſt, vt
non cenſeatur tributa ſpecialiter.
Et hoc non obſtante, quod a magi
ſtratibus municipalibus expediri
non potuerit, Imo nec ab omnibus
magiſtratibus populi Romani, ſed
a ſolo prętore vrbano, & a pręſidi-
55 bus prouinciarum, † vt rectè docue
runt Cuiac. ad d. l. cum quidam 14.
ff. de bon poſſ. & lib. 4 obſ. cap. 15. &
Ant. Fab. lib. 4. coniect. c. 8.

Nec eſt contrarium, quod legi-
tur apud Valerium Maximum lib.
7. c. 7. Caium Calphurnium Piſo-
56 nem prefectum vrbis † cuiuſdam
adoleſcentis bonorum dediſſe poſ
ſeſſionem, vt etiam fieri potuiſſe fa-
tetur Vaud. lib. 1. q. iur. c. 10. nu. 22.
quia reſpondeo, locum eſſe men-
57 doſum, † & loco illorum verborũ,
Praefecti vrbis, legendum, Praetoris
vrbani, qui 1, cum veteres ita ſcri-
berent, PR. VRB. ſignificantes,
aut pręfectum vrbi, aut prętorem
vrbanum, ſępè notarij decepti, dũ
notas explicitè deſcribunt, alterũ
pro altero poſuerunt. Itaq; pręfe-
ctum vrbis dixerunt pro prętore
vrbano in dicto loco Valerij, & con-
tra prętorem pro pręfecto in l. ſi
quis iniuriam. 35. ff. de iniur. Ita ele
ganter obſeruarunt Cuiac. d. lib.
4. obſ. c. 15. & ad d. l. cũ quidam 14.
ff. de bon poſſ. & Ant. Fab. d. lib. 4. cõ-
iect. c. 8.

Supereſt Tertia quæſtio, an ſci-
licet datio bonorum poſſeſſionis
mandari poſſit. Dubitationem au-
tem fecit l. cognitio 4. §. vt poſſeſſio
ff. de off. eius. vbi Macer, vt poſſeſſio
bonorum detur, inquit, mandari po-
teſt.

Sed interpretes frequentes cen-
ſuerunt, multum referre, vtrum lo-
quamur de ea bonorum poſſeſſio-
ne, quæ non tribuit ius, ſed datur
interim, an verò de ea, quæ ius tri-
buit. Nam, illam, fatentur omnes,
poſſe ſaltem, quoad cognitionem,
& pronuntiationem demandari, ſe
cundum ea, quæ de miſſione in poſſeſ
ſionem referemus ex eorum ſententia
in hoc c. q. 12. Hanc verò non item.
58 † Ita enim cenſuerunt gl. in d. l. co-
gnitio 4. §. vt poſſeſſio, & ibi Bart &
Purp. nu. 1. verſ limitatur, ff. de off.
eius, Bart. in d. l. iubere caueri 4. nu.
4. ff. de Iuriſd. Alb. in d. l. 1. in prin.
nu. 55. ff. de off. eius, Valaſ. in d. l. Im
perium 3 nu. 231. ff. de Iuriſd et ſpe
cialiter de ea, quæ tribuit ius, Azo in
ſumm. C. de Iuriſd. om. iud. nu. 19. gl.
in d. l. iubere, 4. & ibi Seb. Sap. n. 13.
Bart. in d. l. Imperium nu. 20. & ibi
Caccial. nu. 56. Et de hac pariter vi
dentur accipiẽdi, qui ſimpliciter ſcri
bunt dationem bonorum poſſeſſionis
non poſſe delegari, vt glo in l. 1. in
verb. bonorum poſſeſſionem, & in
verb. tutores cõſtituere ff. de Iuriſd.
Io. Gillo. lib. 2. de Iuriſd. et Imp c. 11.
nu. 3. & c. 13. nu. 5. De ea verò, quæ
non tribuit ius, Ang. in d. l. iubere 4.
nu. 1. & ibi Iaſ. nu. 9. Mouentur autẽ

Primo, quia Macer in d. §. vt poſ
59 ſeſſio, non loquitur † de bonorum
poſſeſſione, quę ius tribuit, ſed de
illa, quę datur interim, quoniã ait
mandari poſſe, vt poſſeſſio bonorum
detur, non verò, vt detur bonorum
poſſeſſio, vt hęc genera loquendi
multum inter ſe diſtant, cum bono
rum poſſeſſio referatur ad prętoriã
ſucceſſionem, quę eſt iuris, vti con-
ſtat ex tit. ff. de bon. poſſ. & alijs ad
eius ſucceſſionis materiam pertinen-
tibus, Poſſeſſio verò bonorum ad
corporalem poſſeſſionem, quæ eſt
facti, vt in l. 1. in prin. ff. ne vis fiat
60 ei, Quod diſcrimen † colligitur ex l.
1 in prin ff. de ſucceſſ. ed. & §. cum
igitur Inſt. de bon. poſſ. & traditur a
gl. in l. 3 §. hæreditatis, in verb. bono
rumvè poſſeſſio, & ibi Bart. ff de bõ.
poſſ. gl. in l. cum proponas. 9. in verb.
bonorum C. de bon. auth. iud. poſſ.
Petr.

Petr.de Bellap in l.1.num.13. & ibi
Iac.de Nigr.nu.76.C.qui adm.Imol.
in l.si minor 61.nu.2.ff.de acq.haere-
dit.Castr.in l.2.nu.2.ff.de prato.sti-
pul.Alb in l 1.in prin num.54. ff de
off.eius, Nico. Bello. lib.4. Supput.c.
15.nu.6.Roncheg.ad rub.Inst.de bō.
poss.nu.16.

Secundo mouentur, quia, quę
plenam causę cognitionem, & de-
cretum requirunt, non possunt de-
legari l necquicquam 9 §.vbi decre-
tum ff.de off. proc. & leg. secundum
communem intellectum, quem retu-
limus in hoc c.q.7. num.8. Sed datio
bonorum possessionis, quę tribuit
ius, requirit plenam causæ cogni-
61 tionem † l.3. §. si causa cognita ff.
de bon.poss & scribunt Azo in sum.
C.de Iurisd.om.iud.nu.19.gl. in d.l.
cognitio 4.§.vt possessio, in verb. vt
possessio ff de off.eius, Bart.in d.l.im-
perium 3.num.20.& ibi Caccialup.
nu.56.Purp.nu.317.ff.de Iurisd.Al-
ba. in d.l.1.in prin.nu.55. ff. de off.
eius.Et simpliciter de datione bonorū
possessionis gl.in l.1. in verb. bonorū
possessionem. & in d.l. Imperium.3.
in verb mixtū est ff. de Iurisd. Ang.
in d.l cognitio 4.§.vt possessio.& ibi
Iac.de Nig.nu.1.vers.gl.1.ff. de off.
eius, Alb in l.1.in prin.nu.53. vers.
5.ff.eo Nico. Bell.lib.4. Supp.c.1.&
62 decretum † d.§.si causa cognita, &
scribunt Alcia lib.2. Parad c.13. n.
1.& ad l.delata 151.n.8.ff.de verb.
signi.Nico Bello.d.lib.4. Supp.cap.1.
Forca.in Necyo.dial.11.n.1.et seqq.
Vnde & decretalis nuncupata fuit,
63 † vt scribūt gl.in d.l.3. §.sed & si ne-
mo in verb.prætoris, ff. de bon.poss.
in l.cum quidā 30.§.1. in verb.edic.
talis ff.de acq.hered.in l.vlt. §. nos
itaq; in verb. ex decreto C. de cur.
fur.& in l.1.§. decretalis, in verb.
eam ff.de success.ed.Bart.in d.l.3.§.
a municipibus ff.de bon.poss. Dec. in
rub.C.qui adm.in 1.lect.num.17.&
ibi Cagn nu.8.& 110.Petr. Ricc. in
rub.Inst.de bon.poss. nu. 138. Crass.
in §.bonorum possessio q.3.Forcat.in
Necyo.d.dial.11.nu.1.Vues. in para
tit.ff.de bon.poss.nu.11. Non potest
igitur delegari.

Verum his non obstantibus pu-
to verius, quod alij tradiderunt, da
tionem bonorum possessionis indi
64 stinctè posse demandari. † Fuerunt
huius opinionis Alcia.lib.2.Parad.c.
1.nu.2.5.& 6.Coras.ad d.l.cognitio
4.§.vt possessio nu.1. ff. de off. eius,
Petr.Calef.in d.l. imperium 3. num.
43. ff. de Iurisd. Eiusdem opinionis
fuerunt, qui simpliciter aiunt, man-
dari posse, vt detur bonorum posses-
sio, vt Alcia.in d.l. Imperium, num.
222. & 224. vers.8. & ibi Egu.
Baro.Duar.ad tit. ff. de Iurisd. c.7.
& ad l.more 5.ff.eod. Ant. Gou.ad l.
solet 16.nu.3.ff.eod.Eduar.pro Egu.
fo.31.Petr.Fab.ad l. nemo potest 75.
ff.de reg.iur.Andr.Fach. lib.9, con-
trou. c. 98. Deniq; fuerunt eiusdem
sententia, qui censent huiusmodi da-
tionem mādata generali iurisdictio
ne transferri, vt Ant. Gou. lib.1.de
Iurisd.nu.27.& lib. 2. nu.22.et alij,
quos referemus in 9. cap.q.1. de cu-
ius tamen rei veritate dicemus ibi.
Probatur autem hęc sententia.

Primo d.l.cognitio 4.§. vt posses-
sio ff.de off. eius, non solum, quia
65 † Macer ibi generaliter, & indistin-
ctè loquitur, dum ait, mandari pos-
se, vt possessio bonorum detur, sed
etiam, quia fieri non potest, vt in-
telligatur de possessione, quæ non
tribuit ius: nam possessio, de qua lo
quitur initio dicendo, Vt possessio
bonorum detur, debet esse diuersa
ab ijs possessionibus, de quibus lo-
quitur in exemplis subsequētibus,
quoniam ea subijcit per disiuncti-
uam, vel, &, aut, quæ ponitur inter
diuersa. Atqui in exemplis subse-
quentibus loquitur de possessione,
quę

quæ non tribuit ius, dum ait, *aut
ventris nomine in poſſeßionẽ mulier
mittatur*, Debet igitur ab hac eſſe
diuerſa poſſeſſio, q̃ ſub illis verbis
cõtinetur, *vt poſſeßio bonorũ detur*,
& conſequenter debent hęc verba
intelligi de ea poſſeſſione, quæ ius
tribuit, vt ſcilicet ea mandari poſ-
66 ſit, † *Et ita in his terminis conſide-
rant Iaſ. in d.l. cognitio 4. §. vt poſ-
ſeßio num.2. & ibi Dec.nu.2. Iac.de
Nigr.num.2.verſ.ſed Lancell. ff. de
off.eius*,

Nec eſt facienda vis in eo, quod
Macer non dicat, mandari poſſe, vt
bonorum poſſeſsio, ſed, *vt poſſeſsio
bonorum detur*. quia nouum non eſt
67 † prætoriam ſucceſſionem poſſeſ-
ſionem bonorum appellari, *vt con-
ſtat ex l. filium 60. ff. de acq. hæred.*
& cõtra, poſſeſſionem corporis bo-
norum poſſeſſionem, *vt in l. ſi mi-
nor 61. ff. de acq. hæred. l. hac autem
5. §. non defendi ff. quib. ex cauſ. in
poſſ. eat. l. cum proponas 9. C. de bon.
auth. iud. poſſ.* Quamobrem illud
diſcrimẽ bonorum poſſeſſionis, &
poſſeſſionis bonorum, vt commen
titium merito fuit a recentioribus
68 improbatum, † *vt a Dec. in l. 1. in
prima lect. num. 12. & in tertia nu.
104. C. qui adm. Iac. de Nigr. in d. l.
cognitio 4. §. vt poſſeſsio num. 2. ff. de
off. eius, Alcia. lib. 3 Parerg. cap. 3.
Cagn. ad rub. C. qui adm. nu. 5. Vacu.
a Vacu. lib. 3. decl. 48. num. 7. Egu.
Baro lib. 6. Manual. ad tit. ff. de bon.
poſſ Petr. Ricc. ad rub. Inſt. de bon.
poſſ. num* 48. *Cuiac. ad l. 1. ff. de bon.
poſſ.* quia nõ ab ordine verborum,
ſed a ſubiecta materia diſtinctio
69 eſt deducenda † *vti rectè docuerũt
Dec. in d. l. 1. in 1. lect. num. 12. & in
3. nu. 104. C. qui adm. Vaco. a Vacu.
dict. lib. 3. decl. 48. num. 18. & Petr.
Ricc. in d. rub. Inſt. de bon. poſſ. num.*
53. vix enim eſt, quin, aut ex præ-
cedentibus verbis, aut ex ſubſe-
quentibus, aut ex perſonis, de
quibus agitur, colligere poſſimus,
vtrum de prætoria ſucceſſione, an
verò de corporali poſſeſſione ſit,
qui proponitur, locus accipien-
dus.

Minus eſt, quod aliquis cauſe-
tur, licet illa verba, *vt poſſeſsio bo-
norum detur*, accipiantur de bono-
rum poſſeſsione, quæ ius tribuit,
non tamen ita eſſe intelligenda, vt
ipſa datio realis mãdari poſſit, ſed,
vt poſſit mandari cognitio, & pro-
nuntiatio, ita, vt delegatus cogno-
ſcat quidem, vtrum danda ſit bo-
norum poſſeſſio, & dandã pronun-
tiet, ſed non det realiter, quaſi illa
verba, *vt detur*, ita ſint intelligen-
70 da, ideſt danda pronuntietur, † *vt
explicant gl. in d. l. cognitio* 4. §. *vt
poſſeſsio, in verb. detur, & ibi Ang.
Iac. de Nigr. nu. 2. verſ. ſed Lancell.*
quia reſpondeo hoc eſſe verba ca-
uillari: nam Macer perſpicuè ſcri-
bit, poſſe mandari, vt poſſeſſio bo-
norum detur non verò, vt danda
pronuntietur, & longe aliud eſt,
pronuntiare dandum, aliud dare,
quia illud ad ſententiam, hoc ad
executionem refertur. Quamob-
71 rem ſupradicta expoſitio † non im
merito fuit *ab Alcia. lib. 2. Parad.
cap. 1. num. 2. Io. Gill lib. 2. de Iuriſd.
& Imp. cap. 13. num 5. Andr. Fach.
lib. 9. contro. cap. 98. & alijs* impro-
bata. Deinde verò, cum ibi tra-
ctetur de datione bonorum poſſeſ-
ſionis, quæ ius tribuit, *vti ſupra di-
ximus*, non eſt, quod delegatus co-
gnoſcat, vtrum danda ſit bonorum
poſſeſsio, aut dandam pronuntiet,
quia huiuſmodi bonorum poſſeſ-
ſio etiã inſpecto iure vetere de pla
no, & ſine cauſæ cognitione datur,
vti mox latius oſtendemus, ideoque
nec mandari poteſt, vt cognoſca-
tur, an ſit danda, & danda pronun-
tietur. Magis igitur eſt, vt ipſa rea-

lis

lis bonorũ poſſeſſionis datio mandari poſſit, quod etiam probatur.

Secundo, quia, quæ competunt iure magiſtratus, haud dubiè mandari poſſunt *l. 1. in princ. ff. de off. eius*. Sed datio bonorum poſſeſſionis competit iure magiſtratus, *vt oſtendimus ſupra num. 53.* Poterit igitur demandari.

Neque huic ſententię aduerſantur contraria: nam ad Primum reſpõſio patet ex ijs, quæ diximus *in primo fundamento*, ſcilicet, quia verius eſt, locum illum eſſe accipiendum de datione bonorum poſſeſſionis, quę ius tribuit, non verò de ea, quę fit interim, *vt ibi latè demõſtrauimus*.

Ad Secundum verò reſpõdeo, Primo negando maiorem: nam verius eſt, etiam ea, quæ cauſæ cognitionem, & decretũ requirunt, mandari poſſe, ſi non aliqua lege, vel S. C. vel cõſtitutione principis nominatim tributa ſint, *vt oſtendimus in hoc cap. quæſt. 7. nu. 14.* Vnde, cũ datio bonorum poſſeſſionis non ſit aliqua lege, vel S. C. vel conſtitutione tributa, ſed veniat ex edicto prætoris, Conſequens eſt, vt mandari poſſit, tametſi cauſæ cognitionẽ, & decretũ requirat. Nec enim ijs aſſentiendum puto, qui cẽſent, eam tantum bonorum poſſeſſionis dationẽ mandari poſſe, quę de plano fit, non etiam eã, quæ cauſa pro tribunali cognita: *In qua ſententia fuerunt Dec. in d. §. vt poſſeſſio nu. 2. & ibi Maret.* quia verius eſt, ea, quæ deſcendunt ex prætorum edictis, vt deſcendit datio bonorum poſſeſſionis, poſſe demandari, tametſi cauſæ cognitionẽ requirant, *vti diximus in hoc cap. quæſt. 7. nu. 14. & dicemus in quæſt. 13.*

Secũdo reſpondeo, negando minorem: nec enim verum eſt, in dãda bonorũ poſſeſſione, quæ ius tribuit regulariter (etiã inſpecto iure vetere) neceſſariam eſſe cauſę cognitionẽ, aut decretum: quia bono
72 rum poſſeſſio † tripliciter effectu dari poteſt: vel enim datur de plano, vel pro tribunali, & cũ ſimplici cognitione cauſæ, vel etiam cũ decreto *l. 2. §. dies ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeru. & ſcribunt Rauard. cap. 8. Protrib. Coraſ. ad dict. §. vt poſſeſſio nu. 1.* Non igitur ſemper cũ decreto, aut cauſæ cognitione, vt *ſcribũt Dec. in d. §. vt poſſeſſio num. 2. & ibi Coraſ. num. 1. Egu. Baro lib. 1. varia. quæſt. fo. 28. &* indicant *in d. l. 3. §. ſi cauſa ff. de bon. poſſ.* illa verba, *ſi cau*
73 *ſa cognita bonorum poſſeſſio detur*, † quippe, quæ ſignificant, nõ ſemper dari cauſa cognita, *vti Dec. in d. §. vt poſſeſſio nu. 2. & ibi Coraſ. nu. 1. alijque plerique animaduerterunt.* De plano datur bonorũ poſſeſſio, quæ nullam continet, aut iuris, aut facti dubitationem, iuris, quia tam claris edicti verbis defertur, vt nulla ſubſit ambiguitas. facti verò, qa nullus adeſt, qui vocato moueat controuerſiam, ſitne filius, an agnatus, vel cognatus, vel vir, aut vxor.

Huiuſmodi regulariter ſunt omnes bonorum poſſeſſiones, quæ in edicto ſucceſſorio cõtinentur, ſiue ſint ordinariæ, ſiue extraordinariæ, vt eſt ſeptima, quæ, vt ex legibus, appellatur: nam in ijs regulariter nec iuris ſubeſt ambiguitas, nec facti controuerſia. Quamobrem de plano dantur *dict. l. 2. §. dies ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeru. & ſcribunt Coraſ. in d. §. vt poſſeſſio nu. 1. Maſſiu. in l. vlt. nu. 40. C. qui adm.* Cũ cauſæ verò cognitione, ſed ſine decreto datur bonorũ poſſeſſio, quæ continet aliquam, non iuris, ſed facti dubitationem, puta, quia dubitatur (non, an ſit danda bonorum poſſeſſio, ſi cõſtet eum, quo de agitur, eſſe filiũ, aut agnatum, aut cognatum,

propterea,quod edicti verba clara
sunt,sed) an sit filius, vel agnatus,
vel cognatus; Et in his duobus ca-
sibus bonorũ possessio, quæ datur,
74 dicitur edictalis, † quia ex claris
edicti verbis, & defertur, & agno-
scitur. Cum decreto demum datur
bonorum possessio,quę cõtinet ali-
quã iuris dubitationem, idest,quæ
non tã claris edicti verbis defertur,
quin aliqua subsit ambiguitas, verũ
scilicet, in illa specie prætoris edi-
ctum deferat bonorum possessionẽ,
quo casu necessarium est decretum
prætoris, scilicet, quia,quoties su-
best iuris ambiguitas, iusto decreto
res temperãda est l. in ambiguis 86.
§.quoties ff.de reg.iur. Et tunc, quæ
datur,bonorum possessio,non dici-
tur edictalis,sed decretalis,quia nõ
cõpetit ex verbis edicti, sed ex de-
75 creto prætoris,† vt in specie l.2. §.si
quis ex liberis ff.ad Tert.l.e.§.furio-
si ff.de success.ed.l.vn. §.nos itaq; C.
de cur furio. Lex duobus 14. §.filius
ff de bon.poss.contra tab.l.ventre 83.
ff.de acq.hered.l.Salutus Aristo.6.ff.
leg præst l. emancipato 4. ff. de con-
iung.cũ eman.lib.l. si libertus patro-
no 41. ff. de oper.lib.l.si infanti 17.
C.de Iur. delib. Quo fit, vt repu-
76 diari non possit † l.1.§.decretalis ff.
de success.ed. licet edictalis possit d.
77 l.1.§.quibus ff.eod.scilicet,quia,† si
repudietur ante, quam sit decreta,
cẽsetur repudiari eo tempore, quo
nondum competit, cum,nec cõpe-
tat ex edicto,cuius in illo casu ver-
ba cessant, nec ex decreto, quod
nondum est interpositum,ideoque
valere non debet,quia iuris, quod
nondum competit,repudiatio nul-
la est l.si ita scriptum 46.§.si sub con
ditione ff.de leg.2. Si verò repudie-
tur postea,quã est decreta, sera cen
setur repudiatio,tamquã facta post
acquisitionem,cum id,quod acqui
situm est, repudiari non possit d.§.
78 decretalis.Et ita post varias † Alcia.
in l.delata 151.nu.8.ff.de verb.sign.
Baldui.ad §.quos autem.& ad §.vlt.
num.2. & ibi Cuiac.in antiq. not. &
Hoto.Enũt.1.Inst.de bon.poss Duar.
ad tit.ff.de bon.poss.cap.5. Cuiac.ad
Lex duobus 14.ff.de bon.poss.contra-
tab.tract.4. ad Aphr. & ad l.Legatũ
7.ff.de leg.primo Donell.lib.7.comm.
cap.14. Ant.Guib.cap.11.quæst.iuris
num.6.& aliorum recentiorum opi
niones rem esse definiendam rectè
huiusce temporis professores arbi-
79 trantur † ex sentẽtia Egu. Baro lib.
6. Manual. tit.de bon. poss. Roncheg.
ad §. vlt. num. 62. Inst.de bon. poss.
Menoc.de adip.poss.rem.1. nu.14 &
& seqq. Andr.Fach.lib.5.contr.cap.
78. & Massin.in d.rub. C.qui adm.
nu.609.

Hinc intelligimus,superuacuum
esse quærere, nunquid hodie ius
præbẽdæ authoritatis in bonorum
possessionis agnitione, quæ veteris
dationis loco successit l. vlt. C. qui
adm.l.vlt.§.nos itaq; C.de curat. fu-
rio.§.vlt.Inst.de bon.poss.demanda-
ri possit, quia, si poterat olim,con-
sequens est, vt multo magis hodie
80 possit,† vt etiã fatẽtur gl.in d.l.1.in
verb.bonorũ possessionẽ, & ibi Ang.
num.6. vers. sequitur; Purp.nu.59.
Seb.Sap.nu.22. ff.de Iurisd. Purp.in
d.l.cognitio 4. §. vt possessio.num.4.
vers.sublimitatẽ,& num.5.ff.de off.
eius,Valas in d l.Imperiũ 3.nu.231.
vers.prædictũ,et vers.5.ff.de Iurisd.
cum, nec petitione sit (vt olim)
opus, nec datione, vt Constantini
lege cautum est d.l. vlt. C. qui adm.
dict.l.vlt. §.nos itaque C.de cur.fur.
d.§.vlt. Inst.de bon. poss. Et hæc de
datione bonorum possessionis.

SVMMARIVM.

An restitutio in integrum mandari possit.

Quæstio Decima.


ERTIO de in integrũ re-
stitutione videamus, an
sit mixti imperij, &, an
competat iure magistra-
tus, possitque mandari. Et quidem
1 esse mixti imperij † *tradunt gl. in l.
vlt. in verb. et veteribus, et ibi Bart.
num. 3. Ang num. 4. Castr. num. 2. C.
vbi, & apud quem, gl. in l. 1. in verb.
delegandum ff. de damn. inf. & in l.
ea quæ 26. in verb. restituere ff. ad
municip. Bart. in dict. l. Imperium 3.
num. 19. & ibi Ang. num. 9. Caccial.
num. 51. Dec. num. 55. Purp. nu. 312.
Valas. num. 230. vers. 3. & Duar. ff.
de Iurisd. Imol. in l. dies cautioni 4.
§. si intra num. 4. ff. de damn. inf.
Alex. in l. more 5. nu. 7. ff. de Iurisd.
Purp. in rub. ff. de off. eius, num. 10.
Iac. de Nigr. in l. 1. in princ. num.
32. ff. eodem Vaco. a Vacu. lib. 6. de-
clar. 81. num. 1. Io. Gill. lib. 2. de Iu-
risd. & Imp. cap. 12. Duar. lib. 1.
disp. annin. cap. 53. Coras. lib. 3. Mi-
scell. cap. 17. num. 17. Egu. Bar. ad l.
vlt. ff. de off. eius, Eduard. pro Egu.
fo. 31. Cuiac. ad l. 1. ff. de off. eius in
1. lib. quæst. Papin. & lib. 21. obser.
cap. 30. & rectè:* nam hoc ita cer-
2 tum est, vt inexcusabiles sint †

Alcia.in l. stipulationum 5.in princ.
num.17. ff. de verb.oblig. Longou.in
dict.l. Imperium num. 123. & 126.
in fin.& num.seqq.ff.de Iurisd. Ant.
Gon.ad l.1 num.20.ff.eodem,& alij,
qui putant esse simplicis iurisdi-
ctionis, vt ait Coras. d.lib.3. Misc.
cap.17.nu.18.

Primo quia in l.ea, quæ 26. ff.ad
municip. Paulus, Ea, inquit, quæ
magis imperij sunt, quam iurisdi-
ctionis, magistratus municipalis fa-
cere non potest. Deinde subijcit,
Magistratibus municipalibus nō per-
mittitur in integrū restituere, Qui-
bus verbis non obscurè significat,
in integrum restitutionē ideo a ma
gistratu municipali fieri non posse,
quia magis imperij est, quam iuris-
dictionis.

Secundo, quia, quę edicti execu-
tionem respiciunt, vtiq; sunt mix-
ti imperij, vt diximus in hoc cap.
quæst.8.nu.1. Sed in integrū resti-
tutio est huiusmodi, scilicet, quia
prætor in edicto promisit, se datu-
rum in integrum restitutionem l.1,
§. vlt. ff. quod fals. tut.l.3.§.1.ff.ex
quib.caus.ma.&, cum restituit, pro-
missionē exequitur. Est igitur mix-
ti imperij.

Idque procedit, non solū inspe-
cto iure vetere, sed etiā inspecto iu
3 re nouo, † vti rectè Bart.in d.l.vlt.
nu.3.& ibi Ang nu.4 C.vbi,et apud
quem, & alij tradiderūt, quia Iusti-
nianus non mutauit ius antiquū in
alio præter, quā in eo, quod consti-
tuit, mādata generali iurisdictione
in integrū restitutionem trāsferri
q olim non obtinebat d. l.vlt.vers.
fine hoc C.vbi. & apud quem, & nos
infra num. 26.latius ostendemus.

Hinc quæri solet, an cōpetat iure
magistratus, an verò specialiter tri
buatur. Et, quamquā plerique cen-
suerint, olim quidem non cōpetijs-
se iure magistratus, hodie verò cō-
4 petere, † vt gl.in d.l.vlt.in verb. &
veteribus, & ibi Castr. nu.2. C.vbi,
& apud quem, gl.in §. nulla in verb.
Iurisdictione, Auth.de defens.ciuit.
coll.3. & in l.ea, quæ 26.in verb.re-
stituere ff. ad municip. & videtur
etiam sensisse Cagn in d.l.Imperium
3.nu.289.vers.3.ff.de Iurisd. Quod
olim nō posset a magistratibus mu
nicipalibus expediri d.l.ea quæ 26.
§.1, ff.ad municip. hodie verò pos-
5 sit, † vt censuerunt gl. in d.l. vlt. in
verb.& veteribus, & ibi Castr.num.
2.C.vbi, & apud quem, gl.in d.l.ea,
quæ 26.§.1.in verb.restituere, & ibi
Bart.nu,2.ff.ad municip. Castr.in l.
iubere cauere 4. num.3.ff.de Iurisd.
Longo.in d.l.Imperium 3. num.128.
ff de Iurisd. Tamen alij frequētius
arbitrantur, ne quidē hodie compe
tere iure magistratus, cum sit mixti
6 imperij, † vti uidere est apud Bart,
in d.l.ult.nu,3.& ibi Ang.num.4. C.
ubi, & apud quē, Et ita vidētur sen-
sisse, qui simpliciter aiunt, restitutio-
nem in integrum non competere iure
magistratus, sed tribui specialiter, ut
Bart.in d.l.Imperium 3.num.19. &
ibi Caccial.n. 55.ff.de Iurisd.Muret,
in l.2.ff.de off.eius,

Sed est verius, quod alij tradide-
runt, non solū hodie competere iu-
re magistratus, sed etiam olim com
petijsse, exemplo aliarum rerum,
7 quæ sunt mixti imperij. † Ita enim
censuerunt, qui simpliciter aiunt
eam competere iure magistratus, ut
Alcia.lib.2.Parad.cap.1.nu.6.Vaco.
a Vacu. lib.6. decl. 81. nu.1. Duar,
ad tit. ff.de Iurisd. cap.3. Ant. Gon.
ad l.1. num.29. ff. eodem, & rectè:
Nam, cum descendat ex edicto
8 prætoris † l.1.l.2.ff.de in int. restit.
l. 1. ff.de minor. l.2. §. 1. ff. de cap.
min. consequens est, vt compe-
tat iure magistratus, secundum ea,
quæ diximus in hoc cap. quæst. 1.
num. 15. & quæst. 6. num. 5. Et in
his

bis terminis considerat Vaco. a Vacu. d. lib. 6. decl. 81. nu. 1.

Nec ex eo, quod competat, aut noo competat magistratibus municipalibus, rectè infertur, eam aut olim fuisse specialiter tributā, aut hodie competere iure magistratus, quia certū est, multa denegari municipalibus, quæ magistratibus populi Romani competunt iure magistratus, & contra multa tribui duumuiris, quæ noo, nisi specialiter lege, vel S. C. vel constitutione conceduntur, *vt ex ijs, quæ diximus in hoc cap. quæst. 1. nu. 6. & 7. facile est intelligere*. Itaque, licet olim magistratus municipales in integrum restituere oon possent, hodie verò (secundum eos) possint, non tamen sequitur, aliquod esse discrimen inter ius antiquum, & nouum respectu prætorum, aut præsidum, quorum edictis in integrum restitutiones introductæ sunt. Quamquam probabilius esse putem, *quod*
9 † *Vand lib. 1. quæst. iur. cap. 22. num. 1. & alij plerique tradiderunt*, ne
quide hodie posse magistratus municipales in integrum restituere, quia Iustinianus *in dict. l. vlt. C. vbi, & apud quem*, non solum in hac parte noo correxit ius antiquum, sed etiam nominatim ca-
10 uit, † vt *ijs tantum quos supra enumerauit* (inter quos non leguntur
duumuiri) *liceat de in integrum restitutione disceptare*. Nec est, quod aliquis causetur duumuiros contineri sub illis verbis, *apud iudicem, cui aliqua iurisdictio est*, & sub illis, *qui vel certæ administrationi, cui & iurisdictio adhæret, præpositi sūt*, vt veteres passim arbitrantur, quia verius est, illa verba de magistratibus populi Romani, noo etiam de duumuiris esse accipienda: nam Iustinianus, cum iudices appellat, eos intelligit, qui a populo, vel a principe creati sunt, non etiam eos, qui a municipijs, quippe, quos simpliciter vocat magistratus, & a iudici-
11 bus distinguit, † vti videre est *in §. præterea Inst. quib. mod. ius pot. solu.*
ibi, *ad cōpetentes iudices, vel magistratus parentes intrent*. Minus ex eo, quod restitutio in integrum potest indistinctè delegari, rectè infertur, posse eam etiam a magistratu municipali expediri, quia iubere caueri prætoria stipulatione, in possessionem mittere, & id genus alia, quæ magis imperij sunt, quàm iurisdictionis, indistinctè mandari possūt *l. cognitio 4. §. 1. ff. de off. eius, & latius ostendemus in 3. qq. seqq.* & tamen a magistratu municipali regulariter expediri nequeunt *l. ea quæ 26. ff. ad municip.* Denique ex eo, quod in integrum restitutio sit mixti imperij, non rectè infertur, tribui specialiter, quia verius est, mixtum imperium, & ea, quæ mixti imperij sunt, competere iure magistratus, *vti latissimè ostēdimus in hoc cap. quæst. 6. nu. 2.*

Superest, vt videamus, an in integrum restitutio mandari possit. Constat autem de hac re tres esse nostrorum Interpretum sentētias, Primam existimantium indistin-
12 ctè mandari non posse. † *Fuit hac opinio Muret. ad l. 2. ff. de off.*
eius; Quæ sententia probari videtur.

Primo, quia in integrum restitu-
13 tio tribunal exigit † *l. vlt. vers sancimus C. vbi, et apud quē, et scribunt*
Ant. Gou lib. 1. de Iurisd. nu. 36. Muret. ad dict. l. 2. ff. de off. eius. Ergo ab ijs tantum potest expediri, qui tribunal habent. Atqui legatus tribunal non habet, *vt dicemus in hoc cap. q. 22.* Non poterit igitur ab eo expediri.

Secūdo, quia vbicunq; causæ cognitio necessaria est, ibi prætor de-

ſideratur *l. vbicūq;* 106. *ff. de reg. iur.*
Sed in dāda reſtitutione in integrū
14 neceſſaria eſt cauſę cognitio † *l. omnes 3. ff. de in int. reſt. l. in cauſa 14. §. cauſa ff. de minor. & ſcribunt gl. in l. omnia 72. & ibi Cuiac. ff. de reg. iur. Bart. in dict. l. Imperium 3. num. 19. & ibi Caccialup. num. 55. Dec. num. 55. Purp. num. 312. Valaſ. num. 230. verſ. 3. ff. de Iuriſd. Bart. in d. l. necquicquam 9. §. vbi decretum num. 8. verſ in 2. & ibi Iaſ. nu. 82. ff. de off. proc. & leg. Iac. de Nigr. in l. cognitio 4. in princ. num. 5. ff. de off. eius, Vaco. a Vacu. lib. 6. declar. 81. num. 1.* Ergo in ea deſideratur prætor, & per cōſequentias non ſufficiet is, cui mādata eſt iuriſdictio, quippe, qui prętor non eſt, ſiue magiſtratus, *vt diximus in 5. cap. q. 3. num. 4.*

Tertio, quia, quæ ſpecialiter tribuuntur, non poſſunt demandari *l. 1. in prin. ff. de off. eius*, Sed poteſtas in integrum reſtituendi ſpecialiter tribuitur, *vt cenſent ij, quos retulimus ſupra nu. 4.* Non poterit igitur demandari.

Secunda fuit opinio exiſtimantium, olim quidem mandari non potuiſſe, niſi habenti iuriſdictionem, hodie verò indiſtinctè ex Iu-
15 ſtiniani con ſtitutione poſſe. † *Fuit hac opinio Azo. in ſum. C. de Iuriſd. omn. iud. num. 20. gl. in §. nulla, in verb. iuriſdictione, Auth. de defen. ciuit. coll. 3. gl. in d. l. vlt. in verb. & veteribus, in 2. opinione C. vbi, & apud quem.* Mouentur autem, quia ea tantum mandari poſſunt, quæ competūt omnibus magiſtratibus etiam municipalibus *d. l. 1. in prin. ff. de off. eius, ſecundum communē intellectum, quem retulimus in hoc cap. quaſt. 1. num. 1.* Sed in integrum reſtitutio nō competebat olim magiſtratibus municipalibus *dict. l. ea qua 26. §. 1. ff. ad municip.* hodie verò competit, *vt ex eorum ſententia retulimus ſupra nu. 5.* Non poterat igitur olim demandari, licet hodie poſſit.

Verum his non obſtantibus puto veriorem eſſe Tertiam ſententiam exiſtimantium, olim quidem mandari potuiſſe ſpecialiter, ſed non generaliter, & ſpecialiter non ſolum habenti iuriſdictionem, ſed etiam priuato; hodie verò manda-
16 ri poſſe etiam generaliter. † *Ita cēſuerunt gl. in d. l. vlt. in verb. & veteribus, in prima ſententia, & ibi Bart. num. 3. Caſtr. num. 2. C. vbi, & apud quem, gl. in l. ea qua 26. §. 1. in verb. reſtituere ff. ad municip. Alcia. in d. l. Imperium 3. num. 201. vbi teſtatur hanc eſſe communem, & ſequitur num. 203. & 204. & ibi Longo. num. 127. & 128. ff. de Iuriſd. Alcia. lib. 2. Parad. cap. 1. num. 6. & 7. Egu. Baro lib. 1. varia. quaſt. fo. 26. & ad l. vlt. ff. de off. eius, Eduar. pro Eguin. fo. 31. & 37.* Probatur enim *dict. l. vlt. C. vbi, & apud quem*, vbi Iuſtinianus de iudicibus, vel a ſe, vel ab ordinario delegatis loquēs, *liceat*, inquit, *de in integrum reſtitutione diſceptare, ſiue hoc ſpecialiter eis fuerit mandatum (quod & veteribus non fuerat incognitū) vel, ſi generaliter dati ſunt iudices:* Nā
17 illa verba, † *quod & veteribus non fuerat incognitum*, ſignificāt, etiam iure vetere potuiſſe in integrum reſtitutionem ſpecialiter demādari, ſed hoc Iuſtinianum adiecíſſe, vt mādata etiam generali iuriſdictione transferatur, quod olim nō obtinebat.

Nec eſt, quod reſpondeas, illa verba, non eſſe intelligenda de iure Digeſtorū, ſed de iure Codicis,
18 † *vt ſibi quandoque fuiſſe reſponſum ait Alcia. in d. l. Imperium num. 202.* quia verius eſt, Iuſtinianum, cum veterū, aut veteris iuris mētionem facit,

facit, ad prudentes, & id ius, quod
in Pandectis continetur, respicere
solere, *vei constat ex tit. C. de vete.
iur.enucl.* Quamobrem non imme-
19 rito supradicta responsio fuit † *ab
Alcia.in d.l.Imperium nu.* 202. im-
probata.

Minus est, quod respondeas, cō-
20 stitutionem illam † non esse acci-
piendam de reali in integrum re-
stitutione, sed tantum de cognitio-
ne, & examinatione causæ, quia le-
ges, & constitutiones sunt intelli-
gendæ secundum verba rubricæ,
sub qua positę sunt *l.Imperator* 19.
ff.*de in diem add.* & verba illius ru-
bricæ non nisi de cognitione cau-
sæ loquuntur, cum ita concipian-
tur, *Vbi, & apud quem cognitio in
integrum restitutionis agitanda sit.*
Imo de eadem tantum cognitio-
ne videtur loqui Iustinianus ini-
tio constitutionis, vt apparet ex il-
lis verbis, *examinari eas oportere*,
& ex illis, *huiusmodi causa cogni-
tionem proponi*, quia verius est, cō-
stitutionem illam esse accipiēdam
de reali in integrum restitutione,
quæ fit causa cognita, non solum,
quia cognitionis verbum in legi-
bus prolatum continet etiam pro-
nuntiationem, & executionem *l.
3. §. cognosci* ff. *de off. præf. vig. &
latius dicemus in hoc cap. quæst.* 22.
sed etiam, quia Iustinianus ibi per-
spicuè loquitur de ipsamet in in-
tegrum restitutione, vt *in specie
animaduertit Alcia.in dict. l. Impe-
rium num.* 203. *&* apparet ex il-
lis verbis, *vt videatur ipse, qui iu-
dicem destinauerit, ve pote pro tri-
bunali cognoscens in integrum dare
restitutionem.*

Neque huic sententię aduersan-
tur contraria, quia respondent no-
stri communiter fatendo, secun-
dum regulam nō potuisse in inte-
grum restitutionem delegari, tam-
quam eam, quæ est mixti imperij,
& causæ cognitionem requirit, sed
iure quodam speciali factum esse,
21 vt delegari possit. † *Ita simpliciter
scribunt gl. in l.omnia* 72. ff. *de reg.
iur. & in d.l.vlt. in verb. & veteri-
bus, & ibi Ang.num.* 4. *Castr.num.* 2.
*C.vbi, & apud quem, gl. in d.l. nec-
quicquam* 9. *§. vbi decretū, in verb.
decretum* ff. *de off.proc. & leg.Iac.de
Nig.in d.l.*2. *in princ.num.* 32. ff. *de
off.eius*, Idque fauore minorum es-
22 se receptum † *gl. in l.* 1. *in verb.de-
legandum, & ibi Ang.num.* 3. *Castr.
num.* 5. ff. *de damn.inf.gl.in l ea, quæ*
26. *§.*1. *in verb. restituere* ff. *ad mu-
nicip. Bart. in d.l.Imperium* 3. *num.*
19. ff. *de Iurisd. & in d.l.vlt. num.* 1.
& 3. *& ibi Ang. num.* 4. *C.vbi, &
apud quem, Bart. in l. dies cautioni*
4. *§. si intra num.*4. ff. *de damn.inf.
Ang.in l. iubere caueri* 4. *nu.*1. ff. *de
Iurisd.Iac.de Nigr.in l.*2. *num.*3. *&
in l.cognitio* 4. *in princ.num.*5. ff. *de
off.eius, & alij* plerique tradiderūt.
Quorum tamē opinio merito fuit
23 † *ab Imol.in d.l.*1. *nu.*5. *& ibi Alex.
num.*11. ff. *de damn.inf. Ias.in d.§.
vbi decretum num.* 82. *vbi testatur
hanc esse communem, Dec.in d.l. Im-
perium, nu.*56. *vers.*2. *& ibi Alcia.
num.*205. *Purp.num.*316. *Cagn.nu.*
289. *vers.*6. *Seb.Sap.num.*51. *Valas.
num.*230. *vers.*3. *Petr. Calef. num.*
207. ff. *de Iurisd. Dec.in d. l. omnia*
72. *num.*7. ff. *de reg.iur. & alijs* com
muniter improbata, quia certi iu-
ris est, id etiam in causa maiorum
habere locum, vti constat ex *dict.
l.vlt.C.vbi, & apud quē, in* illis ver-
bis, *siue eas minores vigintiquinque
annis petierint, siue maiores.* Quam-
obrem alij frequentius arbitrātur,
id esse receptum fauore ipsius re-
24 stitutionis, † *vti videre est apud
Imol.in d.l.*1. *num.*5. *& ibi Alex.nu.*
11. ff. *de damn.inf.Caccial. in dict.l.
Imperium* 3. *nu.*55. *& ibi Seb. Sap.*

nu.51. Purp.nu.316.Valas.nu.230.
vers.3. ff.*de Iurisd. Alex.in d.l.1.in*
*princ.num.31.*ff.*de off.eius,Purp.in*
*rub.*ff.*de off.eius,nu.10.*quo scilicet
ea facilius terminari possit, Idque
probant *ex d. l. vlt. C.vbi , & apud*
25 *quem,*vbi Iustinianus,† *Sic etenim,*
inquit, *non difficilis erit causarum*
examinatio: nam his verbis signifi-
care videtur,ideo se constituere,vt
etiam apud iudices delegatos cau-
sa in integrum restitutionis agitari
possit,quo facilius ea examinari,&
terminari valeat.

Verum hæc sententia non est
(meo iudicio) recipienda , quia
verius est , in integrum restitutio-
nem mandari posse, non aliqua spe
ciali ratione , nec fauore ipsius re-
stitutionis , sed iure communi , &
26 sui natura, † *vti rectè docuerũt Al-*
cia.d.lib.2. Parad.cap.1.nu.6.& in
*d.l.Imperiũ.3. nu.202.& 204.*ff.*de*
*Iurisd.Vaco.a Vacu.d.lib.6.decl.*81.
num.1.

Primo,quia,quæ competunt iu-
re magistratus, sui natura mandari
possunt *l. 1. in princ.* ff. *de off. eius.*
Sed in integrum restitutio,tamquã
ea,quæ descendit ex edicto præto-
ris,cõpetit iure magistratus,*vti di-*
ximus supra nu. 7. Potest igitur sui
natura demandari.

Secundo,quia,si fauoris esset ha-
benda ratio, nõ deberet causa pos-
se delegari: quia maior videtur es-
se causæ fauor , si a iudice maiore ,
27 quam , si a priuato terminetur † *l.*
nõ distinguemus 37.§.Iulianus vers.
de liberali ff. *de arbitr. & in his ter-*
minis considerat Paul. Oria. in d.l.
*1.in princ.num.85.*ff.*de off.eius, Al-*
cia. in dict.l. Imperium , num. 202.
& quo fauorabilior est causa,eo mi
28 nus est delegabilis † *l.2.C. de peda.*
Iudic. Quamobrem , & iure ve-
tere prætores in causis fauorabi-
libus non dabant iudices , vt in
aijs causis , sed ipsimet cognosce-
bant , & iudicabant , *vt diximus in*
3. cap. quæst. 2. num. 4. Atqui de-
legari potest *d. l.vlt. C. vbi, & apud*
quem. Non habetur ergo fauoris
ratio.

Tertio,quia,si in integrum resti-
tutio sui natura non esset delega-
bilis , non posset delegari , quam-
uis esset fauorabilis,quia fauor nõ
sufficit ad hoc, vt causa delegari
29 possit † *l.2.*ff.*de off.eius,& in his ter*
minis considerat Alcia.in d. l. Impe-
*rium,num.202.*Atqui delegari po-
test . Est igitur sui natura delega-
bilis .

Neque obstat, quod Iustinianus
*in d.l.vlt.C.vbi,et apud quem,*vide-
tur eam suæ constitutionis rationẽ
attulisse , vt facilius causa restitu-
tionis in integrum terminari pos-
30 sit, quia respondeo , † rationem il-
lam non considerari ad hoc,vt cau
sa mandari possit , quoniam , vti
diximus , id etiam ante Iustinia-
num obtinebat , sed considerari ad
hoc tantum , vt mandata genera-
li iurisdictione transferatur , quod
erat controuersum , *vt in specie de-*
*clarat Eduar. pro Egn. fo.3*1.Nam,
quia plus est,mandata generali iu-
risdictione transferri , quam spe-
cialiter mandari posse *l. cognitio 4.*
*in princ.*ff.*de off.eius,* & multa sunt,
quæ specialiter mandari possunt ,
nec tamen generali mandato trans
feruntur , *vt latius ostendemus in 9.*
cap. quæst. 1. Ideo , licet in inte-
grum restitutio specialiter manda-
ri posset , dubitabatur tamen an-
te Iustinianum , num etiam gene-
rali mandata iurisdictione trans-
ferretur , quam dubitationem su-
stulit Iustinianus *in dict. l. vlt.* &
constituit, vt etiam generali man-
dato transferatur , quo facilius
examinari , & terminari possit.
Non est igitur hæc ratio , cur pos-
sit

ſit mandari, ſed, cur generali mandata iuriſdictione transferatur.

Quamobrē videamus nos, quomodo ſint argumenta cõtraria diſſoluenda: Non obſtant igitur argumenta primæ ſententiæ, quia ad Primum reſpondeo, etiam ea, quæ tribunal exigunt, poſſe demandari, quia, licet is, cui mandatur iuriſdictio, proprium non habeat tribunal, vtitur tamen tribunali mandantis, *vti dicemus in hoc c. q. 22.*

Ad Secundum verò reſpondeo, Imo etiam ea, quæ cauſę cognitionem requirunt, mãdari poſſe, dũmodo non tribuantur ſpecialiter aliqua lege, vel S. C., vel conſtitutione, vt ex ijs, quæ diximus *in hoc c. q. 7. nu.* 14. facile eſt intelligere.

Ad Tertium deniq; reſpõdeo, negando, ius reſtituendi in integrũ tribui ſpecialiter, quia verius eſt, competere iure magiſtratus, *vti oſtendimus ſupra nu. 7.*

Ad argumentum verò ſecundæ ſententiæ reſpondeo, a poteſtate magiſtratuum municipalium ad poteſtatem delegandi, nec affirmatiuè, nec negatiuè argumentũ poſſe deduci, non affirmatiuè, quia non ſequitur: Magiſtratus municipalis hoc facere poteſt, Ergo poteſt delegari, cum ſint multa, quæ magiſtratibus municipalibus nominatim tributa ſunt, & tamen delegari non poſſunt, vt datio tutoris *ſecundum ea, quæ diximus in hoc c. q. 3. n. 101.* & legis actio, *de qua diximus in hoc ipſo c. q. 4. nu.* 31. Nec negatiuè, quia non ſequitur. Hoc magiſtratus municipalis facere nõ
31 poteſt, Ergo delegari nequit, † *vt ſcribunt Paul. Oria. in d. l. 1. in prin. nu. 85. ff. de off. eius, Alcia. in d. l. Imperium 3. nu. 203. & 222. & ibi Lõgon. nu.* 148. *Seb. Sab. num. 52. Petr. Calaſ. nu. 207. & Egu. Baro ff. de Iuriſd. Alcia. d. lib. 2. Parad. c. 1. nu. 6. Vaco. a Vacu. lib. 6. declar. 80. nu. 2. & 3. Egu. Baro lib. 1. varia q fo. 28.* Nam magiſtratus municipalis non poteſt facere ea, quæ ſunt magis imperij, quam iuriſdictionis *l. ea, quæ 26. ff. ad municip.* & tamen ea mandari poſſunt *l. cognitio 4. §. vt poſſeſſio ff. de off. eius. & ex ijs, quæ diximus in q præced. & latius dicemus & 3. qq. ſeqq. clarius apparebit.* Et in propoſito duũuiri, nec olim poterant in integrum reſtituere, nec hodie poſſunt, *ſecundum veriorem ſententiam, quam ſecuti ſumus nu. 9.* & tamen in integrum reſtitutio, & olim mandari poterat, & hodie poteſt *d. l. vlt. C. vbi & apud quem.* Et hæc de in integrum reſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Stipulationes prætoriæ quæ dicãtur, & quæ iudiciales, & nu. 2. 3. & 4.*
5 *Stipulationum prætoriarum ſpecies, quæ.*
6 *Stipulatio iudicialis quotupliciter dicatur.*
7 *Stipulationes prætoriæ, & iudiciales qualiter hodie diſtinguantur.*
8 *Iubere caueri prætoria ſtipulatione eſt mixti imperij.*
9 *Imperij magis eſſe, quam iuriſdictionis qualiter quid dicatur, & num. ſeqq. vſq; ad nu. 14.*
14 *Stipulationes prætoriæ aliquando ſunt mixti imperij, aliquando non, & idẽ dicitur de iudicialibus, Sed contra nu. 15.*
16 *Stipulationes iudiciales nec ſunt imperij, nec iuriſdictionis.*
17 *Iubere caueri prætoria ſtipulatione ſpecialiter tribuitur, ſed contra numero 18.*
19 *Delegari non poteſt cautio prætoria, Sed contra nu. 21.*
20 *Delegari, vt poſſit cautio damni infecti eſt ſpeciale, Sed contra nu. 24.*

22 *De-*

22 *Declaratur l. 1. ff. de dam.inf.*
23 *Delegatio, qua fit edicto, differt ab ea, qua fit ab homine.*

An iubere caueri prætoria stipulatione mandari possit.

Quæstio Vndecima.



Varto sequitur, vt videamus, an iubere caueri prętoria stipulatione sit mixti imperij, &, an competat iure magistratus, possitq; mandari. Prætoriam autem stipulationem appellamus eam, quæ profici-
1 scitur a mero pretoris officio † *l. stipulationum 5. in prin. vers. prætoria ff. de verb. oblig. §. prætoria Inst. de diuis. stip.* id est, quę interponitur ex
2 iussu prætoris † *l. 1. §. quod si sit l. si præses 10. ff. de præto. stipul. l. 2. §. sed etsi dubitetur ff. de Iudic. l. prætor ait 7. in prin. ff. de damn. inf. l. bonorum. 8. ff. de cur. furio.* nam, quæ ex iussu iudicis, dicitur iudicialis, quia a mero iudicis officio profici
3 scitur † *d. l. stipulationum 5. in prin. ff. de verb. oblig. d. tit. Inst. de diuis. stipul. in prin.* Ex quo intelligimus officium in hac stipulationum materia significare iussum. Quod non obscurè significat Pomponius *in d. l. stipulationum. 5. in prin. vers. cōmunes ff. de verb. oblig. et ex eius sententia Iustinianus in §. communes Inst. de diu. stipul.* dum, *Communes sunt stipulationes*, inquit, *veluti, rē saluam fore pupillo: nam, & prætor iubet, rem saluam fore pupillo caueri, & interdum iudex, si aliter expediri hae res non potest*, & apertius Iustinianus *in §. cōuentionales Inst. de diuis. stip.* dum loquens de conuentionalibus stipulationibus, quę a prætorijs, & iudicialibus distinguntur, *Conuentionales sunt*, inquit, *quæ ex conuentione vtriusq; partis concipiuntur, hoc est, neq; iussu iudicis, neq; iussu prætoris*: nam his verbis ostendit, prætorias stipulationes dici, quæ concipiuntur iussu prętoris, iudiciales verò, quæ iussu iudicis, id est, prętorias dici, cū prętor iubet caueri iudiciales verò, cū
4 iubet iudex, † *vt eleganter explicāt Alcia. ad d. l. stipulationū. 5. in prin. nu. 7. 8. & 24 & ibi Duar. Cuiac. & Donell. nu. 4. ff. de verb. oblig. Alcia. lib. 1. Parad. c. 1. Duar. ad l. iubere caueri 4. ff. de Iurisd. Ant. Gouea. lib. 1. varia. lectio. c. 31.* Et sanè, cum in ordinatijs iudicijs moris esset, vt prætores non iudicarent, sed darent iudices, *vt diximus in 1. c. q. 3. nu. 22.* & ea ratione distinguerentur prætores a iudicibus, *vt ostendimus in eod. 1. c. q. 4. nu. 14.* quod illi magistratus essent, hi verò priuati, *vt diximus ibi nu. 1.* Illi iusdicerent, hi verò iudicarent, *vt retulimus ibi n. 17.* Inde factum est, vt stipulationes, quæ non ex conuentione partium, sed ex iussu superioris concipiuntur, interdum prætoriæ, interdum iudiciales vocarentur: nā, quæ prætoris iussu præstabantur, illæ prętorię nuncupatæ sunt, quæ verò iussu iudicis, iudiciales, *vti supra diximus.*

Porrò stipulationum prętoriarū tres videntur esse species, cautio-
5 nales, iudiciales, communes † *l. 1. in prin. ff. de præto. stipul. de quibus late Cuiac. ad l. stipulationum 5. in prin. & ibi Donell. nu. 4. ff. de verb. oblig. Ant. Fab. lib. 3. coniect. cap. 1.* Cautionales stricta quidem ratione, & sui natura dici possunt omnes stipulationes, quoniam hoc agitur in omnibus, vt quis cautior sit, & securior interposita stipulatione *d. l. 1. §. & sciendum ff. de præto. stip.* Sed in proposita diuisione cautionales dicuntur illæ, quæ instar actionis habent, id est, quæ non in-

interponũtur propter futurum iudicium, sed, vt sit noua actio, vt de legato stipulationes, & de tutela, & ratam rem haberi, & damni infecti *d.l.1.§. cautionales ff. de prato. stip.* Quamobrẽ, & actionis verbo continentur *l. actionis 36. vers. stipulationes ff. de oblig. & act.* Iudiciales verò dicimus eas, quæ propter futurum iudicium interponuntur, vt ratum fiat, veluti iudicatum solui, & ex operis noui nuntiatione *d. l. 1. §. iudiciales ff. de prato. stip.* Communes demum, quæ propter vtrũque fiunt, vt stipulationes, quæ fiũt iudicio sistendi causa *d. l. 1. §. communes ff. de prato. stip.*

Hinc intelligimus, iudicialem, vel communnem stipulationem du-
6 pliciter considerari posse, † vel a iussu, vel a fine: nam, quæ præstatur iussu iudicis, non prætoris, dicitur iudicialis a iussu, & opponitur prętoriæ, quemadmodum, & communis, quæ, quandoque præstatur iussu prætoris, quandoque iussu iudicis *d. l. stipulationum 5. in prin. vers. communes ff. de verb. oblig. §. communes Inst. de diuis. stip.* Quæ verò iussu prætoris interponitur, si futurum respiciat iudicium, dicitur iudicialis a fine, seu finali causa, vt communis, si præstetur, & propter futurum iudicium, &, vt sit noua actio *dict. l. 1. §. 1. ff. de prato. stip.* Itaque stipulatio, quæ a fine iudicialis est, aut communis, verè prætoria est a iussu. Quamobrem inter eius species numeratur *in d. l. 1. in princ. ff. de prato. stip.* cũ alioquin illa, quæ iudicialis est a iussu, aut communis, nõ sit species prætoriæ, sed ab ea distincta, & separata *dict. l. stipulationum 5. in prin. ff. de verb. oblig.*

Planè in extraordinarijs iudicijs, quibus vtimur, quia magistratus idem, & prætoris, & iudicis officio fungitur, difficilior videtur harum stipulationum distinctio.
7 Sed est verius, † adbuc hodie dici prætorias eas, quę olim erant, prætoriæ, idest, quæ interponebantur coram prætore ex eius iussu, eas verò, quæ olim erant iudiciales, idest, quæ, præstabantur coram iudice ex ipsius iussu, adhuc hodie esse iudiciales, quia, licet persona sit eadem, munera tamen sunt diuersa, & prætor, cum iubet caueri iudiciali stipulatione, non fungitur vice prætoris, sed vice iudicis. Itaque prætoriæ sunt hodie, quæcunque sine litis contestatione, vel ante litis contestationem præstantur; nam sine litis contestatione prę̃stãtur illæ, quæ cautionales vocantur, nec futurum respiciunt iudicium, vt, damni infecti, legatorum nomine, & id genus alię, quę instar actionis habent, Ante litis verò contestationem præstantur illæ, quæ respiciunt futurum iudicium, vt de rato, de operis noui nuntiatione, & si quæ sunt aliæ similes. At, quæ post litis contestationem præstantur, vt, de dolo cautio, & cæteræ id genus, sunt iudiciales, quia interponuntur in iudicio, quod a litis incipit contestatione, *vt diximus in primo cap quæst. 3. num. 34.* & olim non coram prætore, sed coram iudice ꝓstabantur. *Ita elegãter explicat Don. in d. l. stipulationum 5. in princ. nu. 6. ff. de verb. olig.* His ita præfatis.

Videamus primo, an iubere caueri prætoria stipulatione sit mixti imperij. Et hoc rectè fatentur om-
8 nes, † *vt gl. in l. iubere caueri 4. & ibi, Bart. in princ. Ang. in prin. vers. in gl. 1. Castr. num. 1. Alex. in princ, & num. 16. Ias. in princ. & num. 13. & 14. Dec. num. 1. Purp. num. 11. Duar. & Egn. Baro ff. de Iurisd. gl. in l. 1. in verb. delegandum, & ibi Imol. num.*

de damn. inf. Bart. in l. dies cautioni 4. §. si intra num. 3. & ibi Castr. nu. 4. Alex. num. 3. ff. eod. Imol. in dict. l. dies cautioni 4. §. duas nu. 4. vers. in ead. gl. Ang. in l. Imperium 3. num. 9. & ibi Longou. num. 115. & Duar. ff. de Iurisd. Alcia. in d. l. stipulationum 5. in princ. num. 7. 20. & 24. ff. de verb. oblig. Nico. Bello. lib. 3. Suppu. cap. 5. nu. 3. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 7. Coras. lib. 3. Miscell. cap. 17. num. 17. Egu. Baro ad l. vlt. ff. de off. eius, Cuiac. ad l. 1. ff. eod. in 1. lib. quaest. Papin. & ad l. cum praetor 12. ff. de Iudic. & lib. 21. obser. cap. 30. quia hoc est, quod significat Vlpianus *in l. iubere 4. ff. de Iurisd.* dum, *Iubere caueri praetoria stipulatione; inquit, imperij magis est, quam iurisdictionis:* nam eorum verborum
9 sensus est, † praetorem, cum iubet caueri, magis id facere propter vim imperij, quam propter vim iurisdictionis, scilicet, quia, qui iubet, non dicit ius simpliciter, sed imperat *l. quod iussit 14. ff. de re iud.* ideoque censetur facere id, quod est magis imperij, quam iurisdictionis, magis, inquam, compara-
10 tiuè non electiuè, † *vt rectè docuerunt gl. in d. l. iubere, & ibi Bart. in princ. Ang. in princ. vers. sequitur in gl. Ias. num. 15. Dec. num. 6. Purp. nu. 10. & Coras. nu. 4. Nic. Bell. d. lib. 3. Supp. cap. 5. nu. 4. Cuiac. ad l. cum praetor 12. ff. de Iudic.* quoniã huiusmodi imperio inest etiã iurisdictio *l. prima ff. de damn. inf.* sed maior elucet vis imperij, quam iurisdi-
11 ctionis, † *vt eleganter explicant Coras. ad dict. l. iubere 4. num 4. ff. de Iurisd. & Cuiac. ad dict. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. quaest. Papin.* Itaque effectu paria sunt dicere, quid esse magis imperij, quam iurisdictio-
12 nis, vel esse imperij mixti, † *Ita gl. in l. ea, quae 26. in verb. iurisdictionis ff. ad municip. Alex. in d. l. iubere, in prin. & ibi Duar. & Egu. Baro. Longouall. in l. Imperium 3. nu. 71. ff. de Iurisd. Coras. d. lib. 3. Misc. cap. 17. num. 17.*

Hinc intelligimus, malè censuisse veteres, ea dici magis imperij, quam iurisdictionis, quae plus participant de imperio mero, quam de
13 simplici Iurisdictione, † *vti videre est apud gl. in dict. l. iubere 4. & ibi Bart. in princ. Ang. in princ. vers. sequitur in gl. Ias. num. 17. Dec. nu. 6. Purp. num. 10. ff. de Iurisd. gl. in d. l. dies cautioni 4 §. duas, in verb. cautionem ff. de damn. inf. Alex. in l. 1. in princ. num. 32. vers. secundum, & ibi Paul Oria. num. 36. ff. de off. eius.* quia verius est, Imo ea dici, quae plus participant de imperio simpliciter, quam de iurisdictione, *secundũ ea, quae diximus in hoc cap. quaest. 6. num. 21.*

Planè de illo dubitari solet, an, quod diximus, iubere caueri praetoria stipulatione esse mixti imperij, procedat etiam in stipulatione iudiciali; Et Interpretes quidem antiquiores communiter censuerunt, multum referre, vtrum iudicialis expediatur principaliter, & iudicis officio nobili (quod aiunt interdum fieri posse) an verò incidenter, & officio mercenario: nam, si nobili, censent, & ipsam esse mixti imperij. Coeterum, si mercenario, magis esse putant, vt sit simplicis iurisdictionis: In quo nihil aiunt esse discriminis inter praetorias, & iudiciales stipulationes: quia, & praetoriae ita demum sunt mixti imperij, si principaliter, & officio nobili, vt cautionales, non etiam, si incidenter, & officio mercenario, vt iudiciales, expediãtur.
14 † *Ita explicant Bart. in l. iubere 4. num. 5. & ibi Castr. num. 3. Alex. in princ. Ias. num. 3. Dec. num. 1. Purp. num. 6. Seb. Sap. num. 4. ff. de Iurisd.*

Aug.

Ang. in d. l. stipulationum 5. in prin. nu. 2. & ibi Castr. nu. 2. Alex. nu. 10. & 12. ff. de verb. oblig.

Verum hæc opinio, vt veris iurisdictionũ principijs, refragatur,
15 ita, & merito fuit † a *Duar. ad d. l. iubere 4. & alijs plerisq;* recentioribus improbata, quia, si non omnis prætoria est mixti imperij, cur Vlpianus scripsit absolutè, iubere caueri pretoria stipulatione magis esse imperij, quam iurisdictionis? Et, si, quod dicitur de pretoria, locum etiam habet in iudiciali, cur de sola pretoria locutus est? Nonne satis fuisset dicere, iubere caueri magis esse imperij, quam iurisdictionis? Deinde verò, cum iudicialis dicatur stipulatio, quę prestatur iussu iudicis, non pretoris, *vt ostendimus supra nu. 3. & 4.* Et iudex non solum non habeat imperium, sed ne iurisdictionẽ quidem *l. ait praetor 5. in prin. ff. de re iud. & nos latius dicemus in 9. c. q. 2.* qui fieri potest, vt iubere caueri stipulatione iudiciali effeatur esse, aut imperij,
16 aut iurisdictionis? † *Vt eleganter animaduerterunt Duar. in d. l. iubere. 4. & ibi Coras. nu. 1. & Ant. Gou. nu. 24. ff. de Iurisd.*

Nec est contrarium, quod sit iussus, quia nõ omnis iussus est imperium, sed is tantum, qui fit ab eo, qui imperium habet, *vt latius ostẽdemus in hoc c. q. 23.* Itaq; iussus pretoris] imperium est, *l. quod iussit 14. ff. de re ind.* quia prætor imperium habet *l. 2. ff. de in ius voc.* Iussus verò iudicis non est imperium, quia iudex, nec habet imperium, nec iurisdictionem, *vt supra dictum est.*

Magis igitur est, vt iubere caueri prætoria stipulatione sit mixti imperij, siue stipulatio sit cautionalis, siue iudicialis, siue communis, quia expeditur ab eo, qui imperiũ habet. At iubere caueri iudiciali stipulatione non sit mixti imperij, imo, nec simplicis iurisdictionis, quia expeditur ab eo, qui nec imperium, nec iurisdictionem habet.

Nec obstat, quod etiam pretoria possit ex officio mercenario proficisci, & contra iudicialis ex officio nobili, quia respondeo, stipulationes non a nobili, vel mercenario officio distingui, sed ab officio pretoris, & iudicis *d. l. stipulationum. 5. in prin. ff. de verb. oblig. d. tit. Inst. de diuis. stipul.* ideoq; semper illas esse imperij, has verò nunquam, quia pretoris officium, siue principaliter expediatur, siue ad finem iudicij subsequentis (dummodo non expediatur lege, vel simili iuris cõstitutione) semper est imperij, quia pretor imperium habet, & vtitur imperio, cum iubet, aut coercet. At iudicis officiũ nunquam potest esse imperij, quia iudex imperium nõ habet, Imo, nec iurisdictionem sed solam notionẽ.

Sanè in extraordinarijs iudicijs, in quibus iudiciales stipulationes non minus, quam pretorię interponuntur iussu magistratus, verius crediderim, eas esse iurisdictionis, quia, licet, magistratus fungatur partibus antiqui iudicis, eo tamen ipso, quod extra ordinem cognoscit, ius etiam dicit, *vt diximus in 1. c. q. 6. nu. 3.* Quo fit, vt, quicquid olim in persona iudicis erat simplicis notionis, hodie in persona magistratus fit iurisdictionis.

Secundo videamus, an potestas iubendi caueri prætoria stipulatione competat iure magistratus, an verò specialiter fuerit tributa. Et, quamquam veteres frequentius arbitrati sint, eam non competere iu-
17 re magistratus, † *vti videre est apud gl. in d. l. dies cautioni 4. §. si intra in verb. cautionem, & ibi Castr. nu. 4.*

4.ff.de damn.inf. Castr.in l.1. nu.5. ff. eo. & alios passim, qui mouentur eo,quod non competat magistratibus municipalibus,quippe; qui facere non possunt ea,quæ magis imperij sunt,quam iurisdictionis *l. ea 26.ff.ad municip*.cuiusmodi est iubere caueri pretoria stipulatione *d.l.iubere 4.ff.de Iurisd.*

Verius tamen est,non tribui specialiter, sed iure magistratus com-
18 petere, † *vt rectè docuerunt Egu. Baro.lib.1.var. q.fo.41. Ant. Gou. lib. 1. de Iurisd. nu.29. Cuiac. ad l. vbicunq; 106.ff.de reg. iur.in 1.lib. Paul.ad edict.* scilicet,quia non fuit prætoribus, aut præsidibus prouinciarum nominatim aliqua lege, vel S. C., vel principum constitutione tributa, sed descendit ex edicto pretoris *l.prætor ait 7. in prin.ff. de damn.inf.l.1.in prin.ff. vt leg. nom. cau.*& ex eius iurisdictione *d.l. stipulationũ.5.in prin. vers.prætorias ff.de verb.oblig.§. prætorias Inst.de diu.stipul.* Quo fit,vt censeatur cõpetere iure magistratus, *secundum ea, quæ diximus in hoc c.q.1.nu.15. & q.6.nu.5.*

Nec est contrarium,quod a magistratu municipali non possit expediri, quia ex ijs, quę sępè diximus, *vt in d.q.1.nu.6.& d.q.6.nu. 7.vers.Neq;, & in omnibus ferè qq. præced.* facilè est intelligere,non sequi, Non competit magistratibus municipalibus, Ergo non competit iure magistratus: Nam multa sunt, quæ magistratus populi Romani facere possunt iure suo, & tamen magistratibus municipalibus non permittuntur, *vt diximus in ead.q.1.nu.6.*

Tertio,& vltimo videamus, an iubere caueri prętoria stipulatione mandari possit. Et veteres quidẽ frequentius arbitrati sunt non pos-
19 se,† *vt gl.in d.l.iubere 4.& ibi Aug. in prin.vers.sequitur in glo.Ias.nu. 13.ff.de Iurisd.gl.in d.l.dies cautioni 4.§.si intra,in verb.cautionem ff. de damn.inf. Ang. in l. cognitio 4.§. vt possessio ff.de off. eius,Io.Gill. lib. 2.de Iurisd.& Imp.c.13.nu.5.et est de mente eorum, quos referemus infra nu. 20.* Moti sunt autem

Primo,quia, quę sunt mixti imperij non possunt delegari, *vt est apud eos in confesso,sicuti retulimus in hoc c.q.6.nu.8.* Sed iubere caueri prætoria stipulatione est mixti imperij *d. l. iubere 4. ff. de Iurisd.* Non poterit igitur delegari.

Secundo,quia,quę expediuntur officio iudicis nobili, non possunt delegari, *vt ex eorum sententia retulimus in hoc c.q.6. nu.12. vers. 3.* Sed cautio prętoria est huiusmodi *d.l.stipulationũ 5.in prin. vers.prætoria ff.de verb.oblig.* Ergo non poterit delegari.

Tertio,quia,quæ a solo prętore fieri possunt, vtiq; delegati nequeunt *l.vbicunque 106. ff. de reg.iur.* Sed stipulatio prætoria non potest fieri,nisi iubente prætore, *vt diximus supra nu.2.& 4.* Quamobrem, & prętoria nuncupatur, *vt in his terminis considerat Io. Gill. d.lib.2. de Iurisd. c. 13. nu.7.* Non poterit igitur delegari.

Quarto moti sunt *l.1. ff. de dãn. inf.* vbi Vlpianus, *Cum res damni infecti celeritatẽ desiderat,* inquit, *& periculosa dilatio prætori uidetur si ex hac causa sibi iurisdictionem reseruaret,ideo magistratibus municipalibus delegandum hoc rectè putauit:* nam ex his verbis ita argumẽtantur; Ius singulare in vno denotat ius commune in contrarium *l. cũ hæredes 23.§.1.ff.de acq.poss.l.1. in prin.vers.huius ff.de off.eius,* Sed singulare est in cautione damni infecti,vt delegari possit,cum res celeritatem desiderat, & periculosa

est

20 est dilatio † *d.l.1.ff.de damn.inf. & ibi tradunt gl. in verb. delegandum, Ang.nu.3.Bart.in l dies cautioni.4. §.si intra nu.1. & ibi Imol.num.4. vers.in ead.gl.Castr.n.5. ff eo. Bart. in d.l.iubere 4.in prin.vers.3.opp.et ibi Alex.nu.11. Ias.nu.19. vers. in 4.de Iurisd.* Ergo in alijs cautionibus contrarium erit de iure communi seruandum.

His tamen non mouentibus veriorem esse puto sententiam existi-
21 mantium mandari posse. † *Quæ fuit sententia Duar.ad tit. ff.de Iurisd.c.7.Egu.Bar.lib.1. varia.q.fo. 39. & ad l. vlt. ff. de off. eius Ant. Gou.lib.1.de Iurisd.nu.27.* Probatur autem

Primo,quia, quæ competunt iure magistratus, mādari possunt *l.1. in prin. ff.de off eius,* Sed iubere caueri prætoria stipulatione competit iure magistratus, *vt ostendimus supra nu.18.* Poterit igitur demandari.

Secundo,quia,quæcunq; veniūt ex edicto prætoris,mandari posſūt *l.vlt.C.vbi, & apud quem, l cognitio 4. §. vt possessio ff. de off. eius,* Sed iubere caueri prętoria stipulatione venit ex edicto prætoris, *vt diximus supra nu. 18.* Poterit igitur demandari.

Tertio, quia, si mandari potest, vt iubeatur possideri etiam ex causa damni infecti *d.l.cognitio 4. §.vt possessio ff.de off.eius, & latius ostendemus in hoc c.q.13.nu.9.* quod magistratibus municipalibus prætor non duxit delegādum *d l.dies cautioni.4.§.si fortè §. duas ff.de damn.inf.* quanto magis poterit mandari sola cautio, quàm prætor etiā magistratibus municipalibus delegandam putauit? *d.l.1. d.l.dies cautioni 4.§.duas ff.de damn.inf.*

Neq; huic sententiæ aduersantur contraria: nam ad Primum respondeo, negando maiorem, quia verius est,ea, quæ sunt mixti imperij,posse delegari, *vt ostendimus in hoc c.q.6.nu.15.*

Ad Secundum verò respondeo id procedere,si, quæ prætoris, vel alterius iusdicentis officio, siue, vt nostri loquuntur, officio iudicis nobili expediuntur, nominatim tributa sint aliqua lege, vel S. C., vel constitutione, vt euenit in cognitione, quæ est necessaria, quoties transactio fit super alimentis futuris *l.cum hi.8.§.sed nec mandare ff.de transf.* vel, quoties prædia minorum distrahenda sunt *l.2.§.1. ff.de off.eius.secundum ea,quæ diximus in hoc c.q.5.nu.7.& seqq.* Cœterum,si descendant ex edicto prætoris,magis est, vt mādari possint, *vti constat ex l.cognitio 4. §. vt possessio ff.de off.eius,*l.*vlt.C.vbi, & apud quem,& ex ijs, quæ diximus in hoc c.q.7.9.& 10. facile, est intelligere.*

Ad Tertium respondeo, etiam ea,quæ prætorem requirunt, posse delegari, si competant iure magistratus, siue descendant ex edicto prætoris: nam prætor exigitur ad exclusionem magistratuum municipalium, non verò ad exclusionē eius, cui mandata est a prætore iurisdictio, *vt diximus in hoc ipso c.q.7.nu.16.* quippe,qui prætoris,siue magistratus appellatione plerunq; continetur *l. eum, qui 13. ff. de Iurisd.l. aliud 131.§. vlt. ff. de verb. sign & diximus in 1.c. q. 3. nu. 22. & in hoc c.q.7.nu.15.& dicemus in q.16.& q.22.*

Ad Quartum deniq; respōdeo, negando esse singulare in cautione damni infecti, vt delegari possit, quia verius est, id habere locum in omni stipulatione prætoria. Nec obstat *l.1.ff.de damn. inf.* quia res-
22 pondeo Vlpianum ibi † non loqui de

de mandato magiſtratus, ſiue, de
delegatione, quæ fiat ab homine,
ſed de ea, quæ fit ab edicto: nã præ-
tor edicto cauit, vt ſi res damni in-
fecti celeritatem deſideret, & peri-
culoſa dilatio videatur, magiſtra-
tus municipales nõ expectato mã-
dato prędidis caueri iubeant, &, niſi
caueatur, in poſſeſſionem mittant
d. l. dies cautioni 4. §. *duas* ff. *de dãn.*
inf. quod ſingulare eſt in cauſa dã-
ni infecti, ſcilicet, quia regulariter
non poſſunt magiſtratus municipa
les facere ea, quæ ſunt magis impe
rij, quã iuriſdictionis *l. ea, quæ* 26.
ff. *ad municip.* vt eſt iubere caueri
prætoria ſtipulatione, & in poſſeſ-
ſionem mittere *d. l. iubere* 4. ff. *de Iu*
risd. Sed hæc ſingularitas conſide-
ratur in delegatione facta in edicto
non verò in ea, quæ fit ab homine,
33 quæq; multũ ab illa diſtat, † *vt ele-*
ganter Ant. Gou. ad l. ſolet. 16. *nu.* 4.
ff. *de Iurisd. & alij tradiderunt*: Nã,
quæ fit edicto, in perpetuum fit,
quæ verò ab homine, fit ad tẽpus.
Illa fit inuito, hæc verò volenti.
Quamobrem illa dicitur iniũctio,
hæc verò mandatum. Fateor igitur
eſſe ſingulare in cauſa damni infe-
cti, vt iuriſdictio ſit edicto præto-
ris delegata magiſtratibus munici-
34 palibus in perpetuum, † *vt etiam*
fatetur Coraſ. in d. l. iubere 4. *nu.* 2.
& 6. ff. *de Iuriſd.* Sed nego, ex hoc
ſequi, prætorem non poſſe in alijs
cautionum, aut miſſionum caſibus
iuriſdictionem ſuam mandare, nõ
ſolum magiſtratui municipali, ſed
etiam priuato. *Ita eleganter expli-*
cat Egu. Baro. lib. 1. *varia.* q. *fo.* 39.

SVMMARIVM.

1 *Miſſio in poſſeſſionem quot modis fie-ri poſſit.*

2 *Miſſio in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti fit eius tantum rei, qua de agitur.*

3 *Iubere poſſideri refertur ad ſecundum decretum. & num.* 13. *Fallit nu.* 14.

4 *Miſſio in poſſeſſionem omnium bonorum quibus ex cauſis fiat, & nu.* 5. 6. *&* 7.

8 *Miſſio in poſſeſſionem non transfert poſſeſſionem, ſed cuſtodiam.*

9 *Miſſus in poſſeſſionem tenet, non poſſidet.*

10 *Miſſione in poſſeſſionem facta non expellitur dominus de poſſeſſione.*

11 *Dominus expellitur, ſi ſecundo decreto iubeatur aduerſarius poſſidere.*

12 *Poſſidere inſolidum duo non poſſunt.*

15 *Miſſio in poſſeſſionem eſt mixti imperij.*

16 *Miſſio in poſſeſſionem ſpecialiter tribuitur, Sed contra nu.* 17.

18 *Miſſio in poſſeſſionem deſcendit ex edicto prætoris.*

19 *Miſſio in poſſeſſionem poteſt delegari, quoad cognitionem, & pronuntiationem, ſed non, quo ad realem miſſionem, & cur nu.* 20. 21. *&* 22. *Sed contra nu.* 26.

23 *Miſſio in poſſeſſionem poteſt committi nuntio.*

24 *Delegari, vt poſſit miſſio in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti, eſt ſpeciale, Sed contra nu.* 33.

25 *Delegatus non poteſt mittere in poſſeſſionem, Declara, vt num.* 34. *& ſeqq.*

27 *Miſſio in poſſeſſionem requirit cauſa cognitionem ſummariam, non plenariam.*

28 *Declaratur l. is, cui* 5. §. *miſſus* ff. *vt in poſſ. leg.*

29 *Declaratur l. cognitio* 4. §. *vt poſſeſſio* ff. *de off. eius, & nu.* 30. *&* 31.

32 *Declaratur l. cognitio* 4. *in prin.* ff. *de off. eius.*

34 *Miſſio in poſſeſſionem, quæ fit incidẽter, tranſit in eum, cui mandatur iuriſdictio.*

35 *Miſſio in poſſeſſionem non tranſit in iudicem datum.*

36 De-

An missio in possessionem mandari possit.

Quæstio Duodecima.



QVINTO de missione in
possessionem videamus,
an sit mixti imperij, & an
competat iure magistra-
tus, possitq; mandari. Vtiq; autem
de ea missione loquimur, quę non
tribuit possessionem, sed custodiā,
cuius duplex solet esse ratio: nam,
vel in vnius rei possessionem mis-
sio fit, vel in possessionē omniū bo
1 norū † *l. 1. ff. quib. ex caus. in poss.
eat.* In vnius rei possessionem fit
missio, quoties damni infecti non
cauetur: tunc enim non mittitur
aduersarius in possessionem om-
nium bonorum non cauentis, sed
tātum in possessionem eius rei, cu-
2 ius nomine cautio petebatur † *l.
dies cautioni 4. §. si intra l. prætor
ait 7. §. 5. ff. de damn. inf. d. l. 1. ff.
quib. ex caus. in poss. eat.* diciturque
in hoc casu missio in possessionem
fieri ex primo decreto ad differen-
tiam secundi, quod interponitur,
cū in possessionem missus iubetur
3 possidere † *l. si finita 15. §. Iulianus
ff. de damn. inf. secundum ea, quæ di-
cemus in q. seq* In vniuersorū verò
bonorum possessionē missio tribus
potissimum fit ex causis, vel causa
rei seruandæ, vel legatorū, aut fi-
deicommissorum seruandorū gra-
4 tia, vel ventris nomine † *d. l. 1. ff.
quib. ex caus. in poss. eat.* Rei seruan
dæ causa, cum mittuntur credito-
tes in possessionem rerum absen-
tis, vel simpliciter, si nō latitet, vel,
vt, si res exegerit, etiam distrahan-
tur, si latitet, & sui coueniendi po-
5 testatem non faciat † *l. Item ait præ
tor a 5. vers. cæterū ff. ex quib. caus.
maio. l. 2. C. vbi in rē actio l. 2. l. Ful-
cinius 7. in prin. ff. quib. ex caus. in
poss. eat. l. satis 19. ff. de in ius voc.*
Legatorum verò, vel fideicommis
sorum seruandorum causa mittun
tur legatarij, aut fideicommissarij
in possessionem rerum hæredita-
riarum, quoties hæres non cauet,
se legata, aut fideicommissa, quę in
diē, vel sub cōditione relicta sunt,
6 sua die soluturum † *l. is, cui. 5. in
prin. ff. vt in poss. leg.* Ventris demū
nomine mittitur in possessionem
omniū rerū defuncti, mulier, quæ
7 ex eo gestat vterū † *l. 1. in prin. ff.
de ventr. in poss. mitt.* Ex his igitur
causis, quę fit missio non possessio-
nem tribuit, sed rerum custodiam,
8 & obseruationem † *l. 3. §. vlt. ff. de
acq. poss. l. is, cui 5. in princ. ff. vt
in poss. leg l. cum legati. 12. ff. quib.
ex caus. in poss. eat.* Quamobrē ita
missus nō dicitur possidere, sed es-
se in possessione causa custodiæ, &
9 tenere † *l. 3. §. vlt. l. si quis ante. 10.
§. idē Pomponius ff de acqu. poss. l. 2.
in prin ff. pro hæred. l 1. §. quæsitū ff.
quo. leg. l. officium 9. ff. de rei vind.*
Eaq; ratione non debet dominus
de possessione decedere ob hoc,

quod alius in possessionem missus
10 sit † *d.l.si finita 15.§.si quis autẽ ff. de damn. inf.* quia, cum ita missus
non acquirat possessionẽ, nihil est
impedimento, quominus eã possit
antiquus possessor retinere, quod
intelligimus ex eo, quia, si aduersa-
rio possessio tribueretur, vt euenit
in causa damni infecti, cũ possidere
iubetur is, qui in possessionẽ mis-
sus est, deberet dominus de posses
11 ne decedere † *d.l.si finita. 15.§.vbi autem ff. de damn. inf.* ne alioquin
inciperent duo eandem rẽ insoli-
dum possidere, quod neq; natura-
12 lis, neq; ciuilis ratio patitur † *l.3.§. ex cõtrario ff.de acq. poss.l. duo.19. ff.de preca.* Cum autẽ in possessio-
nem iri custodiæ causa iubet præ-
tor, dicitur mittere in possessionẽ,
non iubere possideri: nam hoc re-
13 fertur ad secundũ decretum, † *vti constat ex l.prator ait 7.§ 1.l si finita. 15.§.si quis autem §. non autem, & §.vbi autem ff. de damn. inf. l.3. §. ult.ff. de acq.poss.* licet interdum
etiam is, qui mittit in possessionẽ
custodiæ causa, dicatur iubere pos-
14 sideri, † *ut in l.2.ff.quib.ex caus. in poss.eat.& l.ea, qua 26.§.1.ff.ad municip. secundum quod declarant glo. in l. iubere. 4. & ibi Bart. in prin. uers.3.opp.& nu.2.Castr.nu.3.ff.de Iurisd.Bart.in d. l.ea, qua 26.§.1. nu.3.ff. ad municip. Dec.in l. Imperium 3.nu.56.ff. de Iurisd.* Sed hoc
minus frequenter.

Hanc igitur missionẽ in posses-
sionem constat esse mixti imperij,
15 † *ut scribunt gl.in l.cognitio. 4.§. ut possessio, in uerb. mandari potest, & ibi Bart. Ias.nu.1.Dec. nu. 1. Coras. nu.4 ff.de off.eius, gl.in l.iubere. 4.et ibi Bart.in prin. & uers. tertio opp. Ang.in prin. uers.sequitur in ead.et uers.sequitur in ea gl.Castr.nu.1 & 3. Alex. in prin. & num.16.& 17. Ias.in prin.& num.2.10.13.14.& 29. uers.ex quinta Dec.nu.3.Purp. nu.11.& 17.Seb.Sap.nu.3.Egu. Baro.& Duar.ff.de Iurisd.gl.in l.1.in uerb.delegãdũ.& ibi Bal.ff.de dãn. inf.gl.in l.1. in uerb. in possessionẽ, & ibi Bart. nu.4. uers. item quaro, Ang.in prin.uers 3.not. Purp.n.61. ff.de Iurisd.glo. in l. ea, qua 26.in uerb. possidere ff. ad municip. Bart. in l.Imperiũ 3.num.21.& ibi Ang. nu.9.Purp.nu.313.et 320.Caccial. nu.57.Valas.nu.240. Alcia.n.211. Longo.nu.115.146.170.& 176. Io. Iuuc. nu.12. & Duar. ff. de Iurisd. Bart.in l.2.nu.2.ff de Iurisd.Castr. in l.dies cautioni.4.§.si intra nu.4. & ibi Alex.nu.2.& 4.ff.de dãn.inf. Alex.in l.a Diuo Pio 15.in prin.n.6. & ibi Ias.nu.25.ff. de re iud. Alex. in l.1.in prin.nu.30.vers.sed eius, et ibi Paul.Oria. nu.87. ff. de off.eius. Ias.in l. etsi nõ cognitio 4. nu.3.C.si contra ius, Dec.in l.omnia 72.nu.5. ff.de reg.iur. Alcia.in l.stipulationũ. 5.in prin.num.20.ff. de verb. oblig. Purp.in rub.ff.de off.eius, n.8. Clau. Cãt.li.2.de off.iud.c.3.n.27.Vaco.a Vacu.lib.6.declar.80.num.1.Nico. Bello.lib.3.Suppu.c.5.nu.3.Io. Gillo. lib.2.de Iurisd.& Imp.c.11.nu.3.et c.12.& 13.nu.5.Coras.lib.3.miscell. c.17.nu.17.Egu. Baro ad l.ult.ff. de off.eius, Duar.ad l.more.5.ff.de Iurisd Cuiac.li.21.obs c.30.Vand.lib. 2.q.iur.c.35.nu.8.* siue, vt ait Vlpianus, *in d.l.iubere cauere.4.ff. de Iurisd.* magis esse imperij, quã iurisdictionis, quia prętor, cũ in possessionem iri iubet, magis id agit propter vim imperij, quam propter vim iurisdictionis, *ut explicat Coras.in l.1.nu.16.ff.de Iurisd. & nos diximus in q.praced.n.9.* Quo fit, vt a magistratu municipali non possit expediri *l.ea qua 26.§.1.ff.ad municip.* excepta causa damni infecti, in qua iure singulari receptũ est, vt, cũ res celeritatẽ desiderat, possit etiã magi-

magistratus municipalis in posses-
sionem mittere, si non caueatur l. 1.
l. dies cautioni 4. §. duas ff. de damn.
inf. & nos diximus in quæst. præced.
num. 22.
Hinc inferūt veteres, huiusmodi
missionem non cōpetere iure ma-
16 gistratus, sed tribui specialiter † vti
videre est apud gl. in d. l. dies cautio-
ni 4. §. si intra, in verb. cautionē, et ibi
Bart. nu. 2. Castr. nu. 4. ff. de dān. inf.
gl. in d. l. iubere 4. & ibi Alex. nu. 2. &
10. Purp. nu. 36. ff. de Iurisd. Castr. in
d. l. cognitio 4. §. vt possessio, nu. 3. &
ibi Ias. nu. 1. Dec. nu. 1. ff. de off. eius,
Ias. in d. l. a Diuo Pio 15. in princ. nu.
25. ff. de re iud. quia, si competeret
iure magistratus, posset etiam a ma
gistratibus municipalibus expedi-
ri. Atqui non potest d. l. ea quæ. Nō
competit igitur iure magistratus.
Sed est verius, Imo iure magi-
17 stratus cōpetere, † vti rectè docue-
rūt Longo. ad l. Imperium 3. nu. 146.
ff. de Iurisd. Vaco. a Vac. d. lib. 6. decl.
80. num. 2. Duar. ad tit. ff. de Iurisd.
cap. 3. Egu. Bare lib. 1. var. quæst. fo.
41. Ant. Gou. lib. 1. de Iurisd. nu. 29.
Cuiac. ad l. vbicunq; 106. ff. de reg.
iur. in 1. lib. Paul. ad edict. quia, cum
18 descendat ex edicto prætoris † l. 2.
ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 1. ff. de
ventr. in poss. mitt. l. prætor ait 7. §. 1.
ff. de damn. inf. l. 1. ff. vt in poss. legat.
Consequens est, vt competat iure
magistratus, secundum ea, quæ dixi-
mus in hoc cap. q. 1. nu. 15. & q. 6. nu.
5. Neque ex eo, quod magistratus
municipales in possessionē mittere
non possunt, rectè infertur, hāc po-
testatem non competere iure magi
stratus prætoribus, & præsidibus,
quia, vt sæpè dictū est, multa dene-
gantur municipalibus, quæ populi
Romani magistratus iure suo face-
re possunt, vt ostendimus in hoc cap.
q. 1. nu. 6.
An autem mandari possit, si quę-
ramus, constat, rem esse mirum in
modum controuersam, propterea,
quod licet Macer in l. cognitio 4. §.
vt possessio ff. de off. eius, dicat sim-
pliciter mandari posse, vt ventris
nomine mulier, vel is, cui legatum
est, legatorum seruandorū causa in
possessionem mittatur, hoc tamen
ita veteres interpretati sunt, vt mā-
dari possit, quoad pronūtiationem,
sed non, quoad realem ipsam mis-
19 sionem. † Ita interpretātur gl. in d.
§. vt possessio, in verb. mandari po-
test, & ibi Bart. Ang. & Castr. num.
1. & 3. Purp. nu. 7. gl. in l. 1. in verb.
in possessionem, & ibi Bart. num. 4.
vers. item quæro ff. de Iurisd. gl. in d.
l. iubere 4. & ibi Bart. nu. 1. Ang. in
princ. vers. in ead. gl. ibi, & vers. nam
ista gl. & nu. 1. Castr. nu. 5. Alex. nu.
2. & 10. Ias. nu. 6. 8. 9. & 20. Purp.
num. 43. vers. 4. Seb. Sap. nu. 10. &
13. Petr. Calas. nu. 6. ff. de Iurisd. gl.
in d. l. ea, quæ, 26. in verb. possidere,
& ibi Bart. num. 3. ff. ad municip.
Bart. in d. l. dies cautioni 4. §. si intra
num. 4. ff. de damn. inf. Ang. in d. l. a
Diuo Pio 15. in princ. num. 3. & ibi
Imol. nu. 8. Ias. num. 25. ff. de re iud.
Ang. in l. 1. n. 3. ff. de damn. inf. Alex.
in d. l. 1. in prin. nu. 31. & ibi Alb. nu.
56. ff. de off. eius, Cagn in d. l. Imperiū
3. nu. 291. & ibi Caccial. nu. 57. Va-
las. num. 240. ff. de Iurisd. Castr. in l.
2. num. 7. ff. eodem, Ias. in l. necquic-
quā 9. § vbi decretū nu. 82. ff. de off.
proc. & leg. Dec. in l. omnia 72. n. 6. ff.
de reg. iur. Et ita vidētur accipiēdi,
q simpliciter negāt, hāc missionē pos-
se delegari, vt gl. in d. l. iubere, & ibi
Ang. in prin. vers. sequitur in ead. gl.
Alex. n. 10. Ias. nu. 9. & 13. Purp. nu.
36. ff. de Iurisd. gl. in d. l. dies cautio-
ni 4. §. si intra, in verb. cautionem, &
ibi Bart. nu. 2. & 4. ff. de damn. inf.
Ang. in l. 2. nu. 4. ff. de Iurisd. Purp.
in d. l. Imperiū 3. nu. 320. & ibi Seb.
Sap. nu. 55. ff. de Iurisd. Io. Gill. lib. 2.

de Iurisd & Imp. c. 11. n. 3. & c. 12.
& 13. nu. 5. nã pronuntiationẽ aiũt
posse delegari, quia competit iure
20 magistratus, † ut scribunt Castr. in
d. l. iubere 4 nu. 5. & ibi Ias. nu. 8. ff.
de Iurisd. Realẽ autẽ missionẽ non
posse, quia specialiter tribuitur, ut
ex eorũ sententia retulimus sup. nu.
21 16. Idq; sibi mirabile videri † Castr.
in d. l. cognitio 4. §. ut possessio nu. 3.
ff de off. eius, & alij pleriq; fatentur,
quia, si mandari potest pronuntia-
tio, quæ causæ cognitionẽ, saltem
summariã requirit, cur nõ facilius
poterit ipsa missio, quę nullã pror-
sus causæ cognitionẽ exigit, cũ iã
sit pronuntiatũ? Cumque de hac re
semper se dubitasse profiteantur,
ideo tollendæ huius dubitationis
causa tantæ fuerunt, tamq; variæ,
ac penè discrepantes nostrorũ sen-
22 tentię, uti videre est apud Alex. in
l. iubere 4. nu. 3. ff. de Iurisd Dec. in
d. § ut possessio num. 1. & in l. omnia
72. nu. 6. ff. de reg iur. vt eas enume
rare, ac recensere non possit non
esse permolestum.

Sanè fatentur, omnes (quasi de
hoc aliquis probabiliter dubitare
posset) realẽ ipsam missionẽ posse
23 cõmitti nuntio † l is, cui 5. §. missus
ff. ut in poss. leg. quia ex tali missio-
ne nõ transfertur imperiũ, sed nu-
dũ mittendi ministerium, quod est
meri facti l. qui aũt 5. §. ult. cũ l. seq.
ff. de cõst. pec. Ita gl. in d l. 1. in verb.
in possessionẽ, & ibi Bart. n. 5. Castr.
nu. 3. Purp. nu. 69. Seb. Sap. nu. 28. ff.
de Iurisd. Ias in l. iubere 4. nu. 7. &
ibi Purp. nu 45. ff. eo. Dec. in d. l. co-
gnitio 4. §. ut possessio nu. 1. ff. de off.
eius, Alb. in l. 1. in prin. nu. 16. ff. eo.
Et ita rem hanc esse definiendam
arbitrantur varijs innixi funda-
mentis, ac

In Primis eo, quia, quæ sũt mix
ti imperij, non possunt (vt est apud
eos in cõfesso) delegari l. 1. in prin.
ff. de off. eius, secundũ communẽ in-
tellectũ, quẽ retulimus in hoc c. q. 1.
n. 1. Sed realis missio in possessio-
nem est mixti imperij l. iubere 4. ff.
de Iurisd. & diximus sup. num. 15.
Non poterit igitur delegari.

Secundo, quia ea tantũ delega-
ri possunt, quæ competunt etiam
magistratibus municipalibus d. l. 1.
in prin. ff de off. eius, secũdũ cõmu-
nem eorumdem intellectum, quem re
tulimus in d. q. 1. nu. 1. Sed missio
in possessionem non competit ma
gistratibus municipalibus, quippe,
qui facere non possunt ea, quę ma
gis imperij sunt, quam iurisdictio-
nis l. ea qua. 26. ff. ad municip. vt
est mittere in possessionem d. l. iu-
bere caueri 4. ff. de Iurisd. Non po-
terit igitur delegari.

Tertio fortissimum huius opi-
nionis argumentũ ex eo deducũt,
quia ius singulare in vno denotat
ius commune in contrarium l. 1. in
prin. uers. huius ff. de off. eius, Sed
singulare est in causa dãni infecti,
vt missio in possessionem delegari
possit, cum res celeritatẽ desiderat
24 † l. 1. l. dies cautioni 4. §. duas ff. de
damn. inf. & scribunt gl. in d. l. iube-
re 4. & ibi Ang. in prin. uers. sequi-
tur in ead. & vers. sequitur in glo.
ibi, Alex. n. 1. 13. & 16. ff. de Iurisd.
gl. in d. l. 1. in uerb. delegandum ff. de
damn. inf. Bart. in d. l dies cautioni
4. §. si intra nu. 1. ff. eod. Ang. in l. a
Diuo Pio 15 in prin. n. 3. & ibi Imol.
nu. 8. Ias. nu. 25. ff. de re iud. & retu
limus etiam in q. praced. nu. 19. Er-
go regulariter, & inspecto iure cõ-
muni non poterit delegari.

Quarto comprobant id ipsum ea
ratione, quia, si mandari posset,
vtique etiam mandata iurisdictio-
ne transferretur. Atqui non trans-
fertur, cum delegatus non possit
ob rei cõtumaciam mittere in pos
25 sessionem, † §. si verò etiã quidam
Anth.

Auth.de exh.reis coll.5.l. preperandum e1. §.ſin autem reus C. de iud. & dicemus infra nu.43. Nec igitur mandari poteſt.

Verum his non obſtãtibus probabiliorem eſſe puto ſententiam exiſtimantium, etiam realem ipſam miſsionem poſſe demandari.
26 † Quæ fuit opinio gl. in d.l. a Diuo Pio 15.in prin. in verb. a ſe ff. de re iud.Iaſ.in d.l.cognitio 4.§. vt poſſeſſio n.2.& ibi Dec.nu.1.Iac.de Nigr. nu.2.verſ.ſed Lãcellot.ff.de off.eius, Paul.Oria.in l. e.in prin. num.87.ff. ee.Seb.Sap.in l.Imperium 3.nu.5e. & ibi Alcia.nu.213. Lõgou. n.146. Petr. Calaſ. num.213. ff. de Iuriſd. Claud.Cant.lib.2.de eff.iud. c.3.nu. 28 Vace.a Vacu.lib.6.declar.80.nu. 1. Duar. ad l. more 5. ff. de Iuriſd. Andr.Fach.lib.9.Cõtrou.c.98.Eiuſdem ſententia fuerunt omnes, qui ſimpliciter aiunt miſsionem in poſſeſſionem poſſe demandari, vt Bart. in l. necquicquam 9. §. vbi decretum. nu.8.verſ.in 2. ff.de off.proc. & leg. Alcia.lib.2.Parad.c.1.nu.2.& 5.& c.4.& in d.l. Imperium, nu.213.& 222.& ibi Longou. nu.146.Claud. Cant.d.lib.2. de eff. iud. cap.10.nu. 1.Coraſ.ad l.cognitio 4.§. vt poſſeſſio nu.3.ff.de eff.eius,Ant.Gou.lib. c. de Iuriſd.nu.27.& lib.2. nu.22.& ad l.ſolet 16.nu.3.ff.eod. Egu.Bare. ad l.vlt.ff. de off. eius, Cuiac. ad l. vbicunq; 106.ff.de reg.iur.in 1. lib. Paul.ad Edict.& ad l.ea,quæ 26. ff. ad municip. in eund.t. lib. Paul. ad Edict.Petr.Fab.in l.nemo poteſt 7e. ff.de reg.iur.Vaud.lib.2. quæſt.iur. c.35.nu.14. Non moueor autem, vt ita ſentiam ea ratione, qua pleriq; mouentur, quod ſcilicet, hæc miſſio nõ requirat cauſæ cognitionem plenariã, ſed tantum ſumma-
27 riam † l.2.C.vbi in rem actio,l.a Diuo Pio 15.§.ſi ſuper ff. de re iud. & ſcribũt gl.in d.l.cognitio 4.§.vt poſſeſſio,in verb. legatorum, & ibi Coraſ.num.3.ff. de off.eius,Dec.in d.l. Imperium 3.nu.56.& ibi Purp. nu. 313.& 315.verſ.poſitis,et nu.32e. Seb.Sap.nu.55.Caccial. nu.57. Valaſ.nu.230.& 240.Petr. Calaſ. nu. 207. ff. de Iuriſd. eaq; ratione videatur poſſe delegari, ſecũdum ea, quæ diximus in hoc c. q.7. nu.4. Et in his terminis conſiderant Bart. in d.§.vbi decretum num.8. verſ.in 2. Petr.Fab.in d.l.nemo poteſt 71. ff.de reg.iur.quia verius eſt, a cauſæ cognitione ad delegandi facultatem, nec affirmatiuè,nec negatiuè argumentum duci poſſe: nam, & quæ nullam cauſæ cognitionem requirunt, delegari nequeunt, ſi nominatim tribuantur lege, vel S. C., vel conſtitutione principum, vt legis actiones, ſicuti demonſtrauimus in hoc c.q.4.nu 31. &, quæ plenam cauſæ cognitionem requirunt, delegari poſſunt, ſi competant iure magiſtratus, vt iubere poſſideri, l.cognitio 4. §. vt poſſeſſio ff. de off. eius,& diximus in hoc c.q.7. nu.14. & dicemus in q.ſeq.num.9. Et in his terminis conſiderat Vaud. d.lib.2.q. iur. c.35. n.15. Minus moueor l.is cui. 5. §. miſſus ff.vt in poſſ.leg.qua mouetur Paul.Oria. in d.l.1. in prin. nu.87. ff. de off. eius, quia non lo-
28 quitur † de miſsione in poſſeſsionẽ,quippe,quę iam fuerat facta,vt apparet ex illis verbis,miſſus in poſſeſſionem,ſi non admittatur, ſed loquitur de introductione in poſſeſſionẽ,quę eſt meri facti, & nudi miniſterij,vt diximus ſupra.n.23. ſed moueor.

Primo d.l.cognitio 4.§. vt poſſeſſio ff.de off.eius,vbi Macer, vt poſſeſſio bonorũ detur, inquit, vel, ſi cui damni infecti non caueatur, vt is poſſidere iubeatur, aut uentris nomine in poſſeſſionem mulier. vel is, cui legatum eſt, legatorum ſeruando

rum causa in possessionem mittatur, mandari potest.

Nec est, quod respondeas, man-
dari posse, sed quoad pronuntia-
tionem, nō, quoad realē missionē,
& illa verba, *in possessionem mitta-*
29 *tur*, ita esse intelligenda, † idest,
mittendus pronuntietur, *vt expli-
cant omnes, quos retulimus supra
nu. 19* quia non est hoc verba in-
pretari, sed cauillari; nam Macer
perspicuè dicit, mandari posse, vt
mittatur, non, vt pronuntietur.
Quamobrem supradicta interpre-
tatio non immerito fuit *ab ijs, quos
retulimus supra nu. 26.* improbata.

Minus est, quod respondeas, hūc
30 locum ita esse intelligendum, † vt
mandari quidem possit ipsa missio
realis, sed tunc demum, cum modi
cum affert pręiudicium, *vt decla-
rant Ias. in d. §. vt possessio nu. 2. &
ibi Dec. nu.* 1. quia verius est, etiam
ea, quę magnum afferunt pręiudi-
cium posse demandari, si descen-
dant ex edicto prætoris, vt patet ex
secundo decreto, quod sine dubio
magnum affert pręiudicium, quip-
pe, cum post eius interpositionem
debeat dominus de possessione de
cedere *l. si finita 15. §. vbi autem* ff.
de damn. inf. eaq; ratione pretor id
suæ iurisdictioni reseruauit *l. dies
cautioni 4. §. si fortè* ff. *eod.* & tamen
mandari potest *d. l. cognitio 4. §. vt
possessio* ff. *de off. eius, & latius dice-
mus in q. seq.*

Deniq; non est, quod responde-
as, id, quod scribit Macer *in d. §. vt*
31 *possessio*, non esse † generale, nec ad
omnes, quibus mandatur iurisdi-
ctio, pertinere, sed tantum ad lega
tos proconsulis, de quibus initio
locutus est; *Quomodo respondet Io.
Gillo. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 13.
num. 5.* quia verius est, Imo perti-
nere ad omnes, quibus iurisdictio
demandatur; Nec enim verum
est, loqui Macrum in posteriore re-
sponso de legato proconsulis, cum
dicat simpliciter mandari posse, vt
possessio bonorum detur, Imo nec
verum est, loqui de legato procon-
sulis in responso priore, quoniam,
32 † & ibi dicit simpliciter mandari
posse cognitionem suspecti; Et,
quamquam postea subijciat Diuo-
rum Seueri, & Antonini constitu-
tionem, quæ loquitur de legatis
proconsulis, non est tamen ob id,
aut prior, aut posterior I. C. deci-
sio, quæ simplex est, ad huiusmodi
legatos restringenda, tum, quia pre
dicta constitutio non pertinet ad
mandandi potestatem, nec opera-
tur, vt suspecti cognitio mandari
possit, sed tantum, vt mandata ge-
nerali iurisdictione transferatur,
*vt latius ostendemus in hoc cap. q.
22.* tum etiam, quia quod de lega-
to proconsulis constitutum est, por
rigitur ad alios, quibus mandatur
iurisdictio *l. 1. §. 1.* ff. *de susp. tut. &
latius dicemus in ead. q. 22.*

Secundo moueor, quia, quæ de-
scendunt ex edicto prætoris, man-
dari possunt *l. vlt. C. vbi, & apud
quem. d. l. cognitio 4. §. vt possessio* ff.
*de off. eius, & latè diximus in hoc
cap. q. 1. num. 15. & q. 6. num. 5.* Sed
missio in possessionem descendit
ex edicto pretoris, *vt diximus su-
pra num.* 18. Poterit igitur deman-
dari. *Ita Vac. a Vac. d. lib. 6. decl. 80.
num. 2.*

Neq; huic sententię aduersan-
tur contraria; nam ad Primum re-
spondeo, Imo propter hoc, quod
missio in possessionē est mixti im-
perij, posse demandari, quia verius
est, mixtum imperium, & compe-
tere iure magistratus, & mandari
posse, *vt latè ostendimus in hoc c. q.
6. nu. 15. Ita Alcia. in d. l. imperiū 3.
nu. 211. & 212.* ff. *de Iurisd. Vand.
d. lib. 2. q. iur. cap. 35. nu. 14.*

Ad secundum verò respondeo, a magistratibus municipalibus ad mandandi potestatem, nec affirmatiuè, nec negatiue posse argumentum deduci, *vt ostendimus in hoc c. q.10.n.11.* quia multa sunt, quę magistratibus municipalibus denegantur, & tamẽ a magistratibus populi Romani mandari possunt, & cõtra multa duumuiris permittitur, quæ mandari nullo modo possunt, *vt diximus in hoc c.q.1.nu.6. & 7. Ita Alcia. in d. l. Imperium 3. num. 207. uers.4. & n.209. vers.6. ff. de Iurisd. & lib.2 Parad. c 4 nu.3.*

Ad Tertium respondeo, negando hoc esse singulare: nam singula-
33 ritas, † quæ consideratur *in l. 1. ff. de damn inf.* non consistit in hoc, vt prætor, aut præses possit mandare missionem, & committere, aut duumuiro, aut cuilibet etiam priuato, vt vice sua in possessionem mittat, quoniam hoc facere potest iure suo, & communi, sed consistit in hoc, quia prætor edicto generali, & in perpetuum iniunxit magistratibus municipalibus ius mittendi in possessionem ex causa damni infecti, cum res celeritatem desiderat *l. dies cautioni 4. §. duas ff. de dãni inf.* quod est contra ius commune, scilicet, quia magistratus municipales facere non possunt ea, quæ magis imperij sunt, quam iurisdictionis *l. ea qua 26 ff. ad municip. & diximus in q. praced. num. 22. Ita Alcia. in d. l. Imperium num. 207. vers.4.*

Ad Quartum deniq; respõdeo, non sequi; lõgè enim aliud est quærere, an missio in possessionem mãdari possit, aliud verò, an mandata iurisdictione transferatur, scilicet, quia multa sunt, quæ specialiter mandari possunt, & tamen mandata aut simpliciter, aut generaliter iurisdictione non transferuntur, *vt facile erit ex ijs intelligere, qua latius dicemus in 9 c q.1.*

Planè, si quæramus, an missio in possessionem mandata iurisdictione transferatur, puto multum referre, verum ad ordinaria iudicia respiciamus, an verò ad extraordinaria: nam, si ad ordinaria, si quidem missio fiat incidenter, & pro expeditione causæ controuersæ puto in eum transire, cui mandatur iurisdi-
34 ctio, † *vt scribunt Alcia. in d. l. imperium 3. nu.210. ff. de Iurisd. Egu. Baro. ad l. 2. ff. de Iurisd.* siue mandetur vniuersa, siue in vna tantum specie, quia, cum in eum transeat modica coercitio, quæ fit captis pignoribus, *vt dicemus in hoc c. q.15. & q.17.* consequens est, vt transeat etiam missio in possessionem, quippe, quæ in se continet eam coercitionem, quę pignoribus fit, *vt dicemus in ead. q.17.*

Sanè in iudicem datum non trã-
35 sire certum est, † *vt scribunt Alcia. in d. l. Imperium, num.210. & lib.2. Parad. c.5. nu.2. Egu. Baro. ad l. 2. ff. de Iurisd. & lib.1. var. q. fo. 36.* quia, cum non transeat iurisdictio, sed simplex notio *l. ait prator 5. in prin. ff. de re iud. & dicemus in 9. c. q.2.* consequens est, vt nec transire debeat id imperium, quod iurisdictioni cohęret, *vt ibid. ostendemus.*

Cœterum si missio in possessionem fiat principaliter, vt in causa damni infecti, & legatorum, aut ventris nomine, verius esse puto, mandari quidem posse, sed simpliciter, aut etiam generaliter mandata iurisdictione non transferri, *vt latius demonstrabimus in 9. c. q.1.*

Quod, si respiciamus ad extraordinaria iudicia, quibus vtimur, refert, vtrum loquamur de delegato principis, an verò de eo, quẽ ordinarius delegauit: nã, si de principis delegato, verius est, & receptius,

posse eum contumacem missione
36 in possessionem coercere,† *vt scribunt gl. in l. a Diuo Pio 15. in prin. in verb. a se ff. de re iud. gl. in d. l. iubere. 4. & ibi Bart. in prin. vers. 2. opp. Alex. numero 4. & 10. Purp nu. 40. ff. de Iurisd. Bart. in l. 2. num. 2. & ibi Ang. num. 4. ff. eo. Quicquid censuerit Alex. in l. 1. in prin. num. 31. ff. de off. eius*, quia, cum potestatem habeat parem cum ordinarijs, *vt dicemus in 9. c. q. 8. num. 3.* imo maiorem, quam illi in causa delegata; *vt dicemus in eod. 9. cap. q. 9. num. 2.* consequens est, vt eorum exemplo possit contumacem ea pignorum capione coercere, quæ fit per missionem in possessionem.

At, si loquamur de delegato ab ordinario, si quidem sit delegatus ad vniuersitatem causarum, puto verius, eadem esse de illo dicenda, quæ de eo diximus, cui in ordinarijs iudicijs mandabatur iurisdictio, quippe, cuius refert imaginem, *vti demonstrauimus in primo cap. q. 6. nu. 9. vers. sanè.* Itaque poterit etiam is contumacem missio-
37 ne in possessionem coercere, † *vt rectè docuerunt Alcia. in d. l. Imperium 3. num. 210. ff. de Iurisd. & alij, Quicquid censuerit Purp. in rub. ff de off. eius, nu. 8.*

Cœterum, si sit delegatus ad vnã tantum causam, si quidem loquamur de ea missione; quæ fit principaliter, omnes fatentur, eam huiusmodi delegato non competere;
38 † *Ita enim in specie scripsit Dec. in d l. 2. num. 28. ff. de Iurisd. & ita uidentur accipiendi, qui simpliciter aiunt delegatum non posse mittere in possessionem, ut Castr in d. l. 2. nu. 6. ff. de Iurisd. Alex. in l. 1. in prin nu. 30. uers sed eius ff. de off. eius, Purp. in l. iubere 4. num. 37. uersi. ampliat ff. de Iurisd.* quia, cum ad causæ commissæ decisionem non pertineat, consequens est, vt non censeatur ei delegata, *secundum ea, quæ dicemus in 9. c. q. 3.*

Quod, si fiat incidenter, & propter contumaciam in causa commissam, pleriq; censent, ante litem contestatam non posse delegatum mittere in possessionem, post litem
39 verò contestatam posse:† *Ita enim censuerunt Ang. in d. l. 2. num. 4. & ibi Dec. nu. 28. ff. de Iurisd. Ang. in d. l. iubere 4. in prin. uers. sequitur in ea gl. ff. eo. & in l. vn. in prin. num. 2. ff. si quis iusd. non obt. Longo. in d. l. Imperium 3. num. 166. ff. de Iurisd.* Mouentur autem

Primo *ex §. si verò etiam quidã.*
40 *Auth. de exhib. reis coll. 5.* vbi, † si reus postea, quam iurauit se staturum in iudicio, recesserit, ait Iustinianus, debere iudicem, *si non administrat, sed datus sit a quodam iudice, siue ex sacra forma, aut iussione, aut etiam ab aliquo administratore, ad illum renunciare, a quo datus est, ut deducatur ab illo, ne causa maneat actori undiq; desolata, iudice agere aliquid non ualente eo, quod nondum apud eum facta sit litis contestatio:* nam ex his verbis ita argumentantur, Ideo iudex datus non potest aliquid agere, & sic non potest citare realiter, aut mittere in possessionem, quia lis nondum fuit contestata, Ergo, si fuerit contestata, poterit hæc agere, & sic poterit mittere in possessionem.

Secundo mouentur *eod. §. si uerò etiam quidam, uers. igitur*, vbi
41 Iustinianus,† de eodem iudice (secundum eos) delegato loquens, *Tunc*, inquit, *secũdum unam partẽ examinet negotiũ, & in possessionẽ mittat actorem rerum eius, secundũ mensuram declarati debiti:* Ex quibus verbis apertissimè constare videtur, posse iudicem delegatũ mittere in possessionem.

Tertio

Tertio mouentur, quia in delegatum tranſeunt ea omnia, ſine quibus iuriſdictio non poteſt expediri *l. vlt. §. vlt ff. de off. eius, l. 2. ff. de Iuriſd.* Sed ſine miſſione in poſſeſſionē iuriſdictio expediri non poteſt,
42 † *vt ſcribit Caſtr. in d. l. 2. num. 8. ff. de Iuriſd.* Debet igitur in delegatū tranſire poteſtas mittendi in poſſeſſionem.

Quarto mouentur, quia in huiuſmodi delegatū tranſit modica coercitio *l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius*, Sed miſſio in poſſeſſionem eſt modica coercitio, *vt dicemus in hoc cap. quæſt. 17.* Debet igitur in delegatum tranſire; *Ita Ang. in d. l. iubere 4. in prin. verſ. ſequitur in ea gl. ff. de Iuriſd.*

His tamen non obſtantibus puto verius, quod alij frequentius tradiderunt, non poſſe ſcilicet huiuſmodi delegatum mittere in poſſeſſionem, ſiue lis fuerit conteſtata, ſi-
43 ue non. † *Ita enim cenſuerunt Bart. in d. l. 2. num. 2. & ibi Caſtr. nu. 6. & 8. ff. de Iuriſd. Alex. in d. l. iubere 4. num. 10. & ibi Iaſ. num. 10. ff. eod. Alcia. in l. Imperium 3. num. 210. ff. eod. Et ita etiam videntur accipiēdi, qui ſimpliciter aiūt non poſſe delegatum mittere in poſſeſsionem, quos retulimus ſupra num. 38.* Moueor autem.

Primo, quia, ſi poſſet mittere in poſſeſſionem, poſſet vtique ſuam exequi ſententiam. Atqui nō poteſt *l. pen. C. de agr. & cenſ. lib. 11. & latius dicemus in hoc cap. quæſt. 14. num. 12.* Nec igitur poterit mittere in poſſeſſionem. Probatur conſequentia antecedētis, quia ſententiæ executio fit plerunque captis pignoribus *l. ſacrilegi 9. §. vlt. ff. ad l. Iul. pecul. & dicemus in hoc cap. q. 14. num. 2.* Ergo ab ijs fieri poteſt, qui pignorum capionem habent. Habent autem, qui poſſunt mittere in poſſeſſionem, cum per huiuſmodi miſſionem pignora capiantur *l. 2 in prin. ff. pro hared. & dicemus in hoc cap. quæſt. 17.* Poterunt igitur, & ipſi ſuam exequi ſententiam, & conſequenter, ſi delegati poſſent mittere in poſſeſſionem, poſſent etiam exequi, quod perſpicuè falſum eſt.

Secundo moueor, quia in iudicem ad vnam cauſam delegatum non tranſeunt ea, quæ ſunt mixti imperij, *vt oſtendemus in 9. cap. quæſt. 3.* nam, cum non tranſirent olim in iudicem datum, *vt dicemus in eod. 9. cap. quæſt. 2.* conſequēs eſt, vt nec hodie tranſire debeant in iudicem ad vnam cauſam delegatū, quippe, qui illius refert imaginem in omnibus, præterquā in eo, quod ille iudicabat, non iuſdicebat, hic verò, cum iudicat, ius dicit, *vt oſtendimus in primo cap. quæſt. 6.* Atqui miſſio in poſſeſſionem eſt mixti imperij, *vt diximus ſupra num. 15.* Non debet igitur in delegatum tranſire.

Tertio moueor *l. properandum 11. §. ſin autem reus C. de Iudic.* vbi
44 Iuſtinianus † ſtatuit, poſt litem cōteſtatam ita contra reum contumacem eſſe procedendum, vt, ſi inueniatur obnoxius, condemnetur, & ſententia executioni demandetur per miſſionem in poſſeſſionem, *ſiue ipſe iudex ex ſua iuriſdictione hoc facere poteſt, ſiue per relationem ad maiorem iudicem hoc referatur*, quæ verba frequentius accipiuntur de iudice delegato, & ſignificant, non poſſe eum mittere in poſſeſſionem bonorum contumacis pro executione ſententiæ, ſed debere ad maiorem iudicem, id eſt, ad delegātem referre, *vt explicat ibi gl. in verb. ad maiorem. & poſt eam Bart. in d. l. 2. num. 6. ff. de Iuriſd.* Quamquam videantur etiam poſſe intelligi de

iudice

Iudice ordinario, ſub cuius territo-
rio, vel prouincia ſita non ſunt bo-
na cõtumacis, quippe, qui pro exe-
cutione ſententiæ debet ad eum re-
ferre, ſub cuius iuriſdictione bona
cõdemnati ſita ſunt *l.a Diuo Pio 15.*
§.1.ff.de re Iud.l.cum vnus 12. §.is,
qui ff.de bon.auth iud.poſſ. & expli-
cãt gl.in d.§ ſin autem reus, in verb.
ad maiorem Alcia. in d.l.Imperiũ 3.
nu.210. ff.de Iuriſd.

Neque aduerſantur contraria:
Nam ad Primum reſpondeo, ne-
gando conſequentiam, quia, quo-
ties incluſio vniuerſalis eſt negati-
ua, non valet argumentum a con-
trario ſenſu vniuerſaliter, ſed tantũ
particulariter, *vt latius oſtendemus*
in hoc cap.quaeſt.19. vbi de eodẽ §.
ſi verò etiam quidam, ſenſu latius di
cemus.

Ad Secundum verò non reſpon
deo Iuſtinianum ibi loqui de iudi-
45 ce delegato a principe, † *Quomodo*
reſpondent gl.in d.l.a Diuo Pio 15.in
princ. in verb.a ſe, & in l. iubere 4.
& ibi Bart.in prin.verſ.2.opp. Alex.
num.10.ff.de Iuriſd. quia, ſi illa ver-
ba intelligerentur de iudice dele-
gato, eſſent haud dubiè accipienda
de delegato ab ordinario, vt pote,
de quo ſolo prius locutus eſt Iuſti-
nianus; nam illa, *aut etiam ab ali-*
quo adminiſtratore, ſine dubio ſi-
gnificant iudicem a magiſtratu de-
legatum, illa verò, *ſed datus ſit a*
quodam iudice, ſiue ex ſacra forma,
aut inſtione, ſignificant etiam iudi-
cem datum a magiſtratu, ſed ex iuſ
ſu principis, qui effectu non differt
ab alijs ordinariorum delegatis, *ut*
diximus in quarto cap.quaeſt.2.nu.6.
ſed reſpondeo, loqui Iuſtinianum
46 de iudice ordinario, † *vt rectè ſcri*
pſit gl.in d.l. a Diuo Pio 15.in princ.
in uerb.a ſe. ff.de re Iudic. & in d.l.
iubere 4. ff.de Iuriſd. nam hoc ait, ſi
reus poſtea, quam iurauit, ſe ſtatu-
rum in iudicio, receſſerit, debere
iudicem mandare, vt præhendatur,
ſi ſit ordinarius, ſi verò ſit delega-
tus, debere hoc ei renũtiare, a quo
datus eſt, vt ab eo deducatur, De-
inde oſtendit, quid facere debeat
iudex (non delegatus, vt alij per-
peram arbitrantur, quia prius di-
xerat, eum nihil agere poſſe ob id,
quod lis nondum erat apud ſe con-
teſtata, ſed) ordinarius, & ait, de-
bere eum dare abſenti inducias, &
ſi non reuertatur, debere ſecundum
partem præſentem negotium exa-
minare, & actorem mittere in poſ-
ſeſſionem bonorum abſentis. Non
probat igitur hic locus, iudicem
delegatum poſt litis conteſtationẽ
poſſe mittere in poſſeſſionem, quia
de eo non loquitur.

Ad Tertium reſpondeo, id pro-
47 cedere in eo, † cui mandatur iuriſ-
dictio, ſiue, vt hodie dicimus, in iu-
dice ad vniuerſitatẽ cauſarum de-
legato, *ſecundum ea, quae diximus ſu*
pra num. 37. nam in iudicem ſpe-
cialem verius eſt, ſolam cauſæ co-
gnitionem, & pronuntiationẽ tran
ſire, non etiam ea, quæ ſunt maio-
48 ris poteſtatis, † *ut rectè docuerunt*
(ſi de hoc intelligantur) Bart.in d.l.
2. num 2. & ibi Caſtr.nu.7. Iaſ.nu.
11.verſ.4.ff.de Iuriſd. ideſt, quæ sũt
mixti imperij, quęuè reſpiciũt exe-
cutionem, & coercitionem; nã hęc,
nec olim tranſibant in iudicem da-
tum, nec tranſeunt hodie in iudicẽ
ad vnam tantum cauſam delega-
tum, quippe, qui, licet habeat iuriſ-
dictionem, cenſetur tamen eam
habere conſtrictam, & limitatam
ad cognitionem, & pronuntiatio
nem, *ut latius oſtendemus in 9. cap.*
quaeſt.3.

Ad Quartum denique reſpon-
deo, modicam coercitionem, quę
tranſit in iudicem ſpecialem, ſiue
ad vnam tantum cauſam delegatũ,
non

non esse realem, aut personalem, sed tantum verbalem, † *ut rectè ueteres (si de hoc etiam accipiantur) tradiderunt, sicuti referemus in hoc cap. quæst. 15. num. 15.* nam realis, & personalis, vt est coercitio, quæ fit multa, aut pignoribus, siue missione in possessionē, aut vinculis, transit quidem in eum, cui mandatur iurisdictio, *ut dicemus in dict. quæst. 15. num. 16. & qq. seqq. usque ad quæst. 22.* siue, vt hodie dicimus, in iudicem ad vniuersitatē causarum delegatum, sed non in iudicem specialem, vt pote, in quem transferri non solent ea, quæ sunt mixti imperij, *ut dicemus in 9. cap. quæst. 3.* Et hęc de missione in possessionem.

S V M M A R I V M.

1 *Missio in possessionem ex secundo decreto fit in causa damni infecti.*

2 *Missio in possessionem ex secundo decreto transfert ius usucapiendi.*

3 *Missio in possessionem ex secundo decreto est mixti imperij.*

4 *Secūdum decretum est mixti imperij etiam quoad cognitionē, & pronuntiationem.*

5 *Missio in possessionem ex secundo decreto specialiter tribuitur. Sed contra nu. 6.*

7 *Missio in possessionem ex secūdo decreto non potest delegari, etiā quoad pronuntiationē nu. 8. Sed contra num. 9.*

10 *Declaratur l. cognitio 4. §. ut possessio ff. de off. eius, & nu. 11. & 12.*

An iubere possideri mandari possit.

Quæstio Decimatertia.



Exto, & vltimo videamus, an iubere possideri sit mixti imperij, & an cōpetat iure magistratus, possitque mandari. Vtique autem de eo iussu loquimur, qui secundo decreto fit, & transfert possessionē, non custodiam, vt in causa damni infecti, cum post missionem in possessionem adhuc duratur non caueri, quo casu prętor solet ei, quem in possessionem misit, causa cognita iu-

1 bere, vt possideat † *l. dies cautioni 4. §. si forte l. prator ait 7. §. 1. l. si finita 15. §. non autem ff. de damn. inf. l. 3. §. ult. ff. de acq. poss. l. 3. §. 1. ff. de reb. eor.* nam, quia transfert eo modo possessionem, & simul cum ea dominij longo tempore quærendi

2 facultatem † *l. pratoris 5. in princ. l. si finita 15. §. Iulianus, & §. si de vectigalibus ff. de damn. inf. dict. l. 3. §. ult. ff. de acq. poss.* ideo propriè loquendo dicitur iubere possideri, non verò mittere in possessionem, *ut ostendimus in quæst. praced. nu. 3. & 13.* Sed, quia vulgo solet etiam hic iussus missio in possessionem appellari, quasi hęc, nō solū primo, sed etiam secūdo decreto fiat, ideo, ne videamur in verbis facere vim, & nos hunc iussum missionem in possessionem ex secundo decreto nuncupabimus.

Hanc igitur missionem rectè fatentur omnes esse mixti imperij,

3 † *ut gl. in l. iubere caueri 4. & ibi Bart. in princ. vers. 3. opp. Castr. nu. 3. & 4. Ias. num. 20. Purp. num. 17. ff. de Iurisd. gl. in l. dies cautioni 4. §. si intra, in verb. possessionem, & ibi Castr. num. 4. ff. de damn. inf. Bart. in l. Imperium 3. num. 19. & ibi Dec. num. 55. Caccialup. num. 55. Purp. num. 312. vers. 2. Valas. num. 230. ff. de Iurisd. Io. Gillo. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 11. num. 3. & cap. 12. Equ. Baro ad l. ult. ff. de off. eius, Coras. lib. lib. 3. Miscell. cap. 17. num. 17. Cuiac. lib. 21. obser. cap. 30. & ad l. un. in t. recit. ff. si quis iud. non obt.* siue loquamur de ipsa missione reali, siue

de

de cognitione, & pronuntiatione,
4 † *vti videre est apud Bart. in d.l. Imperium, nu.20. & ibi Caccial. nu.56. Purp. nu.317. vers. secundum, Valas. nu.232. Petr. Calas. nu.219. vers. in 4. ff. de Iurisd.*

Sed, an competat iure magistratus, non consentiunt omnes: nam veteres frequentius censuerunt, eã fuisse magistratibus tributam spe-
5 cialiter, † *vt gl. in d.l. iubere 4. ff. de Iurisd. Bart. in d.l. Imperium 3. num. 19. & 20. & ibi Caccial. num. 55. & 56. Valas. num. 230. Petr. Calas. nu. 207. ff. eodem*, ob id, quod etiam in causa damni infecti non potest a duumuiris expediri, cum prætor ex hac causa sibi iurisdictionem reseruarit *l. dies cautioni 4. §. duas ff. de damn. inf.*

Sed est verius, eam competere
6 iure magistratus, † *vt scripserunt Ant. Gon. lib. 1. de Iurisd. num. 29. & Cuiac. ad l. vbicunque 106. ff. de reg. iur. in 1. lib. Paul. ad edict.* quia, cum non fuerit aliqua, lege, vel S.C. vel constitutione principũ tributa, sed veniat ex edicto prætoris *d. l. prætor ait 7. §. 1. ff. de damn. inf.* Debet per consequentias censeri competere iure magistratus, non verò tributa specialiter, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. quæst. 1. num. 15. & quæst. 6. num. 5.* Et hoc non obstante, quod a magistratibus municipalibus expediri non possit, quia, vt sæpè dictum est, non sequitur, Magistratus municipalis hoc facere non potest, Ergo nulli competit iure magistratus, *vt ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 1. nu. 6. & q 6. nu. 7. & in omnibus ferè qq. præced. licet intelligere.*

Hinc facile est intelligere, quid statuendum sit, cum quærimus, an ea mandari possit: nam, & si veteres
7 frequentius censuerint non posse, † *uti videre est apud gl. in d. l. iubere 4. & ibi Castr. num. 4. Alex. num. 15. Ias. num. 22. Purp. num. 37. Seb. Sap. num. 13. ff. de Iurisd. gl. in l. a Diuo Pio 55. in princ. in verb. a se, & ibi Ang. num. 3. Imol. num. 8. Ias. nu. 25. ff. de re iud. Bart. in d.l. Imperium 3. num. 19. & ibi Caccialup. num. 55. Valas. num. 230. ff. de Iurisd. Bart. in l. necquicquam 9. §. vbi decretum nu. 8. vers. in 2. ff. de off. proc. & leg. Castr. in l. cognitio 4. §. vt possessio num. 3. ff. de off. eius, Dec. in l. omnia 72. num. 4. ff. de reg. iur. & in l. 2. nu. 5. de off. eius, Alb. in l. 1. in princ. nu. 56. ff. eod. Io. Gillo lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 11. num. 3.* siue loquamur de ipsa missione reali, siue de cogni-
8 tione, & pronuntiatione, † *vt scribunt gl. in d. l. iubere 4. & ibi Castr. num. 4. Alex. num. 15. Ias. num. 22. Purp. num. 44. Seb. Sap. num. 13. ff. de Iurisd. Bart. in d.l. Imperium 3. num. 20. & ibi Caccialup. num. 56. Cagn. num. 291. Valas. nu. 232. ff. eod. (licet de cognitione, & pronuntiatione contrarium censuerint Ang. in d.l. iubere 4. in princ. vers. nam ista gl. & nu. 1. & Purp. in d.l. Imperium 3. nu. 319. vbi falso supponit hanc esse communem.)* Et eorum sententia videatur hisce rationibus comprobari, &

Primo, quia, quæ plenam requirunt causæ cognitionem, non possunt demandari *l. necquicquam 9. §. vbi decretum ff. de off. proc. & leg. secundum communem intellectum, quẽ retulimus in hoc cap. quæst. 7. num. 7.* Sed missio in possessionẽ ex secundo decreto plenam requirit causæ cognitionem *l. dies cautioni 4. §. si forte ff. de damn. inf.* Nõ poterit igitur demandari.

Secundo, quia, quę non delegantur habentibus iurisdictionẽ, multo minus alijs delegari possunt *§. sed hoc iure Inst. de Attil. tut. coniuncta l. nec mandante 8. in princ. ff. de tut.*

tut. & cur secundum ea, quæ retuli-
mus in hoc cap. quæst. 3. num 80. Sed
missio in possessionem ex secundo
decreto non delegatur habentibus
iurisdictionem, nempe magistrati-
bus municipalibus in causa damni
infecti, vt pote, in qua prætor per-
misit quidem eis cautionem, & pri-
mum decretum, sed non secũdum,
quod fit causa cognita, quoniam id
suæ iurisdictioni reseruauit *dict. l.*
dies cautioni 4. §. duas, & §. si forte
ff. de damn. inf. Multo igitur minus
poterit hoc alijs delegari.

9 Contrarium tamen esse verius †
rectè Alcia. in d. l. Imperium 3. num.
221. & 225. & ibi Petr. Calef. num.
211. & Egu Baro ff de Iurisd. Alcia.
lib. 2. Parad. cap. 4. num. 4. Coras. in
d. l. cognitio 4. §. vt possessio num. 3. ff.
de off. eius, Ant. Gou. lib. 1. de Iurisd.
num. 27. & lib. 2. num 22. & ad l. so-
let 16. num. 3. ff. eod. Egu. Baro ad l.
vlt. ff. de off. eius, Cuiac. ad l. vbicun-
que 106. ff. de reg. iur. in e. lib. Paul.
ad edict. Petr. Fab. ad l. nemo potest
71. ff. de reg. iur. Vand. lib. 2. quæst.
iur. cap. 35. num. 15. Andr. Fach.
lib. 9. controu. cap. 98. & alij plerique
tradiderunt, & ex multis intelligi-
mus, ac

Primo *ex l. cognitio 4. § vt posses-*
sio ff. de off. eius, vbi Macer, *vt pos-*
sessio bonorum detur, inquit, *vel, si*
cui damni infecti non caueatur, vt is
possidere iubeatur, aut ventris no-
mine in possessionem mulier, vel is,
cui legatum est, legatorum seruando-
rum causa in possessionem mittatur,
10 *mandari potest*: nam † inter cætera,
quæ scribit posse demandari, recen
set illud, vt possidere iubeatur is,
cui damni infecti non cauetur, quæ
res fieri non dicitur, nisi, cum secun
dum decretum interponitur *l. præ-*
tor 7. §. 1. l. si finita 15. §. si quis au-
tem §. non autem, & §. vbi autẽ ff.
de damn. inf. l. 3. §. vlt. ff. de acq. poss.

Nec est, quod respondeas, illa
verba, *vt is possidere iubeatur*, esse
de primo decreto intelligẽda, cum
etiam is, qui mittitur in possessio-
nem causa custodiæ, dicatur iuberi
possidere, *l. ea, quæ 26. §. 1. ff. ad mu-*
nicip. l. 2. ff. quib. ex caus. in poss. eat.
& diximus in quæst. præced. num. 14.
11 Idest, esse in possessione, † *vt respon-*
dendo declarant Alex. in d. l. iubere
4. num. 15. & ibi Ias. num. 22. ff. de
Iurisd. Valas. in dict. l. Imperium 3.
nu. 232. ff. eod. quia verius est, Imo
12 esse intelligenda de secundo: † Nã,
præter id, quod is, qui mittitur in
possessionem ex primo decreto, nõ
nisi abusiuè dicitur iuberi posside-
re, *vt ostendimus in quæst. præced.*
num. 3. & 13. & vix semel, aut ite-
rum prudentes vsi sunt eo loquen-
di genere, constat etiam non posse
illa verba intelligi de primo decre-
to, ex eo, quia Macer ponit hæc, tã-
quam diuersa, mittere in possessio-
nem, & iubere possideri; Quo fit,
vt iubere possideri non possit refer-
ri ad primum decretum, quia hoc
modo non esset diuersum a missio-
ne in possessionem, cum ex primo
decreto non, nisi missio in possessio
nẽ fiat, *vt diximus in q. præced. nu.*
3. Necessariò igitur sunt accipiẽda
de secundo.

Secũdo confirmatur id ipsum ex
eo, quia quæ descendunt ex edicto
prætoris, mandari possunt, *vt con-*
stat ex ijs, quæ diximus in hoc cap.
quæst. 9. eo. 15. & 12. Sed iubere
possideri descendit ex edicto præ-
toris *dict. l. prætor ait 7. §. 1. ff. de*
damn. inf. Poterit igitur deman-
dari. *Ita Petr. Calef. in d. l. Imperiũ,*
num. 211.

Neque obstant contraria: nam
ad Primum respondeo, Imo etiam
ea, quę plenam causæ cognitionem
requirunt, posse delegari, *vt osten-*
dimus in hoc cap. quæst. 7. num. 4.

Nec

Nec probari contrarium *ex dict.* §. *vbi decretum*, quoniã alius est eiusee loci sensus, quam veteres putarint, *vt ibidem num. 18. latè demonstrauimus.*

Ad Secundum verò respondeo, id procedere in ea delegatione, quæ fit edicto prætoris, nos verò loqui de ea, quæ fit mandato magistratus, quæque multum ab illa distat, *vt diximus in quæst. praced. nu. 33.* Itaque, licet prætor edicto non permiserit duumuiris, vt in causa damni infecti possint causa cognita iubere possideri, & sie non delegauerit eis hanc potestatem in perpetuum, non tamen sequitur, quin magistratus, cui competit hoc ius, puta, prætor, aut præses, possit id ex suo mandato non solum in magistratum minorem, sed etiam in priuatum transferre, *vt in specie respondet Alcia. in d. l. Imperium, nu. 225.* quia, cum ei competat iure magistratus, *vt diximus supra nu. 6.* consequens est, vt mandari possit *dict. l. 1. in princ. ff. de off. eius.* Et hęc de ijs, quæ edicti executionem respiciunt.

SVMMARIVM.

1 Executio sentẽtia est mixti imperij, Declara, vt nu. 3.
2 Executio sentẽtia quibus modis fiat.
4 Executio sentẽtia specialiter tribuitur. Sed contra nu. 5.
6 Executio sententia mandari potest, quoad pronuntiationẽ, sed non, quoad ipsam realem executionem, Sed contra nu. 7.
8 Exequi suam sententiam potest is, cui mandata est iurisdictio.
9 Iudex datus non potest exequi suam sententiam.
10 Sentẽtiam iudicis dati exequitur is, qui dedit, siue sit magistratus, siue is, cui mandata est iurisdictio, & num. 11.
12 Delegatus hodie nõ potest exequi suã sententiam, & cur nu. 13.
14 Sentẽtiam iudicis delegati exequitur delegans.
15 Delegatus ad vniuersitatẽ causarum potest exequi suam sententiam.
16 Delegatus a principe potest exequi suam sentẽtiam tam iure ciuili, quã iure pontificio.
17 Delegatus a principe potest exequi sententiam etiam sui subdelegati.
18 Subdelegatus a delegato principis nõ habet ius exequendi.
19 Delegatus quilibet iure canonico potest exequi suam sententiam.

An executio sententiæ mandari possit.

Quæstio Decimaquarta.



NVNC de executione sentẽtię videamus, an sit mixti imperij, & an competat iure magistratus, possitq; mandari.

Et quidem esse mixti imperij, ita certum videtur, vt de hoc probabi-
1 liter dubitare nemo possit, † *Et in specie scripserunt gl. in l. a Diuo Pio 15. in prin. in verb. a se, & ibi Bart. num. 2. Ang. num. 1. Imol. num. 2. Ias. num. 5. 12. & 21. ff. de re iud. Ang. in l. tale pactum 40. §. qui prouocauit num. 8. ff. de pact. Ias. in l. & si non cognitio 4. num. 3. C. si contra ius, Alcia. in l. stipulationum 5. in princ. nu. 20. ff. de verb. oblig. Mart. Mont. in rub. ff. de off. eius, num. 47. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 8. & ad l. solet 16. ff. eod. Cuiac. lib. 21. obser. cap. 30. Bret. de ordin. iud. cap. 47.* nam, cum fiat, aut pignus capiendo, aut corpus retinendo, aut multam in-
2 dicendo † *l. sacrilegi 9. §. vlt. ff. ad l. Iul. pecul. & de pignoris capione, & distractione constat ex l. 1. l. 2. C. de exec.*

exec. rei ind. l. a Diuo Pio 15. §. in vẽditione ff. de re iud. l. si pignora 50. ff. de euictio De retentione verò corporis, seu detrusione in carcerẽ ex Paul. lib. 5. sent. tit. 26. & hæc omnia sint mixti imperij, vt de capione pignoris dicemus in quæst. 17. de vinculis in quæst. 19. de multa in quæst. 16. Consequens videtur, vt nec alterius ea, quam imperij mixti censeri possit.

Sed est verius, esse mixti impe-
3 rij, si a maiore magistratu fiat: †
nam is rectè dicitur vti imperio, cum pecuniam exigit d. l. sacrilegi 9. §. vlt. ff. ad l. Iul. pecul. quia imperium habet l. 2. ff. de in ius voc. & condemnatum non soluentẽ, quasi contumacem, potest remedijs prætorijs, idest, multa, vinculis, pignoribus coercere l. 1. §. cogenda ff. de ventr. insp. Cœterum, si fiat a minore, puta a magistratu municipali, quem & ipsum certum est, posse suam sententiã exequi l. quemadmodum 29. § magistratus ff. ad l. Aquil. quicquid Imol. in l. dies cautioni 4. §. si intra num. 2. ff. de damn inf. & alij censentur, magis est, vt non sit mixti imperij, quia non sit multa, aut vinculis (vt pote quibus non vtuntur minores, vt ostendemus in hoc cap. quæst. 16. & quæst. 19.) nec ea pignorum capione, quæ proficiscitur ex edicto prætoris, idest, quę fit per missionem in possessionẽ, quoniam ea, cum sit magis imperij, quã iurisdictionis l. iubere 4. ff. de Iurisd. a magistratu municipali fieri nõ potest l. ea, quæ 26. ff. ad municip. sed fit ea capione, quæ descendit ex lege municipij d. l. quemadmodum 29. §. magistratus ff. ad l. Aquil. ideoque non potest censeri mixti imperij, vt ostendemus in hoc cap. quæst. 17. cum fiat ab eo, qui mixtum imperium non habet; vt dicemus in hoc ipso cap. quæst. 23. eaq; ratione dicitur esse magistratus sine imperio, & potestate l. nec magistratibus 32. ff. de Iniur.

In Secunda verò quęstione censent veteres frequentius, ius exequendæ sententiæ fuisse magistra-
4 tibus tributũ specialiter; † Ita enim censuerunt omnes, qui tradunt missionẽ in possessionem tribui specialiter, quos retulimus in hoc cap. quæst. 12. num. 16. Et in specie de executione sentẽtia, Io. Gill. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 9. num. 1. & fuit de eorũdem mente, dũ aiunt, hoc ius esse mixti imperij, vt retulimus supra num. 1. nam apud eos in confesso est, ea, quæ sunt mixti imperij specialiter esse tributa, vt retulimus in hoc cap. quæst. 6. nu. 1.

Sed est verius, competere iure
5 magistratus, † vti rectius censuerũt ij, quos retulimus in ead. quæst. 12. nu. 17. & in specie de executione sententia Egu. Baro lib. 1. varia. quæst. fo. 41. quia, cum hoc iure competant modi, quibus executio fit, vt de missione in possessionẽ diximus in ead. q. 12. nu. 17. de multa dictione dicemus in q. 16. de corporis demum retentione in q. 19. Consequens est, vt eodem competere censeatur exequendi potestas.

Hinc intelligimus, perperam cẽsuisse veteres, executionem sententiæ posse quidem iure ciuili delegari, quo ad cognitionem, & pronuntiationem, sed non, quo ad rea-
6 lem ipsam executionem, † vt est de mente eorum, quos retulimus in dict. quæst. 12. num. 19. & in specie de executione sententia scribunt Ang. in l. a Diuo Pio 15. in princ. num 1. & ibi Imol. nu. 8. Ias. nu. 25. ff. de re iudic. quia verius est, Imo posse, etiam
7 quoad realem ipsam executionẽ, † vt rectius docuerunt Alcia. in d. l. Imperium 3. num. 207. vers. sed si ordinarius, & ibi Longo. nu. 173. in fin. ff. de

de Iurisd. Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. cap. 3. num. 27. & 28. Cuiac. ad l. aliquãdo 5. ff. de off proc. & leg. in 1. lib. quæst. Papin. & sentiunt omnes, quos referemus infra nu. 8. dũ aiunt mandata iurisdictione transferri potestatem exequendi: nam, cum possint modi, quibus ea fit, *vt de reali missione in possessionem diximus in ead. quæst. 12. num. 26. de multa dictione dicemus in quæst. 16. & de corporis retentione in quæst. 19.* Cur nõ poterit, & ipsa realis executio? Nec solum potest, sed (quod plus est) mandata etiam iurisdictione transfertur: nam is, cui mandatur iurisdictio, potest exemplo magistratuum suam exequi sententiã,
8 † *vt rectè docuerunt Alcia. lib. 2. Parad. cap. 4. num. 3. & cap. 5. num. 2. & 5. Purp. in rub. ff. de off. eius, num. 8. & ibi Muret. Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. cap. 3. num. 26. Egu. Baro ad l. more 5. & ibi Duar. ff. de Iurisd. Egu. Baro lib. 1. varia. quæst. fo. 36. & 39. & ad l. 2. ff. de Iurisd. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 8. & ad l. solet 16. ff. eod. Cuiac. ad l. aliquando 5. ff. de off proc. & leg. in 1. lib. quæst. Papin. Donell. lib. 17. commen. cap. 6.* quia mandata iurisdictione transeunt ea omnia, sine quibus iurisdictio non potest expediri *l. 2. ff. de Iurisd.* Itaque transit imperium, quod iurisdictioni cohæret *l. 1. §. vlt. ff de off. eius*, & sine quo iurisdictio futura est inutilis, & nulla *l. vlt. §. vlt. ff. eod.* Sed potestas exequendi est huiusmodi, quia sine hoc imperio, quod in exequendo consistit, iurisdictio nõ potest expediri, sed remanet inutilis, & nulla. Debet igitur mandata iurisdictione transferri. *Ita Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 4. num. 3. Duar. in d. l. solet 16. ff. de Iurisd.*

Sanè in Iudicem datũ huiusmodi potestas non transfertur: quia, cum cum non transeat iurisdictio *l. alt prætor 5. in prin. ff. de re iud. & ostendemus in 9. cap. quæst. 2. num. 9.* Cõsequens est, vt nec transire possit id imperium, quod iurisdictioni cohæret, *vt ibidem ostendemus num. 15.* Quamobrem nõ poterit iudex da-
9 tus suam exequi sententiam, † *vt rectè docuerunt Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 1. num. 10. cap. 4. num. 3. & cap. 5. nu. 2. Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. cap. 3. num. 25. & 26. Io. Gill. lib. 1. de Iurisd. & Imp. cap. 13. num. 2. & lib. 2. cap. 9. num. 1. & cap. 24. Duar. lib. 1. disp. annin. cap. 53. & ad tit. ff. de Iurisd. cap. 8. & ad l. more 5. vbi Coras. nu. 5. & Egu. Baro ff. eod. Duar. ad l. solet 16. ff. eodem. & ad tit. ff. de Iudic. cap. de Iudicibus datis, Coras. ad rub. ff. de off. eius, num. 9. & ibi Muret. Coras. ad l. 1. num. 24. ff. de Iurisd. Egu. Baro lib. 1. varia. quæst. fo. 36. & 39. & ad l. 2. ff. de Iurisd. Cuiac. ad l. aliquãdo 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. quæst. Papin. Don. lib. 17. comm. cap. 6. Bret. de ord. Iudic. cap. 47.* sed eam exequetur magi-
10 stratus, a quo datus est † *l. a Diuo Pio 15. in princ. ff. de re iud. & scribunt Duar. d. lib. 1. disp. annin. cap. 53. & ad tit. ff. de Iudic. cap. de Iudicibus datis, Coras. ad rub. ff. de off. eius. num. 9. & ibi Muret. Egu. Baro ad l. prætor 17. ff. de Iurisd. Ant Gou. ad l. 2. num. 11. ff. eod. Paul. Man. de leg. Roman fo. 172. Cuiac. ad d. l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. quæst. Papin. Anton. Guib. cap. 9. quæst. iur. num. 5. Brisso. lib. 5. de formul. fo. 514. Donell. d. lib. 17. comm. cap. 6. Bret. de ord. iud. cap. 47. Andr. Fach. lib. 9. contro. cap. 96.* vel etiam is, cui mandata est iurisdictio, si is
11 dedit iudicem, † *vt scribit Egu. Baro dict. lib. 1. varia. quæst. fo. 39.* Et hoc est, quod erroris causam præbuit antiquioribus: nam, quia putabant, etiam inspecto Digestorum

iure

iure nihil esse discriminis inter eũ,
cui mandatur iurisdictio & datum
iudicem, & in hunc reperiebant nõ
transferri potestatem exequendi *d.*
l. a Diuo Pio, Ideo simpliciter dixe-
runt, huiusmodi potestatem non
transire in eum, cui mandatur iuris
dictio, Quod perspicuè falsum est,
si respiciamus ad ordinaria iudicia,
& ad id ius, quod in Pandectis cõ-
tinetur. Cœterum, si ad extraordi-
naria, magis est, vt vera sit eorum
opinio, quia in iudicem extraor-
dinem delegatum (cui tantum in
vna causa mandatur iurisdictio) nõ
magis transfertur potestas exequẽ
di, quam transiret olim in iudicem
datum, quippe, cuius imaginem, &
naturam hodie refert delegatus in
omnibus eo excepto, quod hic de
causa delegata cognoscere, & iu-
dicare non potest absq; eo, quod
ius dicat, *vt ostẽdimus in Primo cap.*
q. 6. num. 9. cum alioquin iudex
datus ex ordine, idest, eum formu-
la iudicaret, non etiam iusdiceret,
cum ius dictum censeretur a præ-
tore, qui formulam ei præscripse-
rat, *vt diximus in eod. primo cap. q.*
4. nu. 17. & q. 6. num. 4. Itaq; verum
est, hodie iudicem delegatũ, idest,
eum, cui mandatur ad vnam cau-
sam iurisdictio, nõ posse suam exe-
12 qui sententiam † *l. pen. C. de agr.*
& cens. lib. 11. & scribunt gl. in d. l. a
Diuo Pio 15. in prin. in verb. a se, &
ibi Bart. num. 14. vers. mihi videtur,
Ang. num. 1. Alex. num. 5. & 6. Ias.
num. 3. 5. & 24. ff. de re iud. glo in l.
2. in verb. supponere C. de sportul.
gl. in l. vlt. in verb. mancipante, &
ibi Castr. num. 3. Ias. num. 5. C. de In-
dic. Bart. in l. iubere 4. num 3. ff. de
Iurisd. Ang. in l. tale pactum 40. §.
qui prouocauit num. 18. ff. de pact.
Imol. in l. iudex postea quã 55. nu 4.
ff. de re iud. Dec in l. cognitio 4. §. vt
possessio num. 1. ff. de off. eius, Alcia.
d. lib. 2. Parad. cap. 5. num. 10. Purp.
in rub. ff de off. eius, num. 8. & ibi
Mart. Mont. num. 47. Claud. Cant. d.
lib. 2. de off. iud. cap. 3. nu. 28. Quic-
quid censuerit Longon. in d. l. Impe-
rium 3. num. 170. ff. de Iurisd. quia
executio est mixti imperij, *vt dixi*
mus supra nu. 1. quod in huiusmo-
di delegatum non transfertur, *vt*
13 *ostendemus in nono cap. q. 3.* † *Ita*
Ang. in d. l. tale pactum 40. §. qui pro
uocauit num. 18. ff. de pact. & in d. l.
a Diuo Pio 15. in prin. num. 1. & ibi
Imol. num. 1. Alex num. 6. Ias. nu. 6.
ff. de re Iudic. Quamobrem senten-
14 tiam exequetur is, qui delegauit †
d. l. pen. C. de agr. & cens. lib. 11. &
scribunt gl. in d. l. tale pactum 40. §.
qui prouocauit, in verb. seruetur ff.
de pact. Bart. in d. l. a Diuo Pio 15. in
princ. numero 1. & ibi Bald. Ang.
Imol. Castr. Alex. Ias. & alij ff. de re
Iud.

Planè, si sit delegatus ad vniuer-
sitatem causarum, magis est, vt suã
15 sententiam exequi possit, † *vt rectè*
censuerunt gl. in d. l. 2. in verb. sup-
ponere C. de sportul. Ang. in d. l. tale
pactũ. 40. §. qui prouocauit nu. 18. ff.
de pact. Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 5.
numero 2 & 5. Purp. in d rub. ff. de
off eius, num. 8. & ibi Mart. Mant.
num. 71. vers. 8. vbi testatur hanc
esse communem Claud. Cant. d. lib. 2.
de off. ind. cap. 3. nu. 26. Quamquam
contrarium censuerit gl. in d. l. a Di-
uo Pio 15. in prin. in verb. a se ff. de
re iud. quia, cum posset is, cui man
dabatur in ordinarijs iudicijs iuris
dictio, *vt diximus supra num. 8.*
Consequens est, vt possit etiam ho
die iudex ad vniuersitatem causa-
rum delegatus, quippe, qui magis
illi, quam iudici dato comparatur,
vt diximus in primo cap. q. 6. num. 9.
vers. sanè.

Præterea delegatus a principe,
licet ad vnam tantum causam da-

tus fit, poterit tamen, & ciuili, &
pontificio iure suam exequi senten
16 tiam † *cap. significasti 7. c. in literis
9. c. quærcuti 26. De off. & pot. iud.
del. & scribunt Bart. in l. vlt. num. 1.
& ibi Ang. num. 3. Castr. nu. 3. C. de
Iudic. Bart. in d. l. a Diuo Pio 15. in
prin. nu. 2. & 13. & ibi Ang. nu. 1. 2.
& 3. in fi. Imol. nu. 1. Alex. n. 3. vers.
vnde sustineo, & num. 5. Ias. num. 9.
vers. contrarium, & num. 10. & 21.
vers. breuiter & nu. 22. ff. de re iud.
Bald. in l. si, vt proponis 4. num. 9. C.
quom. & quand. iud. Ang. in d. l. tale
pactum 40. §. qui prouocauit nu. 18.
ff. de pact. Imol. in d. l. iudex postea-
quam 55. num. 4. & 6. ff. de re iud.
Iac. de Nigr. in rubr. ff. de off. eius,
nu. 19. & ibi Mart. Mont. num. 47. &
54. Claud. Caut. d. lib. 2. De off. iud. c.
3. nu. 26. Io. Gill. lib. 2. De Iurisd. &
Imp. c. 23. & 24. Tametsi gl. in d. l. a
Diuo Pio 15. in prin. in verb. a se,
Alex. in d. rub. ff. de off. eius, num. 9.
Ias. in d. l. vlt. nu. 5. C. de Indic. Bret.
c. 47. de ord. iud. & alij pleriq; contra
rium de iure ciuili verius existima-
uerint.* Nec solum suam, sed etiam
17 suorum subdelegatorum † *vt scri-
bunt Bart. in d. l. vlt. nu. 1. C. de Iud.
Ang. in d. l. a Diuo Pio 15. in prin.
nu. 1. & 2. ff. de re Iud.* quippe, qui
non magis, quam ab ordinario de-
legati, sententiæ exequendæ pote-
18 statem habent, † *vt scribunt Alex.
in d. l. a Diuo Pio 15. in prin. nu. 3. 4.
& 5. et ibi Ias. nu. 21. vers. breuiter,
& num. 22. ff. de re iud. Reprobata
Bart. contrarium ibi nu. 24. senten-
tis opinione.*

Denique iure pontificio potest
quilibet delegatus suã exequi sen-
19 tentiam, † *vt scribunt Imol. in d. l. a
Diuo Pio 15. in prin n. 3. & ibi Alex.
nu. 6. Ias. nu. 24. ff. de re Iud.* Et hęc
de ijs, quæ executionem respiciũt.

SVMMARIVM.

1 *Coercitio modica, qua.*
2 *Contumax quis dicatur.*
3 *Iurisdictio sine modica coercitione vana est, & lusoria.*
4 *Coercitio modica dicitur imperium.*
5 *Coercitio modica dicitur imperium non merum.*
6 *Imperium mixtum aliud, & aliud modica coercitio, Sed contra nu. 7.*
7 *Coercitio modica est imperij mixti.*
8 *Imperium mixtum cur ita dicatur.*
9 *Mera qua dicantur.*
10 *Coercitio modica competit iure magistratus.*
11 *Coercitio modica mandari potest, & transfertur mandata iurisdictione*
12 *Imperium, quod iurisdictioni cohæret, siue, imperium non merum, imperium mixtum mandata iurisdictione transire, qualiter accipiatur & nu. 13. & 14.*
15 *Coercitio modica, qua transfertur mandata iurisdictione, intelligitur de verbali, Sed contra nu 16.*
16 *Iurisdictione mandata transfertur modica coercitio realis, & personalis.*
17 *Iurisdictio sine multa, vinculis & verberibus non potest expediri.*

An modica coercitio mandari possit.

Quæstio Decimaquinta.



VNC videamus de ijs,
quæ respiciunt coercitio-
nem. Vtiq; autem loqui-
mur de coercitione mo-
1 dica, † *de qua fit mentio in l. vlt.
§. vlt. ff. de off. eius, l. ossa. 8. §. si
2 in locum. ff. de relig. & sumpt.
fun. &* quæ plerumque simplici
coer-

coercitionis verbo continetur, vt
in l.2. §.exactis ff. de orig.iur. l.2.ff.
de in ius voc. Nam grauior coerci-
tio, cũ ſit meri imperij l.ſi quid erit
11.ff. de off. proc. & leg. & diximus
in hoc cap.quæſt.2.num.5. non per-
tinet ad quęſtionem propoſitam,in
qua de ijs diſputamus, quæ mixti
imperij ſunt, & quærimus, an ea
mandari poſſint. Modicam autem
coercitionem, cum dicimus,intel-
ligimus poteſtatem plectendi con-
tumaces, & inobedientes ciues,
ideſt,eos, qui iusdicenti non obtẽ-
2 perant † l. 1. §. propter caſum ff. de
poſtul. l. contumacia 53. in princ. ff.
de re iud. quæ ideo data eſt magi-
ſtratibus, quia ſine ea vana,& luſo-
3 ria eſſet eorum iurisdictio † l.vlt.§.
vlt. ff. de off.eius, cap. paſtoralis 28.
in princ. cap.ex literis 29. De off. &
pot.iud.del. Nam, ſi quem manda-
rent euocari,poſſet is,aut nolle ve-
nire,aut latitare,nec ſui conueniẽ-
di poteſtatẽ facere, aut venire qui-
dem, ſed iusdicentium præcepto,
aut ſententiæ non parere,quo caſu,
niſi magiſtratus aliquibus remedijs
poſſent eum cogere ab obędiendũ,
& coercere, eſſet eorum iuriſdictio
luſoria, & ridicula, Quod, ne con-
tingat,data eſt illis poteſtas cogen-
di, & coercendi renitentes certis
modis,ſiue remedijs, quæ prætoria
nuncupantur d.l. 1. §. cogenda ff. de
ventr.inſp. Hæc igitur poteſtas di-
citur modica coercitio,ſine qua iu-
risdictio nulla eſt d.l.vlt. §.vlt.ff.de
off.eius; Et, quia non conſiſtit in
ſimplici dictione iuris, ſed continet
vim maiorem (quam tamen rectè
magiſtratus infert,ideſt iure licito,
& iure honoris, quem ſuſtinet l.3.
§. 1. ff. quod met. cauſ. ideo dicitur
4 imperium † l. vlt. §. vlt. ff. de off.
eius, &, qui coercet, vti imperio l.
ſacrilegi 9. §. vlt. ff. ad l.Iul. pecul.
Sed, quia eſt imperium, quod iu-
risdictioni cohæret, nec ab ea ſepa-
ratur l.1. §.vlt. ff. de off. eius, ideo
5 dicitur imperium non merum † l.
vlt. §. vlt. ff.de off.eius,ideſt,impe-
rium mixtum,vt explicant Caſtr.in
l.1.§.qui mandatam num.6.ff.de off.
eius, Paul.Oria.in l.1. in princ. num.
36.& ibi Mar.Salom.num.11.ff.eod.
Egu. Baro ad l.vlt.ff.eod.Anton.Gou.
ad l.Imperium 3. num.31. ff. de Iu-
risd. Andr.Fach.lib.9. controu. cap.
98. & eſt de mente omnium, quos re-
feremus inf.num.7. Et,quamquam
plerique cenſuerint,aliud eſſe mo-
dicam coercitionem, ſiue imperiũ
non merum, aliud imperium mix-
6 tum, † vt gl.in d.l.1. §.vlt. in verb.
cohæret ff.de off. eius, gl.in d.l.Impe-
rium 3.in verb. mixtum eſt ff.de Iu-
risd. Purp. in l.vlt. num.1. ff. de off.
eius,Vac.a Vacu.lib.6.decl.78. num.
5.Carol.Sigo.lib.2.de Iudic.cap.4.&
eſt de mente Nico.Bello.lib.3. Suppu.
cap.6. num.2. Fuit tamen eorum
opinio frequẽtius improbata, quia
verius eſt, modicam coercitionem
eſſe imperium mixtum, ſeu mixti
7 imperij.† vt rectè docuerunt Caſtr.
in d.l.1.§. qui mandatam num.6. ff.
de off.eius,Seb.Sap.in l.vlt.num.5.ff.
eod.Mar.Salom.in l.1.in princ.num.
13. & ibi Cuiac.in 1.lib. quæſt. Pap.
ff.eod.Valaſ.in l.Imperiũ 3.nu.181.
& ibi Io.Iuuc.nu.12. Duar. & Ant.
Gouea.num.30. & ſeqq.ff.de Iuriſd.
Duar.lib.1. diſp.annu.cap.53. Ant.
Gou.ad l.ſolet 16.num.3.ff.de Iuriſd.
Cuiac.lib.21.obſ.cap.30.Vand.lib.2.
quæſt.iur.cap.35.nu.2. Ant.Fab.lib.
4.Coniect.cap.4. & ex multis intel-
ligimus, &

Primo ex eo, quia, cum imperij
duæ tantum ſpecies tradantur, me-
rum,& mixtum l.Imperium 3. ff. de
Iuriſd. & modica coercitio ſit im-
perium non merum d.l.vlt.§.vlt.ff.
de off.eius. Conſequens eſt,vt ſit im
perium mixtum.

Secundo,quia imperium, quod
dicitur, vel merum, vel mixtum in
d.l.Imperium, alibi dicitur, vel me-
rum,vel non merum l.1. §.qui man
datam verſ.verius, & d.l.vlt. §.vlt.
ff. de off. eius. Atqui merum vtro-
bique idem eſt. Ergo non merum,
& mixtum cenſentur vnum,& idē.
Ita Anton.Gou. in dict. l. Imperium
num.32.

Tertio,quia mixtum dicitur im-
perium,quod non eſt purum,& ſim
plex, nec a iuriſdictione ſeparatū,
ſed cum ea connexum, ac veluti
8 commixtum, † vt explicāt Caſtr. in
d.l.Imperium nu.2. & ibi Egu. Baro
Nico.Bello.lib.3. Suppu.cap.5.nu.3.
Duar.lib.1. diſp.ann.cap.53. Cuiac.
lib.21.obſ.cap.30. & ad l.1. ff.de off.
eius,in 1.lib. quaeſt.Papin. Muret.ad
rub. ff.de off.eius, Cuiac.ad l.cū præ-
tor 12. ff. de Iudic. Vand. dict. lib.2.
quaeſt.iur. cap.35. nu.3.Andr.Fach.
lib.9.controu.cap.95.cum generali-
ter mixta dicantur ea, quæ nō ſunt
ſimplicia,nec habent ſimplicem, ſi-
ue vnius rei naturam, ſed duplicē,
& ex duarum, aut plurium rerum
commixtione conſtantem, vt mix-
tæ actiones l.actionis 36.§.mixta ff.
de oblig.& act. mixta munera l.vlt.
in princ. ff.de mun. & hon. & id ge-
nus alia. Sed modica coercitio nō
eſt imperium purum, & ſimplex,
quia non eſt merum d. l.vlt. §. vlt.
ff.de off.eius, & mera dicuntur,quæ
ſunt pura, & ſola,nec cum alijs cō-
9 mixta † l.ſtipulationum 5.in prin.&
ibi not.Ang.num.1.Caſtr.nu.2.Alex.
num.3.Iaſ.nu.1.Coraſ.nu.3.Vaco. a
Vacu.lib.6. decl.78.num.7. vt mera
ratio l.ſi mandauero 22.§.ſi ij. quorū
ff.mand. mera pœna l.vn. §.vlt.ff.ſi
quis iud.non obtemp.mera voluntas
l.ſi ſic legatum 78. in princ. ff de leg.
primo merum factum l.qui res 98.§.
mihi Romæ ff de ſolut.merū ius gen-
tium l. bona fides 31. in princ. ff. de
poſ. merum officium d.l.ſtipulatio-
num.5. in princ.ff.de verb. oblig.tit.
Inſt. de diuiſ. ſtip. & id genus alia,
Nec eſt imperiū a iurisdictione ſe-
paratum, cum ei dicatur cohærere
d.l.1. §.vlt. ff.de off.eius. Eſt igitur
imperium mixtum.

Hanc autem modicam coerci-
tionem rectè fatentur omnes com-
10 petere iure magiſtratus, † & in ſpe-
cie Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 3.
Petr. Fab. ad l.nemo poteſt 71. ff. de
reg.iur. non, quia competat omni-
bus magiſtratibus, vt veteres arbi-
trantur; nam hoc falſum eſſe facile
erit ex ijs intelligere,quæ latius di-
cemus in quaeſt. ſeq. ſed, quia more
tributa fuit nō lege, vt ſcribit Petr.
Fab.in d.l.nemo poteſt, & de modica
coercitione, qua fit mulcta dicemus in
quaeſt.ſeq.de ea verò,qua fit vinculis,
in quaeſt.19.de ea demū,qua fit uerbe
ribus in q. 20. Quamobrem Vlpia-
nus in l.3. §.1. ff. quod met.cau.ſcri-
bit,magiſtratum inferre vim, ideſt,
vt ipſe interpretor, coercere Iure
honoris,quem ſuſtinet,ideſt iure ma-
giſtratus.

Hinc infertur, huiuſmodi coer-
11 citionem,& mandari poſſe,† vt ait
Petr.Fab.in d.l.nemo poteſt, & man-
data iurisdictione transferri dict.l.
vlt.§.vlt.ff.de off.eius,quia manda-
ta iuriſdictione trāsferuntur ea om
nia, ſine quibus iurisdictio nec eſ-
ſe, nec expediri poteſt l.2. ff.de Iu-
risd. Sed ſine modica coercitione
iurisdictio, nec eſſe, nec expediri
poteſt,tamquam nulla,inanis, & il-
luſoria dict.l.vlt.§.vlt. ff.de off.eius.
Debet igitur mandata iurisdictio-
ne transferri. Et ita videtur acci-
piendum,quod dicitur in l.1. §. vlt.
ff. eod. mandata iurisdictione tran-
ſire imperium, quod iurisdictioni
cohæret; nam eius imperij verbo
ſignificatur modica coercitio, ſi-
12 ne qua nulla eſt iurisdictio; † Ita
expli-

explicant gl. in d. l. 1. §. ult. in uerb.
imperium, & ibi Ang. in princ. Castr.
nu. 6. Ias. nu. 2. & 5. uers. 3. ff. de off.
eius. Similiter ita accipiendũ est,
quod dicitur *in d. l. ult. §. ult. ff. eod.*
mandata iurisdictione censeri quo
que mandarum imperium nõ me-
13 rum, quoniam, & hic † appellatio-
ne imperij nõ meri significatur mo
dica coercitio, vt declarant hęc ver
ba sequentia, *quia iurisdictio sine mo*
dica coercitione nulla est. Denique
ita est accipiendum, quod simpli-
14 citer dicitur, † mãdata iurisdictione
trãsire imperiũ mixtũ, *uti uidere est*
apud eos, quos retulimus in hoc cap.
quæst. 6. num. 16. nec enim omne
transfertur, sed id tantũ, sine quo iu
risdictio expediri non potest, vt est
modica coercitio, *ut latius ostende-*
mus in 9. cap. quæst. 1.

Verum, quoniam hæc est tri-
plex, verbalis, realis, & persona-
lis, dubitari potest, nunquid omnis
mandata iurisdictione trãsferatur,
an verò sola verbalis. Et veteres
quidem frequentius arbitrati sunt,
verbalem solam transire, & de ea
tantum accipiendum esse, quod di-
cimus, transire imperium, quod iu-
risdictioni cohæret, siue imperium
15 non merum; † *Ita enim censuerunt*
Bart. in l. Imperium 3. num. 12. &
ibi Alex. num. 27. Valas. num. 181.
ff. de Iurisd. Bart. in l. 2. num. 2. ff.
eodem Castr. in l. 1. §. qui mandatam
num. 6. ff. de off. eius, Alex. in l. iube-
re 4. num. 12. ff. de Iurisd. & alij
ueteres passim, Quorum sententia
videtur ea ratione cõprobari, quia
debet hoc intelligi de ea modica
coercitione, sine qua iurisdictio
consistere nõ potest *d. l. ult. §. ult. ff*
de off. eius. Atqui sine modica coer-
citione reali, & personali iurisdi-
ctio consistere potest. vt intelligi-
mus ex eo, quia magistratus muni-
cipales habent iurisdictionem, &
tamen non habent modicam coer-
citionem realem, aut personalem,
cum, nec multa, nec vinculis, nec
verberibus contumacem coerce-
re possint, *uti de multa ostendemus*
in quæst. seq. de uinculis in quæst. 19.
De uerberibus in quæst. 20. Non est
igitur de reali, aut personali coer-
citione accipiẽdum, sed tantum de
verbali.

Sed est verius, etiam realem, &
personalem mandata iurisdictione
16 transferri, † *ut Ang. in l. 2. num. 4. ff.*
de Iurisd. Alcia. lib. 2. Parad. cap. 1.
num. 2. Io. Iune. in l. Imperium 3. nu.
12. & ibi Petr. Calas. num. 193. uers.
opponit ff. de Iurisd. Vaco. a Vacu. lib.
6. decl. 78. nu. 5. & ij, quos referemus
num. seq. rectè tradiderunt: Nã mo-
dicam coercitionem, cum dicimus,
intelligimus potestatem plectendi,
& coercendi contumaces mulia,
vinculis, verberibus *l. 5. §. cogenda*
ff. de uentr. inspic. Vnde Cicero lib.
3. de legib. *Magistratus*, inquit, *nec*
obedientem, & noxium ciuem multa,
uinculis, uerberibusque coerceuto,
quæ potestas ideo cohæret iurisdi-
ctioni, nec vnquam ab ea separa-
tur, quia sine ea iurisdictio nõ pos-
17 set expediri, † *ut eleganter explicat*
Egu. Baro lib. 1. uaria. quæst. fo. 23.
Ant. Gou. lib. 1. uaria. lectio. cap. 46.
& lib. 1. de Iurisd. num. 33. Cuiac.
ad l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. quæst.
Papin. Petr. Fab. ad l. nemo potest 71.
ff. de reg. iur. Bret. de ord. iudic. cap.
47. Quamobrem antiquorum ex-
plicatio merito fuit *ab Alcia. d. lib.*
2. Parad. cap. 1. num. 2. Vaco. a Vacu.
d. lib. 6. decl. 78. num. 5. & alijs im-
probata.

Nec ex eo, quod magistratus
municipales nõ possunt his modis
coercere, rectè infertur, præto-
rum, aut præsidum iurisdictionem
sine ijs posse consistere, quia licet
sine ijs consistat iurisdictio mino-

rum, non tamen cōsistit iurisdictio maiorum, Quod, vt liquidò cōstet, ac simul etiam appareat, verum esse, quod diximus, modicam illam coercitionem, quæ mādata iurisdictione transfertur, esse potestatem coercendi contumaces multa, vinculis, & verberibus, ratio postulat, vt separatim de reali, & personali coercitione dispiciamus, & inquiramus, an ea mandari possit, mandatauè iurisdictione transferatur.

S V M M A R I V M.

1 *Multa coercentur contumaces.*

2 *Magistratus possunt multa coercere, Declara, vt nu. 3.*

4 *Multa dictio competit magistratibus maioribus.*

5 *Magistratus municipales habent multa dictionem, Sed contra num. 21.*

6 *Declaratur l. vn. in princ.* ff. *si quis iud. non obt. & num seqq. vsque ad nu. 12. & num. 47. & seqq. vsq; ad num. 56.*

12 *Declaratur l. 2. C. de sportu, & num. 57.*

13 *Magistratuum genera quot.*

14 *Declaratur l. aliud 131. §. vlt.* ff. *de verb. signi. & nu. 22. 23. 24. 29. 71. 76. 80. 91. & 92.*

15 *Mandata dirigebantur ad prouinciales.*

16 *Magistratus vrbani dicunt multam more.*

17 *Multa dictio competit ijs, quibus publicè iudicium est, Declara, vt num. 25.*

18 *Magistratibus municipalibus publicè iudicium est, Sed contra num. 58.*

19 *Magistratus municipales habent modicam coercitionem, Declara, vt nu. 59.*

20 *Coercitio, qua fit multa, est modica.*

25 *Declaratur l. 2. §. vlt.* ff. *de Iudic. & nu. 27. 28. 73. 77. 81. & 93.*

26 *Magistratus populi Romani dicuntur soli vrbani.*

30 *Magistratus municipales sunt minores.*

31 *Magistratus minores nō possunt multā dicere, quod defenditur nu. seqq. vsque ad nu. 47.*

34 *Magistratuum municipalium officiū consistit potius in administranda Rep. quam in iure dicundo, & num. 39.*

35 *Magistratus municipales cauēt Rēp. saluam fore.*

36 *Procurator Cæsaris cur creatus.*

37 *Curator Resp. cur dicatur logista.*

38 *Defensores ciuitatum cur creati.*

40 *Tribuni plebis cur introducti.*

41 *Tribunus plebis potest dicere multam.*

42 *Defensores ciuitatis hodie possunt dicere multam, Sed contra num. 44.*

43 *Defensores ciuitatum etiam olim habebant iurisdictionem.*

46 *Pœna est, non multa, qua propter crimen irrogatur.*

55 *Iurisdictio appellatione qui veniant.*

60 *Declaratur l. magistratibus 12.* ff. *de Iurisd. & num. seqq. vsque ad nu. 64.*

64 *Multa dictio est meri imperij, Imo mixti nu. 65.*

66 *Iurisdictio sine multa, vinculis, verberibus expediri nō potest, Declara, vt nu. 67. & 68.*

69 *Prætor multa dictionem habet.*

70 *Multa dictio non competit iure magistratus, Sed contra nu. 75.*

72 *Permitti, qua dicantur, & num. 80.*

74 *Multa dictio datur lege, Sed contra nu. 82.*

78 *Mandata principum qua.*

79 *Multa dictio non est tributa specialiter præsidibus.*

83 *Multa æstimatio qua lege facta.*

84 *Mul-*

An multæ dictio mandari possit.

Quæstio Decimasexta.



EALIS autem coercitionis, de qua prius nobis est
dispiciendum, duo cõstat esse genera: Quædã enim
proficiscitur ex more maiorũ, quædã verò ex edicto prętoris: Ex more maiorum proficiscitur coercitio, quæ fit multa, Et edicto verò prætoris ea, quæ fit captis pignoribus, aut iudicio pœnali, de quibus singulis tractaturi videamus.

Primo de ea, quæ fit multa. Dicitur autem multa fieri coercitio, cũ
magistratus indicta certæ pecuniæ
1 prętatione contumacem coercet † *l. aliud 131. §. inter multã ff. de verb.*
signi. & scribit Duar. ad tit. ff. si quis
iusd. non obt. cap. e. quod ei facere
2 permissum est † *l. 1. §. cogenda ff. de*
vẽtr. insp. l. 2. §. 1. ff. si quis in ius voc.
non ier. l. cũ eo. eo. ff. ad l. Iul. pecul.
si mulæ dictionẽ habeat: nec enim
aliter indicta multa debetur, quam,
3 si is dixerit, cui dicere licet † *l. si qua*
pœna 244. ff. de verb. sign.

Cui autem liceat, si quæramus,
constat haud dubiè licere maiori-
4 bus magistratibus † *vt scribũt Bart.*
in l. vn. in princ. num. 4. & ibi Castr. num. 1. ff. si quis iusd. nõ obt. idest ijs, qui imperiũ habent *l. 2. ff. de in ius voc.* puta cõsulibus, præfectis, prætoribus, prętidibus prouinciarũ, & id genus alijs, *vt de pratorib. cõstat ex l. 1. §. cogenda ff. de ventr. insp. de præsidib. ex l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb. signi. l. illicitas 6. §. vlt. ff. de off. praes.*

Cœterũ minoribus, idest, ijs, qui sine imperio, & potestate magistratus sũt *l. nec magistratib. 32. ff. de Iniur.* puta municipalibus, an liceat, dubitari potest. Fuerunt autem de hac re duæ nostrorum Interpretum sententiæ, Prima existimantiũ
5 etiam eis licere. † *Quæ fuit opinio*
gl. in d. l. vn. in princ. in verb. duumuiris, & ibi Bart. nu. 5. Aug. num. c. Alex. in prin. & nu. 5. vers. in ea ibi, & num. 8. (licet fateatur, contrariam opinionem esse multum sustentabilem) & num. 9. in fin. Ias. num. 8. Cagn. num. 50. & seqq. Cuiac. tam in 1. quam in 2. recit. ff. si quis iusd. non obt. Bart. in l. iubere 4. num. 3. ff. de Iurisd. Caccial. in l. Imperium 3. nu. 30. ff. eod. Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. cap. 3. nu. 10. & 21. Cuiac. ad l. 1. ff. de off. eius in 1. lib. q. Pap. Mouentur autem.

Primo *l. vn. in prin. ff. si quis iusd. non obt.* vbi Vlpianus, *Omnibus magistratibus,* inquit, *non tamẽ duumuiris, secundũ ius potestatis suæ concessum est, iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio:* nam ex his
6 verbis † ita argumentantur, De-
fendere suam iurisdictionem pœnali iudicio, siue, vt veteres interpretantur, coercere contumaces multa, licet omnibus magistratibus, Ergo & municipalibus, quia oratio vniuersalis nullum omnino casum excludit *l. Iulianus 66. in princ. ff. de leg. 3. Ita Alex. in dict. l. vn. in princ. num. 8. Claud. Cant. dict. lib. 2. de off. iud. cap. 3. num. 10.*

Et, si dixeris, excipi, duumuiros,
respondent, Imo non excipi, quia
non ait Vlpianus, *non tamen duum-*
uiris, sed, *non tantum duumuiris*,
7 vt legitur in plerisque codicibus, †
secundum gl. ibi in verb. duũuiris, &
Aug. in princ. vers. In text. ibi. Et
posito, quod legendum sit, *non ta-*
men duumuiris, vt legendum alij
fatentur, eorum tamen appellatio-
ne non contineri magistratus mu-
nicipales, sed quosdam officiales,
qui non habebant iurisdictionem,
sed solam rerum publicarum ad-
8 ministrationem, † *secundum Bart.*
in dict. l. vn. in princ. num. 5. & ibi
Alex. num. 5. vers. in ea ibi, & nu. 6.
vel habebant quidem iurisdictio-
9 nem, sed non eius exercitium, † *se-*
cundum Aug. ibi vers. in text. ibi, *&*
Castr. nu. 4. vel habebãt iurisdictio-
nem, sed non ciuilem, vt erant duũ
uiri, qui præerant carceribus, &
eorum curam, atque custodiam ha-
10 bebant, † *secũdum Claud. Cant. dict.*
lib. 2. de off. iud. cap. 3. num. 30. De-
nique dato, quod illa verba, *non*
tamen duumuiris, accipiantur de
magistratibus municipalibus, ita
tamen esse intelligenda, vt nõ pos-
sint multa coercere in magnis ne-
gotijs, sed in paruis possint, idque
significare illa verba sequentia. *Se-*
11 *cundum ius potestatis suæ*, † *vt in-*
terpretantur ibi gl. in verb. duum-
uiris. Bart. num. 5. Aug. num. 1. Ias.
num. 8.

Secundo mouentur *l. 2. C. de spor-*
tu. vbi Impp *Omnibus iudicibus*, in-
quiunt, *licentiam præstamus*, & pau-
lo post, *executores si cessauerint cau-*
sas eis instructas offerre, & remoue-
re ab executione eos, & alios idoneos
supponere, vel etiam multis afficere:
12 nam, † cũ dicant, se præstare licen-
tiã omnibus iudicibus, consequens
videtur, vt censeantur eam præ-
stare etiam magistratibus munici-
palibus, qui, & ipsi iudices sunt.
Ita Claud. Cantiun. dict. lib. 2. cap. 3.
num. 14.

Tertio mouentur *l. aliud 131. §.*
vlt. ff. de verb. sign. vbi Vlpianus,
Magistratus solos, inquit, *& præsides*
prouinciarum posse multam dicere,
mandatis permissum est: nam, cum
tria sint genera magistratuum; qui-
dam enim sunt vrbani, quidã pro-
13 uinciales, & quidã municipales, †
vt scribunt Anton. Gou. lib. 2. de Iu-
risd. num. 41. Cuiac. ad l. cum prætor
12 ff. *de iudic. Hoto. in comment.*
uerb. iuris in verb. magistratus.
Pard. Prat. in suo lexic. iuris, in ver.
magistratus, & illa verba, *Magistra-*
14 *tus solos*, non intelligantur † de vr-
banis, *vt mox ostendemus*, neque
de prouincialibus, vt certum est,
cum de ijs postea loquatur Vlpia-
nus, dicendo, *& præsides prouin-*
ciarum, consequens videtur, vt
necessariò sint intelligenda de mu-
nicipalibus. Non intelligi autem
de vrbanis, videtur ea ratione pro-
bari, quia loquitur ibi Vlpianus
de ijs magistratibus, quibus per-
missa est multæ dictio mandatis
principum, vt apparet ex illis ver-
bis, *mandatis permissum est*, quæ
tam magistratus, quam præsides
prouinciarum respiciunt. Huius-
modi autem non sunt magistratus
vrbani, quoniam hi non dicunt
multam ex principum mandatis,
quippe, quę non ad eos, sed ad pro-
15 uinciales dirigebãtur † *l. 3. ff. de off.*
præsid. l. solet 6. §. vlt. ff. de off. proc.
& leg. tit. Auth. de mandat. princ.
in principio coll. 3. sed eam dicunt
16 more, † *vt scribunt Egu. Baro lib.*
primo variarum quæstionum fo. 34.
Anton. Gouea. ad l. 1. numero 1. ff.
de Iurisd. Cuiac. ad l. more 5. ff. eo-
dem, & ad l. 1. ff. de offic. eius. in
primũ lib. quæst. Papin. Vnde Gell.
lib. 11. cap. 1. *Quando igitur*, in-
quit,

quit, *nunc quoque a magistratibus populi Romani more maiorum multa dicitur*, Non possunt igitur de ijs accipi prædicta Vlpiani verba.

Quarto mouentur, quia multæ dictio competit ijs omnibus, qui-
17 bus publicè iudiciũ est † *l. 2. §. vlt. ff. de Iudic.* siue, quibus data est iudicatio *d. l. aliud. 131. §. vlt. ff. de verb. sign.* Sed magistratibus muni-
18 cipalibus publicè iudicium est, † & data est iudicatio, cum de causis ad suam iurisdictionem pertinentibus haud dubiè iudicare possint. Ergo etiam eis competit multæ dictio. *Ita Alex. in d. l. vn. in prin. nu. 8. ff. si quis iusd. non obt. Cuiac. ad d. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin.*

Quinto mouentur *l. defensores. 5. C. de defens. ciuit.* vbi Impp. de ciuitatum defensoribus loquentes, *nullas*, inquiunt, *infligant multas*. nã si magistratus municipales, qui maiores sunt defensoribus, non possent dicere multam, frustra fuisset huiusmodi dictio defensoribus interdicta, quod non est verisimile. *Ita Cuiac. ad d. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin.*

Sexto mouentur, quia modicam coercitionem etiã magistratus municipales habent. Sed, quæ sit multa, est modica coercitio. Ergo etiã magistratus municipales eam habere debent. Maiorem probant, Primo *l. magistratibus 12. ff. de Iurisd.* vbi Vlpianus, *Magistratibus municipalibus*, inquit, *supplicium a seruo sumere non licet, modica autem castigatio eis non est deneganda*. Secundo probant maiorem, quia magistratus municipales haud dubiè iurisdictionem habent *l. vn. in prin. ff. si quis iusd. non obt. l. incola. 29. ff. ad municip.* Ergo & ea, sine quibus nulla est iurisdictio *l. 2. ff. de Iurisd.* Sed sine modica coercitione iurisdictio nulla est *l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius*, Debent igitur magistratus municipales habere modicam coerci-
19 tionem. † *Et ita fatentur glo. in d. l. vn. in prin. in verb. duumuiris, & ibi Bart. num. 4. ff. si quis iusd. non obt. Claud. Cant. d. lib. 2. de off. iud. ca. 3. nu. 11. Zaz. c. 10. sing. intell. Cuiac. ad l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin.* Minor verò probatur, quia, si quæ sit multa, coercitio non esset modica sed grauis non transiret in legatum Proconsulis *l. si quid erit. 11. ff. de off. proc. & leg.* Atqui transit *l. 2. ff. quis, & a quo app.* Non est igitur grauis, sed modica coercitio,
20 † *Quod etiam fatentur Ang. in l. 2. num. 4. ff. de Iurisd. Caccial. in l. imperium 3. nu. 30. ff. eo. Cuiac. ad d. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin. Vaud. lib. 2. q. iur. c. 35. nu. 3.*

Verum his non obstantibus veriorem esse puto sententiam existimantium magistratus municipales
21 non habere multæ dictionem. † *Ita enim censuerunt Castr. in d. l. vn. in prin. nu. 1. & 5. ff. si quis iusd. nõ obt. & in l. 1. nu. 3. ff. de damn. inf. Alcia. in l. stipulationum. 1. in prin. nu. 23. ff. de verb. oblig. Io. Iunc. in l. Imperiũ 3. nu. 22. & ibi Longo. nu. 174. Petr. Calaf. nu. 193. ff. de Iurisd. Zaz. cap. 10. sing. intell. Coras. ad l. magistratibus. 12. num. 7. & ibi Egu. Baro ff. eod. Coras. ad l. illicitas. 6. §. fin. nu. 4. ff. de off. præsid. Egu. Baro ad l. vlt. ff. de off. eius Ant. Aug. lib. 3. emend. c. 6.* Non moueor autem, vt ita sentiam *l. vn. in prin. ff. si quis iusd. non obtemp.* qua mouentur alij, quia, licet a potestate iurisdictionis defendendæ excludat magistratus municipales illis verbis, *non tamen duũuiris*, secundum veram, & Florentinam lectionem, non tamen loquitur de multa, de qua nos in præsenti quærimus, sed de iudicio pœnali, quod lõgè a multa distat, *vt ostendemus in hoc c. q. 18.* Sed moueor,

Primo

Primo *l. aliud 131. §. vlt. ff. de*
verb. sign. nam, dum Vlpianus ait,
Magistratus solos, & præsides prouin
ciarum posse multam dicere, non lo-
22 quitur † de magistratibus munici-
palibus, nec de magistratibus in ge-
nere (vt alij perperam arbitrantur)
sed de magistratibus vrbanis, *vt*
rectè Corns. in d. l. 1. in prin. nu. 7. ff.
de off. eius, & alij pleriq; tradiderūt,
& hoc significat, solos vrbanos ma-
gistratus, & præsides prouinciarum
posse multam dicere; Non igitur
municipales. Non loqui autem eū
de magistratibus municipalibus ex
eo intelligimus, quia, cum dicat,
Magistratus solos, & præsides prouin
ciarum, & ita prius loquatur de ma
gistratibus, quam de præsidibus,
vtiq; supponit, magistratus, de qui-
bus agit, esse digniores præsidibus:
Alioquin enim eos non prætulis-
set, cum digniora sint præferenda *l.*
2. ff. de alb. scrib. Non potest autem
hoc intelligi de magistratibus mu-
nicipalibus, quippe, qui suberant
præsidibus, & eorum plerunq; ius-
sum expectabant *l. Lucius 47. §. cū*
in testamento ff. de adm. tut. & nos
diximus in hoc c. q. 3. nu. 3. & 39. De
ijs igitur nō loquitur, minus de ma
gistratibus in genere, quia, cum ge
neralis magistratuum appellatio cō
plectatur etiam prouinciales *l. 2. ff.*
de in ius voc. & diximus in 2. c. q. 1.
nu. 26. frustra subiecisset, *et præsides*
prouinciarum, si in præcedentibus
verbis de magistratibus in genere
locutus esset. Magis igitur est, vt
23 senserit de vrbanis. Et sanè † vete-
res prudentes, cum de magistrati-
bus populi Romani loquuntur, so-
lent vrbanos simpliciter vocare ma
gistratus, prouinciales verò, vel prę
sides, vel potestates, & his illos prę
ferre, *vt in l. eū qui 13. ff. de Iurisd.*
l. 1. §. 1. ff. quod quisq; Iur. l. 3. §. vlt.
ff. quod met. caus. l. 3. §. vlt. ff. de ar-
bitr. l. 4. §. vlt. ff. de inter. actio. l. 3. §.
1. ff. de reb. cor. l. 3. §. vlt. ff. ad l. Iul.
maiest. quoniam illi magistratus e-
rant, hi verò pro magistratu, *vt ostē*
dimus in 2. c. q. 1. nu. 23. Cum igitur
hoc alibi seruatum sit, cur non *&*
in d. l. aliud. seruatum ab Vlpiano
dici potest?

Nec est, quod aliquis causetur,
non posse idipsum censeri ab Vl-
piano seruatum eo, quod loquatur
de ijs magistratibus, quibus permis
sa est mulctæ dictio mandatis prin-
cipum, quæ res de vrbanis dici ne-
quit, *vt ex aliorum sententia retuli-*
24 *mus supra nu. 14.* quia † præter id,
quod etiam magistratus, idest, ij,
qui Romæ potestatem, & imperiū
habebant, puta consules in prouin-
cias mitti solebant, *vt ostendimus*
in 2. c. q. 1. nu. 19. ideoq; etiam ad
eos poterant dirigi mandata, respō
deo, licet mandata dirigerentur ad
solos prouinciales, debuisse tamen
in eis fieri mentionem magistratu-
um vrbanorum, & eorum potesta-
tis, quia, cum potestas prouincialiū
æstimaretur ex potestate vrbanorū
vt scilicet, quæ magistratus Romæ
facere poterant more, possent & in
prouincijs proconsules, & pręsides,
necessario fuit in mandatis expri-
mendum, quid Romæ facere pos-
sent magistratus, vt ex eo intellige-
remus, quid per consequentias in
prouincijs facere possent præsides.
Hoc igitur significare Vlpianum,
mandatis permissum, idest, expres-
sum esse, solos magistratus vrba-
nos, & præsides prouinciarum pos-
se multā dicere, Qui, meo iudicio,
verus est eiusce loci sensus, non,
quem alij comminiscuntur.

Secundo moneor *l. 2. §. vlt. ff. de*
Iudic. vbi Vlpianus, *His datur mul-*
ta dicenda ius, inquit, *quibus publicè*
iudicium est, & non alijs, nisi hoc spe
cialiter eis permissum sit: Quibus ver

bis

25 bis † non significat multæ dicendæ
ius omnibus cõpetere, qui publicũ
habent iudiciũ, seu publici iudicij
exercitionẽ, *vt censuerũt Men. de ar
bitr. iud. lib. 1. q. 74. n. 8. Hoto. in cõm.
verb. iur. in verb. multã dicere*, vel, q
habent iurisdictionẽ, & iudicãdi po
testatẽ, siue sint ordinarij, siue dele-
gati, *vt putarũt Ioan. Inne. in d. l. Im
periũ 3. n. 21. ff. de Iurisd. Claud. Cãt.
lib. 2. de off. iud. c. 3. nu. 20.* Sed signi
ficat, hoc ius datũ esse magistrati-
bus populi Romani, siue magistra-
tibus vrbanis, non etiam alijs nisi
specialiter hoc eis permissum sit: nã
ijs solis dicitur esse publicè iudi-
cium, qui populi Romani magistra
tus sunt, scilicet, quia publicum di-
citur, quod est populi Romani *l. bo
na ciuitatis 15. ff. de verb. sign.* & pu
blicè fieri dicuntur ea tantum, quæ
populi Romani authoritate fiunt.
Quo sensu publicum dicimus iudi-
cium *in tit. ff. & Inst. de publ. iud.* &
publicè coerceri crimen. *l. Lucius
Titius 11. §. vlt. ff. de Euict.* Populi
autem Romani authoritate iudiciũ
non habent, nisi vrbani magistra-
tus, quippe, qui soli suffragio popu
li creantur, *ut diximus in 2. cap. q. 1.
nu. 17.* soliq; proinde dicuntur po-
26 puli Romani magistratus † *l. uoluit
4. §. vlt. ff. de tut. act. l. 3. §. vlt ff.
quod met. caus.* Solis igitur vrbanis
dicitur esse publicè iudicium. Vn-
de Cic. lib. 3. de legibus, de vrbanis
loquẽs, *Omnes magistratus*, inquit,
auspicium, iudiciumq; habento.

Nec est contrarium, quod hoc
sensu posito sequeretur, prouincia-
libus non publicè, sed priuatim esse
iudicium, quod perquam absurdũ
videtur, *ex l. priuatorum 3. C de Iu-
27 risd. om. iud.* quia respondeo, † ipsũ
iurisdicundi, & iudicandi munus
publicum semper esse, *vt de illo cõ-
stat ex l. ille, a quo. 13. §. vlt. & l. seq.
ff. ad Treb. de hoc verò ex l. quippe
78. ff. de Iudic.* Sed personas, quibus
competit, nõ semper esse publicas,
ideoq; non semper eis esse publicè
iudicium: nam consules, & præto-
res, cœteriq; similes publicæ per-
sonæ sunt, quia sunt veri magistra-
tus in comitijs a populo creati, *vt
diximus in secundo c. q. 1. nu 17. &
18.* Quamobrem eis dicitur esse pu
blicè iudicium; At proconsules, &
propretores, siue, vt hodiè dicimus
præsides, si veritatem spectamus,
non sunt personæ publicæ, quia nõ
sunt magistratus, sed priuati consu
lum, aut prætorum loco in prouin-
ciam missi, *vt ostendimus in d. c. 2. q.
1. nu. 20. & 24.* ideoq; nec eis pro-
priè loquendo dici potest esse pu-
blicè iudicium. Sanè virtute subro
gationis, quia scilicet pro magistra
tu sunt, possunt, & ipsi publicæ per
sonæ nuncupari, & per consequen-
tias dici possunt habere publicè iu-
dicium, sed non principaliter, *secũ-
dum ea, quæ diximus in eod. 2. c. q. 1.
n. 26.* Simili ratione iudices, penes
quos olim erant iudicia, non dice-
bantur publicæ personæ, quia non
erant magistratus, sed priuati a ma-
gistratibus distincti *l. amissione 5. §.
vlt. ff. de capit. min. & diximus in 1.
c. q. 4 nu. 1.* Quamobrẽ nec eis dici
potuit esse publicè iudicium. Ad
hoc igitur respiciens Vlpianus *in
d. l. 2. §. vlt. ff de Iudic.* dum vult de-
finire, quibus competat multæ di-
28 ctio, † *His*, inquit, *datur multa di-
cenda ius, quibus publicè iudiciũ est*,
hoc est, quibus, tamquam magistra-
tibus data est populi suffragijs, &
sic publicè iurisdicundi iudicandi-
q; potestas, *Et non alijs*, idest non
priuatis, puta iudicibus, aut etiam
prouincialibus, qui verè priuati
sunt, *Nisi hoc specialiter eis permis-
sum sit*, vt præsidibus, quibus hoc
ius nominatim permissum est man-
datis principum, *d. l. aliud 131. §.
vlt.*

vlt.ff.de verb.sign. Quem esse verũ
eiusce loci sensum intelligimus *ex
ead.l.aliud.131.§.Item multam,* vbi
29 idem Vlpianus, † posteaquam, *Itẽ
multam,* inquit, *is dicere potest, cui
iudicatio data est,* eodẽ sensu, quo
dixerat *in d.l.2.§ vlt.* cui publicè iu
dicium est, declarat, quinam illi
sint, quibus data est iudicatio. Itaque subijcit, *Magistratus solos, & præsides prouinciarum posse multam dicere mandatis permissum est:* quibus verbis ostendit solis magistratibus vrbanis, & præsidibus prouinciarum datam esse iudicationem, vrbanis principaliter, quia magistratus sunt, præsidibus verò per cõsequentias, quia sunt pro magistratu, eosq; proinde solos posse multã dicere, *vt animaduertit Coras. in l. magistratibus 12.nu.7.ff.de Iurisd.* Non igitur municipales,

Tertio moueor, quia, si magistratus municipales haberent multæ dictionem, iam non amplius essent minores, sed maiores; nam maiores dicuntur magistratus, qui imperiũ habent *l.2.ff.de in ius voc.* idest, qui contumacem multa, vinculis, verberibusq; coercere possunt, *vt ostendemus in hoc c. q.23.* Nec enim ferendi sunt, qui maiores eos tantum esse putant, qui merum imperium habent, *vt referemus in ead.q.23.* cũ prætor non habeat imperium merum, *vt ostendimus in hoc c. q.2. nu. 66.* & tamen sit maior magistratus *l.2.ff.de in ius voc.* Si igitur, & municipales possent inobediẽtes multa, vinculis, verberibusq; coercere, iam non amplius essent minores,
30 sed maiores. Atqui minores sunt †
l.nec magistratibus 32.ff.de iniur.et scribunt omnes in l.1. in princ.ff.de off.eius, Coras.lib.3.miscell.c.6.nu.1. & in d.l.magistratibus 12.num.5.ff. de Iurisd. Non possunt igitur multa, vinculis, & verberibus coercere

Quarto demum me maximè mouet illud, quia, si magistratus municipales haberent multæ dictionem, deberent vtiq; eam habere etiam alij magistratus minores, cum maior non sit ratio, cur debeat potius competere municipalibus, quam alijs minoribus magistratibus. At-
31 qui cœteri minores non habent, †
vt procurator Cæsaris *l.2.C.de mod. mult.* defensor ciuitatis *l. defensores 5.C.de def.ciu.* curator Reip. *l.curator 3. C. de mod. mult.* & id genus alij, qui minores sunt. Nec igitur magistratus municipales.

Nec est, quod respondeas, diuersam esse rationem magistratuũ municipalium, & aliorum, quos supra enumerauimus, quia officium procuratoris Cæsaris, curatoris Reip. & defensoris ciuitatis consistit potius in administrando, quam in iure dicundo; Contra verò officium magistratus municipalis potius in iure dicundo, quam in administrãdo, ideoq; nil mirum, si nõ illis, sed his competat multę dictio, quippe, quæ non est ius administrationis, sed iurisdictionis, & ijs solis competit, qui ius dicunt, nõ etiam, qui
32 administrant, † *vt respondet Claud.
Cant.d lib.2.c.3.nu.17.* quia verius
33 est, Imo † & illorum officium in iu-
redicundo consistere, *vti de procuratore Cæsaris diximus in 5. c. q.2. nu.8. De defensoribus ciuitatum constat ex l.1.l.3.C.de def.ciuit.* & horũ etiam in administrãdo: nam & magistratus municipales Remp. administrant, eiusq; negotia gerunt, etiã
34 a iurisdictione separata † *l. Impera-
tor.11.l.quid ergo 13.ff.ad municip.* Quamobrem & ipsi Rempublicam
35 saluam fore cauent † *l.2.§.vlt.ff.eo.*
exemplo aliorum administratorũ *tit.ff.rem pup sal.for.tit.Inst.de satisd.tut.* ideoq; probabilem inter eos diuersitatis rationem non posse

se

se considerari.

Et, si dixeris, consistere quidem eorum omnium officium & in administrando, & in iuredicundo, sed diuersimodè quia officium magistratuum municipalium consistit principaliter in iuredicundo, per consequentias verò in administrando; Contra verò officium cœterorum, quos supra recensuimus, principaliter in administrando, per consequentias verò, & incidenter in iuredicundo, cum procuratores Cæsaris principaliter constituti sint, non, vt ius dicerent, sed, vt res fiscales curarent, exigerent vectigalia, & id genus alia facerent, quę patrimonij administrationem respiciunt, vt autem ius redderent inter fiscum, & priuatos, hoc paulatim eis vsu postea id exigente tri-
36 butum sit, † *vt eleganter ostendit Brisson. lib. 3. Select. antiq. c. 18.* Et simili modo curatores Reip. videantur initio constituti, non vt aliquam iurisdictionem exercerent, sed, vt rationes ad Remp. pertinentes diligenter conficerent, Quamobrem, & logistæ, quasi rationales
37 nuncupati sunt † *l. curator 3. C. de mod. mult.* Deniq; ciuitatum defensores fuerint & ipsi principaliter constituti, vt plebem ab iniurijs defenderent, non, vt essent ordinarij
38 iusdicentes † *l. vtili. 3. l. in defensoribus. 4. l. defensores. 5. C. de def. ciuit.* ideoq; non videri eandem illorum, & magistratuum municipalium causam, Respondeo, Primo, si spectemus hoc, idem esse de duumuiris, quod & de cœteris dicendũ, quoniam & ipsorum munus consistit principaliter, & potius in administrando, quam in iure dicundo,
39 † *vti videre est in d. l. Imperator 11. d. l. quid ergo. 13. ff. ad municip. & scribit Vaud. lib. 1. q. iur. c. 22. nu. 4.* Secundo respõdeo, ad hoc, vt quis habeat multæ dictionem, non esse spectandum, vtrum principaliter fuerit institutus iurisdictionis exercendæ gratia, an verò incidenter, sed vtrum sit maior, an minor magistratus: Nam & Tribuni plebis (quorum imaginem referũt in municipijs defensores ciuitatum, *vt ostendimus in hoc c. q. 3. nu. 74.*) non fuerunt Romæ constituti, vt iurisdictionem exercerent, sed vt intercederent, & plebem a potentiorum
40 iniurijs defenderent, † *vt diximus in hoc ipso c. q. 3. nu. 51.* Vnde Gell. lib. 13. c. 12. *Tribuni plebis*, inquit, *antiquitus creati videntur, non iuri dicundo, nec causis, querelisq; de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus præsentes fuissent, vt iniuria, quæ coram fieret, arceretur:* Et tamen, quia populi Romani magistratus erant, & quidem maiores, multam irrogare poterãt. Quamobrem & ab eis multam di-
41 ctam legimus † *apud eund. Gell lib. 7. c. 19. vt referunt Bud. in annot. ad l. 2. §. vlt. ff. de Iudic. Men. de arbitr. lib. 1. q. 74. nu. 15.*

Minus est, quod respondeas, defensores ciuitatum non habuisse multæ dictionem olim, quia non habebant iurisdictionem, nec iudicabant, sed erant instar tribunorũ plebis, *vt dictum est.* Hodie verò iurisdictionem habere, & fungi munere iudicandi §. *vt iudicare Auth. de defens. ciuit. coll. 3.* ideoq; per cõsequentias habere ius multæ dicen-
42 dæ, † *vt censet Claud. Cant. d. lib. 2. c. 3. nu. 15. 16. & 18. & fuit de mente gl. in d. l. vn. in prin. in verb. duumuiri, in prima opin. ff. si quis iusd. non obt. & aliorum, qui censent in defensoribus ciuitatum ius antiquum esse correctum:* quia verius est, Imo etiã olim habuisse iurisdictionem, sed constrictam, & limitatam ad certũ causarum genus: poterant enim co-

gno-

gnoſcere, & iudicare de leuioribus
43 cauſis vrbanæ, ruſticæq; plebis † *l. 1. l. 3. C. de def. ciu.* & etiam hodie
44 non habere multæ dictionem, † *vt rectè cenſuerunt Petr. Calaſ. in d. l. Imperium 3. nu. 193. ff. de Iuriſd. & alij*. quia in hac re non legitur ius antiquum a Iuſtiniano mutatum, licet eius conſtitutione leuiorum criminum cognitio, & coercitio fuerit eis tributa §. *audiāt Auth. de def. ciuit. coll. 3. Qua de re dicemus infra nu. 60. & 61.*

Deniq; non eſt, quod reſpondeas non poſſe huiuſmodi perſonas indicere multam, quæ propter delictum irrogatur, ſed eam, quę pro-
45 pter contumaciam poſſe, † *vt reſpōdet Longo. in d. l. Imperium nu. 164.* quia verius eſt, multam, quam dicimus aliquem poſſe, aut non poſſe dicere, eam intelligi, quæ propter contumaciam, & inobedientiam irrogatur; nam, quę propter delictū ſaltem nominatum indicitur, pœna
46 eſt, non multa † *l. aliud 131. in prin. l. ſi qua pœna 244. ff. de verb. ſign.*

Neq; huic ſententiæ aduerſantur contraria: nam ad Primum re-
47 ſpondeo, † negando legem illam loqui de multa; quia loquitur de pœnali iudicio, quo permiſſum eſt magiſtratibus ſuam iuriſdictionem defendere, quod longè a multa differt, *vt oſtendemus in hoc c. quaſ. 18. num. 4.*

Secundo verò dato, quod idem eſſet multa, & iudicio pœnali coer-
48 cere, reſpondeo, Imo legem illam † probare contrarium: nam, cum ita ſcribat Vlpianus, *Omnibus magiſtratibus, non tamen duumuiris, ſecundum ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt, iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio*, ſatis apertè docet, huiuſmodi poteſtatem non competere magiſtratibus municipalibus, quippe, qui duumuirorum appellatione denotantur *l. dies cautioni 4. §. duas ff. de damn. inf. & diximus in*
49 *hoc c. q. 3. nu. 72.* † *Ita Io. Iune. in d. l. Imperium 3. nu. 22. & ibi Longou. nu. 174. Petr. Calaſ. nu 193. ff. de Iuriſd. Zaz. in ſing. intell. c. 10. Duar. lib. 1. diſp. ann. cap. 50. & ad tit. ff. ſi quis in ſd. non obt. cap. 2. & ad tit. C. vbi, & apud quem, Ant. Gou. ad l. magiſtratib. 12. ff. de Iuriſd. Ant. Aug. lib. 3. emend. c. 6. Cuiac. ad d. l. nu. ff. ſi quis in ſd. non obt. tam in 1. quam in 2. recit. & lib. 24. obſ. c. 25. Vaud. lib. 2. q. iur. c. 35. nu. 6.*

Nec obſtat, quod in quibuſdam codicibus legatur, *non tantum duūuiris*, quia verius eſt, legendum, *nō tamen duumuiris*, vt legitur in Pād.
50 Flor. & *legendum* † *præter ſupra relatos rectè Bart. in d. l. nn. in prin. n. 3. & ibi Caſtr. n. 2. Alex. in prin. Iaſ. nu. 8. & alij profitentur*, & probatur ea ratione, quia, ſi diceret Vlpianus, *non tantum duumuiris*, ſignificaret, minus eſſe dubitationis in duumuiris, quam in alijs magiſtratibus, cum illa verba, non tantum, iuncta cum illis, ſed etiã, quæ tacitè intelliguntur, ſint implicatiua, & extenſiua; implicant enim caſum minus dubitabilem, & extendunt diſpoſitionem ad caſum magis dubitabilem. Itaq; ſignificarent, non ſolum duumuiris (quod minus haberet dubitationis) ſed etiam alijs omnibus magiſtratibus (quod magis videretur dubitabile) conceſſū eſſe iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio: Et tamen certū eſt, minus ſubeſſe dubitationis in magiſtratibus populi Romani, & prouincialibus, quam in municipalibus, cum illi plus, quam hi iuris habeāt, *vt diximus in hoc c. q. 6. nu. 22.* Non poteſt igitur Vlpianus cenſeri *non tantum*, ſed, *non tamen*, ſcripſiſ-
51 ſe; † *Et ita in ſpecie animaduerterūt Bart. in d. l. nu. in prin. num. 3. & ibi Caſtr.*

Castr. nu. 2. Alex. in prin. Ias. num. 8. ff. si quis iusd. non obt.

Minus obstat, quod dato etiam,
quod legendum sit, *nõ tamen duum
uiris*, non tamen illa verba viden-
tur accipiẽda de magistratibus mu
nicipalibus, sed potius de quibus-
dam officialibus, qui non sunt ma-
gistratus, nec iurisdictionẽ habent,
quia respondeo, Imo esse intelligẽ
da de magistratibus, qui iurisdictio
52 nem habent: † nam, cum exceptio-
nem contineant, debent per conse-
quentias esse de regula *l. nam, quod
liquida 4. §. vlt. ff. de pen. leg.* Atqui
regula loquitur de magistratibus,
qui iurisdictionem habent, vt appa
ret ex illis verbis, *Omnibus magi-
stratibus*, & ex illis, *iurisdictionem
suam*. De ijs igitur est etiam acci-
pienda exceptio, quæ sub illis ver-
bis, *non tamen duumuiris*, contine-
53 tur, † *vt rectè animaduertit Claud.
Cant. d. lib. 2. c. 3. nu 29.* Quamobrẽ
supradicta expositio non immeri-
to fuit *a Longou. in d. l. Imperium nu.
163. & alijs* improbata.

Non obstat pariter, quod illa ver
ba intelligantur quidem de magi-
stratibus, sed de ijs, qui carcerũ ha-
bent custodiam, non etiam de mu-
nicipalibus, quia respondeo, Imo
intelligi de municipalibus, non ve-
rò de ijs, qui carcerum habent cu-
54 ram, † Quod, vel ea ratione proba-
tur, quia prætoris edictum pertinet
ad iusdicentes, cum eos coerceat,
qui iusdicenti nõ obtemperant *vt
apparet ex d. l. vn. in prin. vers. is
videtur, et ex ipsa rub ff. si quis iusd.
non obt.* Duumuiri autem, qui car-
cerum habebant custodiam, non
erant iusdicentes, quia iusdicentis
appellatione non continentur, nisi
prætores, & præsides, & id genus
alij, qui ciuilem iurisdictionem ha-
55 bent † *l. 1. ff. de Iurisd. l. si filius. 12.
ff. de vulg.* Non pertinet igitur ad
eos prætoris edictum, & consequen
ter illa verba, *non tamen duumuiris*,
non possunt intelligi de ijs, qui car-
cerum habebant custodiam, sed po
tius de magistratibus municipali-
bus, secundum ea, quæ diximus *su-
pra nu. 49.*

Denique non obstat, quod illa
verba ita videantur accipienda, vt
magistratus municipales non pos-
sint quidẽ dicere multas magnas,
& in magnis causis, sed possint in
causis leuibus, quia respondeo, hoc
56 perspicuè falsum esse: † nam, cum
regula loquatur de causis ad cuius-
que iurisdictionem pertinentibus,
vt apparet ex illis verbis, *secundum
ius potestatis suæ*, quæ significant,
posse quemque magistratum defen
dere suam iurisdictionem pro mo-
do suæ potestatis, & sic grauius, si
potestas maior sit, leuius si minor,
& ab hac regula excipiat Vlpianus
duumuiros, consequens est, vt hoc
velit, non posse magistratus muni-
cipales defendere iurisdictionem
suam in causis ad se pertinentibus,
& sic in causis leuibus. Alioquin
enim perperam subiecisset illa ver-
ba, *Non tamen duumuiris*, cum sim-
pliciter dicendo omnibus magistra
tibus secundum ius suæ potestatis
concessum esse defendere suam iu-
risdictionem pœnali iudicio, signi-
ficasset licere maioribus in causis
grauibus, minoribus verò in causis
leuibus. Quamobrem supradicta
explicatio merito fuit *a Castr. in d.
l vn. in prin. nu. 3. & ibi Alex. nu. 6.
& alijs* improbata.

Ad Secundum verò respondent
nõnulli id esse singulare in nuntijs
delinquẽtibus in officio, quos etiã
delegati coercere possunt, *d. l. 2. &
dicemus infra nu. 99.* Cœterum re-
57 gulariter nõ posse. † *Ita Coras. in d.
l. magistratib. 12. nu. 7. ff. de Iurisd.*
Ego verò respondeo, legem illam
esse

esse intelligendam de magistratibus Romanorum, non etiã de duumuiris, quia loquitur de iudicibus, quorum appellatione non nisi vrbani, & prouinciales magistratus, tam Codicis, quam Institutionum, & Authenticorum iure continẽtur, *vt diximus in hoc c.q.10.nu.11.*

Ad Tertium responsio patet ex ijs, quæ diximus *in primo fundamento.* vbi demonstrauimus, legem illã non aliorum, sed nostram probare sententiam, quoniam illa verba, *magistratus soles*, non de municipalibus accipiẽda sunt, sed de vrbanis, qui præsidibus, cum quibus coniunguntur, solent in iure præferri.

Ad Quartum respondeo, negan-
do minorem: nec enim verum est
magistratibus municipalibus publi
cè iudicium esse, aut datam esse iu-
58 dicationem, † *vt scribit Ant. Aug.*
d.lib.3.emend.c.6. Quod, quia la-
tius ostendimus *supra num.25. &*
seqq. ideo non potest non esse su-
peruacua eorum, quæ ibi diximus
repetitio.

Ad Quintum respondeo, non sequi, Defensori, qui minor est, non licet multam dicere, Debet igitur licere duumuiro, qui est maior, quia a minori ad maius valet quidem argumentum affirmatiuè, sed non negatiuè, *vt diximus in hoc c.q.2.nu.157.vers. ad quartum.* Quinimo lex illa probat nostram sententiã, quia, si non licet defensori qui minor est, nec etiam debet licere duumuiro, qui & ipse est minor magistratus, *vt diximus in quarto fundamento.*

Ad Sextum deniq; respondeo
59 distinguendo, † aut loquimur de
ea modica coercitione, quæ fit ca-
ptis pignoribus ex lege municipij,
non propter vim imperij, sed pro-
pter vim iurisdictionis, & concedo
etiam magistratus municipales ha-
bere modicam coercitionem, *prout ostendemus infra nu.68.* aut verò
loquimur de ea modica coercitio-
ne, quæ imperij nomen habet, & di
citur imperium, quod iurisdictioni
cohæret *l.1.§.vlt.ff. de off. eius*, siue
imperium non merum *l. vlt.§. vlt.*
ff.eo. vt est ea, quæ fit multa, vincu-
lis, verberibus, & nego magistratus
municipales habere modicam coer
citionem, quia dicuntur esse magi-
stratus sine imperio, & potestate *l.*
nec magistratibus 32.ff.de Iniur. Et
ita accipio, quod dicitur *a Longo.in*
d.l. Imperium nu.174. in fi. non ha-
bere eos modicã coercitionẽ, siue,
vt ait Ant.Gou.in l. magistratib.12.
ff.de Iurisd. non habere iurisdictio-
nẽ, cui cohæreat modica coercitio.

Nec obstat *l.magistratibus 12.ff.*
de Iurisd. quia respondeo Primo,
60 non loqui Vlpianum † de modica
coercitione, quæ iurisdictioni cohę
ret, nempe de ea, qua plectuntur
contumaces, & de qua nos loqui-
mur, sed de ea, quæ infertur ob cri-
mina leuiora, vt *rectè Castr. in d.l.*
vn.in prin.num.5.ff. si quis iusd.non
obt.& alij docuerunt, et patet ex eo,
quia negando posse magistratus su
mere supplicium, nõ obscurè signi-
ficat, se tractare de ijs causis, in qui
bus, aut grauis, aut leuis, & modica
castigatio locum habere potest, id-
est, de causis criminalibus: in ijs e-
nim verum est, posse magistratus
municipales leuiorem irrogare pę-
nam, & modicè castigare, quia le-
uiorum criminum cognitio, & co-
ercitio tam vetere, quam nouo iu-
re fuit eis, defensoribusq; ciuitatis
demandata §. *audient Auth. de de-*
fen.ciuit.coll.3. Cœterum in causis
ciuilibus, si ius dicant, magis est, vt
non possint inobedientes multa,
vinculis, verberibusque coercere,
quoniam hęc potestas solis est per-
missa magistratibus, qui imperium
habent.

habent. Itaq;, licet possint cognosce-
re de criminibus, & ea coercere, nõ
tamen sequitur, posse eos facere,
61 quæ sunt mixti imperij, † *vt rectè*
scripsit Alex. in l. dies cautioni 4. § si
ontra nu. 5. ff. de damn. inf. & in l. iu-
bere 4. nu. 11. ff. de Iurisd.

Nec est nouum, posse quem fa-
cilius irrogare pœnam ex causa cri
minali, quam coercere multa, aut
vinculis, aut verberibus ex causa
contumaciæ, quia, vt *in l. aliud 131.*
§. ult. ff. de uerb. signif. Vlpianus ait,
Magistratus solos, & præsides pro-
uinciarum posse multam dicere, man
datis permissum est, pœnam autem
vnusquisque irrogare potest, cui hu-
ius criminis, siue delicti executio com
petit.

Secundo respondeo, non dene-
gari magistratibus municipalibus
modicam castigationem in seruos
l. si priuatus 17. ff. qui, & a quib.
man. de quibus loquitur Vlpianus,
& quos etiam in vinculis detinere
possunt *l si uir uxori 53. §. si fugiti-*
uum ff. de furt. & verberibus affice-
re *l. Item apud labeonem 15. §. adij-*
citur ff. de iniur sed nõ in homines
62 liberos, † *vti rectè docuerunt* Imol.
in d. l. dies cautioni 4. §. duas nu. 5.
ff. de damn inf. Alciat. in l. stipula-
tionum 5. in prin. num. 55. ff. de verb.
oblig. Longou. in l. Imperium 3. nume.
177. & ibi Petr. Calef. nume. 581.
ff. de Iurisd. Duar. ad l. magistrati-
bus 12. & ibi Egu. Baro, & Ant. Go-
uea. ff eod. Egu. Baro ad l. 2. ff. eod.
Vaud. lib. 1. quæst. iur. cap 22. nu. 4.
Nec esse nouum, facilius permitti
potestatem coercendi seruos, quã
liberos, quoniam huiusmodi coer-
citio, non solum permittitur magi-
63 stratibus, sed etiam priuatis, † *ut in*
his terminis considerant Longou. in
d. l. Imperium numer. 177. & ibi
Petr. Calef num. 581. Vaud. d. lib. 1.
cap. 22. num. 4. & seqq. puta domi-
no *l. locum 20. §. 1. ff. de vsufr. l. vn.*
C. de emend. seruor. fructuario *l.*
Itemq; 27. ff. de vsufr marito *l si con*
stante 25. § si maritus ff. solut. matr.
Nec solum ijs, qui ius habent in ser
uo, sed etiam alijs: nam & seruum,
qui publicam viam effodiat, cuili-
bet obuio castigandi ius est, cũ alio
quin homo liber ex hac causa non
a priuato castigari, sed ædilibus
tantum demonstrari debeat *l. Aedi-*
les 3. §. curent ff. de via publ.

De hac igitur coercitione, quæ
fit multa triplex (vt & de cœteris)
debet esse inspectio, vna, an sit mix
ti imperij, altera verò, an competat
iure magistratus, tertia demum, an
mandari possit.

Et in Prima quidem inspectione
constat veteres frequentius collo-
casse multam inter meri imperij
64 gradus, † *uti uidere est apud Bart.*
in l. imperium 3. num. 12. & ibi Cac-
cial. nu. 30. Valas. nu. 181. uers. cir-
ca sextum, Seb. Sap. nu. 45. Petr. Ca-
lef. num. 193. ff. de Iurisd. Aug. in l.
vn. in prin. nu. 2 & ibi Alex. nu. 5. ff.
si quis iusd. non obt. Castr. in l. 1. in
prin. nu. 8. ff. de off. eius, Men. lib. 1. de
arbitr. q. 74. n. 12. Quorum opinio,
si de pecuniaria intelligatur pœna,
quæ propter delictum irrogatur,
vera est, *vt ait Longou. in d. l.* Impe-
rium, nu. 169. Cœterum, si de mul-
ta, quæ propter contumaciam irro-
gatur, magis est, vt non meri sit,
65 sed mixti imperij, † *ut rectè Lon-*
gou. in d. l. Imperium, nume. 116. &
169. Egu. Baro ad l ult. ff. de off.
eius, Duar. ad titu. C. ubi, & apud
quem, Cuiac. ad l. aliud 131 ff. de
verb sign & ad l. cumprator 12. ff.
de Iudic. & lib 21. obs. cap. 30. &
alij recentiores tradiderunt : nam
hoc varijs conuincitur fundamen-
tis, &

Primo, quia modica coercitio, si-
ne qua iurisdictio nulla est, dicitur

imperij non meri *l. vlt.§. vlt. ff. de*
off.eius, ideſt, eius imperij, quod iu-
riſdictioni cohæret *l.1.§ vlt.ff. eod.*
Sed coercitio, quæ fit multa, eſt hu-
iuſmodi, quia ſine multa, vinculis,
& verberibus iuriſdictio, nec con-
66 ſiſtere, nec expediri poteſt, † *vt ſcri*
bunt Egn. Baro. lib. 1. varia. quæſt.
fo.23. Ant. Gouea. lib. 1. de Iuriſd.
num.33.& lib. 1. var. lect. cap. 46.
Cuiac.ad l.1.ff.de off. eius in 1. lib.
q.Papin.Petr. Fab. ad l. nemo poteſt.
71.ff.de reg. iur. Bret. de ord. iudic.
cap. 47. propterea quod noxij ci-
ues contemnent authoritatem iuſ-
dicentis, & eius præcepto non ob-
temperabunt, niſi huiuſmodi reme
dijs coerceri poſſint; Eſt igitur im-
perij non meri, ſed mixti.

Neq; eſt, quod aliquis obijciat,
Imo iuriſdictionem etiam ſine hu-
iuſmodi remedijs expediri poſſe,
idq; parere ex eo, quia magiſtratus
municipales haud dubiè exercent
iuriſdictionem *l. incola 29.* ff. *ad*
municip.l.vn.in prin. ff. ſi quis iuſd.
non obt. & tamen non poſſunt co-
ercere contumaces multa, vincu-
lis, & verberibus, *vt de multa di-*
ximus ſupra numero 21.& ſeqq. De
vinculis verò, & verberibus dice-
mus in hoc cap quæſt.19.& 20. quia
reſpondeo, quod dicimus, iuriſdi-
ctionem eſſe nullam ſine modica
coercitione, ideſt, ſine multa, vin-
67 culis, verberibus, procedere † in
iuriſdictione magiſtratuum maio-
rum, ideſt, eorum, qui imperium
habent, & coercere poſſunt *l. 2.* ff.
de in ius voc. nam iuriſdictio mino-
rum, puta magiſtratuum munici-
palium, quin abſque huiuſmodi re-
medijs ſiue modica coercitione
poſſit expediri, non puto dubitan-
dum, *propter ea, quæ diximus ſupra*
nu.59. Ita Duar.ad tit. ff. de Iuriſd.
cap.4.ad l.Imperium 3.ff.eod. & lib.
2.diſp.ann.c.53.

Et, ſi dixeris, Ergo illorum iuriſ-
dictio nulla erit, & luſoria, cum in-
obedientes coercere nequeant, reſ-
pondeo (non ſuperioris authorita-
tem eſſe implorandam, *Quomodo*
cenſuit Egn.Baro in d.l.un.ff. ſi quis
iuſd.non obt. quia hoc modo nulla
eſſet ipſorum municipalium juriſ-
dictio, ſi alterius defenſionem ex-
pectare deberet, ſed reſpondeo) nō
eſſe luſoriam, quia duumuiri poſ-
ſunt alijs modis coercere contuma
68 ces, † *vt ſcribit Coraſ. in d.l. magi-*
ſtratibus 12. num. 7. ff. de Iuriſd.
nam lege municipali, a qua profici-
ſcitur eorum iuriſdictio *l.magiſtra-*
tus 25 ff.ad municip.l.1.C. de eman.
lib.& ſcribit Vand. lib.1. quæſt. iur.
cap.22.num.4.& lib.2.cap.35.num.
5. cautum eſt, vt pignus capere
poſſint, & ea capione contumaces
coercere, ac iuriſdictionem expe-
dire, Quod ſignificat Vlpianus *in l.*
quemadmodum 29.§. magiſtratus ff.
ad l.Aquil. dum ait magiſtratus mu
nicipales poſſe capere pignus ex
lege; loquitur enim non de lege
contractus, *vt putauit Egn. Baro.*
lib. 1.varia. quæſt. fo.36. Sed de le-
ge municipij. Verū ex hoc non ſe-
quitur, eos habere imperium non
merum, ſiue modicam illam coer-
citionem, quæ iuriſdictioni cohæ-
ret, quia pignus nō capiunt propter
vim imperij, nec, quod imperium
habeant, ſed propter vim iuriſdi-
ctionis a lege municipali proficiſcē-
tis. Itaq; non eſt eorum iuriſdictio
nulla, quia poſſunt eam expedire,
& defendere, licet imperium non
habeant. At iuriſdictio maiorum
eſſet nulla; & luſoria, niſi poſ-
ſent inobedientes coercere multa,
vinculis, verberibus, quia, quo
maior eſt dignitas, eo grauior
eſt contumacia, eoque grauiori-
bus coercenda modis, vt patet
ex modo multarum, *de quo in l.*
vlt.

ult. C. de mod. mult. l. 1. C. de sport. & ideo, si puniretur illis tantum modis, quibus puniuntur eorum contumacia, qui minoribus non obtemperant, verè non diceretur eorum defendi iurisdictio, & maiestas, sed exponi ludibrio, & contemptui priuatorum, & consequenter esset lusoria, & nulla, cum satisfactio, & pœna, quæ imponitur pro iniuria facta minori, non dicatur satisfactio, nec pœna, si imponatur pro iniuria facta maiori, *vt not. in §. pœna Inst. de Iniur. & constat ex Gell. lib. 20. cap. 1.* Rectè igitur dicimus, iurisdictionem maiorum esse nullam sine imperio non mero, idest, sine modica coercitione, quæ fit mulcta, vinculis, verberibus, licet iurisdictio minorum sine huiusmodi potestate consistat.

Secundo probatur, quia, quæ meri, non mixti imperij sunt, prætor vrbanus facere non potest *l. 1. § solent ff. de off. præf. vrb. & nos diximus in hoc c. q. 2. nu. 66.* Sed mul-

69 tam dicere potest † *l. 1. §. 1. vers. cogenda ff. de ventr. insp. & scribit Brisso. lib. 3. sel. antiq. cap. 4.* Non est igitur mulctæ dictio meri, sed mixti imperij.

Tertio, quia mandata iurisdictione a proconsule transeunt ea tantum, quæ sunt mixti imperij, non etiam ea, quæ meri *l. 1. §. vlt. ff. de off. eius l. si quid erit 11. ff. de off. proc. & leg.* Atqui transit mulctæ dictio *l. 2. ff. quis, & a quo app. & latius demonstrabimus infra nu. 87. & seqq.* Non est igitur meri, sed mixti imperij.

Quarto, quia, quæ sunt meri imperij, possunt etiam ijs competere, qui magistratus non sunt, & iurisdictionem non habent *l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb. sign. et diximus in hoc c. q. 2. nu. 73.* Quæ verò sunt mixti, non possunt competere, nisi magistratibus, idest, ijs, qui iurisdictioni præsunt: nam, cum mixtum imperium dicatur iurisdictioni cohærere *l. 1. §. vlt. ff. de off. eius*, Consequens est, vt ab ea distingui nequeat. Atqui mulctæ dictio non competit, nisi ijs, qui sunt magistratus *d. l. aliud 131. §. vlt. et latius demonstrabimus infra nu. 76.* Ergo non est meri, sed mixti imperij.

Quinto, & vltimo, quia, quę sunt meri imperij non competunt more, sed lege *l. 1. §. qui mandatā vers. verius ff. de off. eius.* Sed mulctæ dictio competit more, *vt diximus supra nu. 16.* Non est igitur meri, sed mixti imperij.

Hinc secunda succedit quæstio, an competat iure magistratus, an verò specialiter sit tributa. Constat autem rē in duas esse diuisam sententias, quarum vna fuit existimātium fuisse tributam specialiter, nō verò competere iure magistratus.

70 † *Fuit hæc sententia Coras. ad l. 1. in prin. nu. 7. ff. de off. eius, Ant. Gou. ad l. 1. nu. 12. ff. de Iurisd. qui loquitur de præsidibus prouinciarum, Brisso. lib. 3. sel. antiq. cap. 4. Cam. Plaut. ad rub. ff. de off. eius, lib. 1. c. 9. nu. 4.* Videtur autem hæc sententia probari.

Primo *d. l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb. sign.* vbi Vlpianus, *Magistratus solos*, inquit, *& præsides prouinciarum posse mulctam dicere mandatis permissum est:* ex quibus verbis tripliciter videtur argumentū pos-

71 se deduci, † & Primo ex eo, quod ait, mulctam posse dicere *Magistratus solos, & præsides prouinciarum:* nam hæc verba significant, solos magistratus vrbanos, qui propriè magistratus verbo denotantur, *vt diximus in 2. c. q. 1. nu. 23* & prouinciales, qui ꝓ magistratu sunt, posse dicere mulctā, non ēt municipales; Quo fit, vt (secundum veteres) non possit dici competere iure ma-

 gistra-

gistratus, quia iure magistratus ea
tantum competere dicuntur, quæ
competunt omnibus magistrati-
bus, etiam minoribus, *vt ex eorum
sententia retulimus in hoc cap. q. 1.
num. 1.* Secundo ex eo, quod ait,
vt magistratus, & præsides mul-
tam dicere possint, esse permissum
mandatis; nam inde videtur posse
inferri; Ergo specialiter, quia man-
data constitutionis vim habere vi-
dentur, &, quæ constitutione tri-
buuntur, inter ea numerantur, quæ
dicuntur tribui specialiter *d. l. 1.
in prin. ff. de off. eius.* Tertio demum
ex eo, quod ait, id esse *permissum*;
72 nam permitti † dicuntur ea tan-
tum, quæ nominatim dari solent,
vtputa, permittitur testamenti fa-
ctio *tit. Inst. quib. non est perm. fac.
test.* quæ nominatim lege datur *l.
testandi. 13. C. de testam.* permitti-
tur datio tutoris *l. 1. ff. de testam.
tut. § permissum Inst. de tute.* quæ
& ipsa nominatim ex lege 12. tab.
proficiscitur, *vt diximus in hoc
cap. quæst. 3. num. 32.* Denique per-
mittitur ius damnãdi in metallum
*l. illicitas 6. §. qui vniversas ff. de
off. præsid.* quod, tamquam meri
imperij nominatim lege datur *l. 1.
§. qui mandatam vers. verius ff. de
off. eius.*

Secundo videtur probari *l. 2. §.
vlt. ff. de Iudic.* vbi, Vlpianus, *His
datur multa dicenda ius*, inquit, *qui-
bus publicè iudicium est, et non alijs,
nisi hoc specialiter eis permissum sit*;
ex quibus verbis tripliciter etiam
73 † videtur argumentum posse de-
duci, & Primo ex eo, quod ait Vl-
pianus, *& non alijs*, nam ex hoc
intelligimus, non competere om-
nibus magistratibus, & per conse-
quentias (secundum veterum de-
finitionem) non iure magistratus,
Secundo, dum ait, multæ dicendæ
ius dari, & permitti; nam ex hoc
videtur posse inferri, Ergo tribui-
tur specialiter, *vt ex ijs, quæ dixi-
mus supra num. 72. & referemus in
q. 22. potest intelligi.* Tertio, dum
subijcit, *nisi hoc specialiter eis per-
missum sit*: nam ex hoc videtur a-
pertè constare multæ dictionẽ per-
mitti specialiter.

Tertio videtur probari, quia spe-
cialiter ea tribui dicuntur, quæ no-
minatim dantur lege, vel S. C, vel
constitutione *l. muto 6. §. tutoris da-
tio ff. de tutel. & diximus in hoc cap.
q. 1. num. 9.* Sed multæ dictio est
74 huiusmodi, † quia nemini compe-
tit, nisi, cui lege, vel S. C. vel con-
stitutione principum tribuitur, *vt
scribit Cam. Plaut. in d. rub. ff de off.
eius lib. 1. cap. 9. num. 4.* Quamo-
brem, cum olim solis consulibus li-
ceret multam dicere, postea lege
Ateria permissa est omnibus, qui-
bus iudicatio data est, *d. l. aliud.
131. §. Item multam ff. de verb. sign.*
idest, quibus publicè iudicium est
d. l. 2. §. vlt. ff de Iudic. non etiam a-
lijs. *Ita Paul. Manu. de legib. Rom.
fo. 147. Brisso. lib. 3. sel. antiq. cap.
4. & lib. 5. de formul. fo. 544. Bret. de
ordin. iud. c. 24.* Fuit igitur speciali-
ter tributa,

Verum his non obstantibus pro
babilibus est, quod alij tradiderũt,
multæ dictionem competere iure
75 magistratus. † *Ita enim censuerunt
Bart. in d. l. Imperium 3. num. 13. &
ibi Seb. Sap. nume. 47. ff. de Iurisd.
Castr. in l. 1. in prin. nu. 8. & ibi Co-
ras. num. 8. ff. de off. eius, (licet prius
num. 7. dixisset tribui specialiter)
Egu. Baro in l. vlt. ff. de off. eius, &
lib. 1. var. quæst. fo. 23. & 40. Cuiac.
ad d. l. aliud 131. ff. de verb. signif.
Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de
reg. iur. & rectè.* Probatur enim

Primo, quia iure magistratus cõ-
petere dicũtur ea, quę cõpetũt mo-
re maiorũ, *vt ostẽdimus in hoc c. q. 1.
nu. 14.*

n.14. Sed multę dictio cōpetit magi
ſtratibus populi Romani more, *vt
diximus ſupra nu. 16.* Competit igi
tur iure magiſtratus.

Secũdo probatur eadem *l. aliud
131. §. vlt. ff. de verb. ſign.* quam alij
perperam ad comprobandam con-
76 trariam ſententiam adduxerunt: †
nam ibi Vlpianus poſt relatas va-
rias differentias, quæ ſunt inter pœ
nam, & multam, ſubijcit poſtremo
loco, *Item multam is dicere poteſt,
cui iudicatio data eſt. Magiſtratus
ſolos, & præſides prouinciarum poſſe
multam dicere, mandatis permiſſum
eſt; Pœnam autem vnuſquiſq; irro-
gare poteſt, cui huius criminis, ſiue
delicti executio competit,* ex quibus
verbis ita argumentor, Si multæ di
ctio ſpecialiter tribueretur, non cō
peteret ſolis magiſtratibus, ſed illis
omnibus, quibus nominatim eſſet
lege data, vt eſt proprium earum
rerum, quæ ſpecialiter tribuuntur,
*ſicuti de mero imperio diximus in hoc
c. q. 2. nu. 73. de tutoris verò datione
in q. 3. num. 52.* Atqui multam ſoli
magiſtratus, &, qui pro magiſtrati-
bus habentur, ideſt, præſides pro-
uinciarum dicere poſſunt, *vt ibidē
Vlpianus ait.* Ergo nō tribuitur ſpe-
cialiter, ſed competit iure magiſtra
tus. Et hoc eſt, quod ibi ſignificat
Vlpianus: nam ponit diſcrimen in-
ter pœnam, & multam, qua multa
competit iure magiſtratus, & ideo
dici poteſt ab ijs tantum, qui magi-
ſtratus ſunt, aut pro magiſtratibus,
vt præſides, pœna verò ſpecialiter
tribuitur, & ideo poteſt ab omni-
bus irrogari, quibus hoc ius nomi-
natim datum eſt, *vt explicant Cu-
iac. ad l. 5. ff. de off. eius, in 1. lib. q.
Papin. Petr. Fab. in d. l. nemo poteſt
71. ff. de reg. iur.*

Tertio probatur *d. l. a. §. fin. ff. de
Iudic.* quę pariter ab eis in contra-
77 rium allegatur; nam ex eo, † quod
Vlpianus ait, multæ dictionem ijs
ſolis competere, quibus publicè iu-
dicium eſt, & non alijs, *niſi hoc ſpe-
cialiter eis permiſſum ſit,* non obſcu
rè ſignificat, ijs, quibus publicè iu-
dicium eſt, ideſt, magiſtratibus po-
puli Romani, non permitti ſpecia-
liter, ſed competere iure magiſtra-
tus. Et, ſi dixeris, Ergo ſpecialiter
tribuitur ſaltem alijs, ideſt, præſidi-
bus prouinciarum, reſpondeo, tri-
bui ſpecialiter, ſi rem ipſam ſpecte
mus, quia re vera tribuitur manda
tis principum, ſed per conſequen-
tias vrbanorum magiſtratuum cen
ſeri, & ipſis competere iure magi-
ſtratus, *ſecundum ea, quæ dicemus
infra nu. 79.*

Neq; aduerſantur contraria: nã
ad Primum reſpondeo, legem illã
noſtram probare, non contrariam
ſententiam, *vt oſtendimus in ſecun-
do fundamento.* Nec obſtare argu-
menta, quæ ex ea deducuntur, quia
ad Primum reſpondeo, non ſequi,
Non competit omnibus magiſtra-
tibus, Ergo ijs, quibus eſt permiſſa,
non competit iure magiſtratus. *vt
demonſtrauimus in hoc c. q. 1. nu. 6.*

Ad Secundum verò reſpondeo
Primo, mandata principum non
78 eſſe† conſtitutiones, ſed inſtructio-
nes earum rerum, quas oportet ſer
uare præſides in adminiſtratione
prouinciarum *Auth. de mand. prin.
in prin. coll. 3. l. ſolet. 6. §. vlt. ff. de
off. proc. & leg. l. 3. ff. de off. præſ.* quæ
quia a conſtitutionibus diſtinguũ-
tur *in l. 3. ff. de coll. illic. l. qui contra.
4. C. de inceſt. nupt.* ideo non operã-
tur, vt ea, quæ mandatis continen-
tur, dicantur tribui ſpecialiter, ſci-
licet, quia ſpecialiter ea tantum
concedi dicuntur, quæ nominatim
dantur lege, vel S. C. vel conſti-
tutione *d. l. 5. in prin. ff. de off. eius.
Ita reſpondet Egu. Baro dict. lib.
primo varia. quæſt. fo. 36. & ad l. 1.*

in prin.& l.cognitio 4. in prin. ff. de off. eius. Secundo verò dato etiam,
quod huiusmodi mandata vim cō-
stitutionis obtinerent (vt verius es-
se puto) respondeo, non sequi, Præ
sides dicunt multam ex principum
mandatis, Ergo hoc ius specialiter
79 eis tributum est; † nam, cum quæ-
rimus, an aliquid specialiter tribu-
tum sit, an verò competat iure ma-
gistratus, ad vrbanos respicere de-
bemus, a quorum potestate prouin
cialium potestas æstimatur, & regu
latur. Itaq;, quod magistratibus vr
banis competit more, & sic iure ma
gistratus, competit etiam per con-
sequentias iure magistratus prouin
cialibus, licet ipsi potestatem om-
nem habeant sibi lege, vel S. C.,
vel constitutione principum nomi
natim demandatam, *vt diximus in 2.c.q.1.nu.33.* Alioquin enim pro-
uinciales nihil haberent, quod dici
posset eis competere iure magistra
tus, quia, cum lege, vel S. C. vel
constitutione principum crearen-
tur, *vt diximus in eod. 2. c.q.1. num.* 25. eodem quoq; iure potestatem,
omnem, & omne imperium habe-
bant, *vt scribit Equ. Baro. d. lib. 1. var. q fo. 36.* puta iurisdictionem *l. & quia 6. ff. de Iurisd.* iudicis dandi
licentiam *l. cum prætor 12. §. 1. ff. de Iudic.* dictionem multæ *d. l. aliud. 131. §. vlt. ff. de verb. sign.* & cœtera
omnia, quæ pertinent ad officium
iusdicentis. Itaq;, si ab eorum per-
sona res æstimaretur, nihil haberēt,
quod non eis beneficio legis, vel S.
C. vel constitutionis nominatim
datum esset, & tamen dicuntur &
ipsi habere iure suo, siue iure magi
stratus ea, quæ competunt vrbanis;
Non igitur ad eos, sed ad vrbanos
est respiciendum. Tertio non ob-
stat, quod ait Vlpianus, permissum
esse, vt magistratus, & præsides mul
tam dicere possint, quia respōdeo,
nō solum ea dici permitti, quæ spe
cialiter tribuūtur, sed etiam ea, quæ
80 more competunt: † nam, & datio
iudicis, quæ sine dubio more com-
petit vrbanis, dicitur eis concessa
in d. l. cum prætor 12. §. Item hi ff. de Iudic. & defendere suam iurisdictio
nem pœnali iudicio dicitur conces
sum magistratibus *in l. vn. in prin. ff. si quis iusd. non obt.* quod tamen
iure magistratus competit, cum ex
edicto prætoris proficiscatur, *d. l. vn. §. non solum, et ostendemus in hoc c.q. 18. nu. 2.*

Ad Secundum verò respondeo,
ne legem quidem illam probare
81 contrariam sententiam: † Primum
enim, licet verum sit, multæ dictio-
nem non omnibus magistratibus
competere, non tamen ex eo sequi
tur, esse specialiter tributam, quia
multa sunt, quæ magistratibus mu-
nicipalibus denegantur, & tamen
magistratibus populi Romani cō-
petunt iure magistratus, & more,
non lege, *vt ostendimus in hoc c. q. 1. nu. 6.* Secundo verò non sequi-
tur, Multæ dicendæ ius datur, seu
permittitur, Ergo specialiter tribui
tur, quia dari, & permitti dicuntur
etiam ea, quæ competunt more ma
iorum, & iure magistratus, *vti diximus supra num. 80. & ostendemus in hoc c.q. 22.* Tertio demum non ob-
stant illa verba, *nisi hoc specialiter eis permissum sit,* quia respondeo sa
tendo, opus esse speciali, & nomi-
nata concessione, cum loquimur
de ijs, quibus publicè iudicium nō
est: nam huiusmodi personis non
potest multæ dictio competere, ni-
si specialiter: (*intelligendo vt diximus supra nu. 27.* Cœterum, cum
loquimur de ijs, quibus publicè iu-
dicium est, magis est, vt nulla spe-
ciali concessione sit opus, cum eam
potestatem habeāt iure suo, siue iu-
re magistratus: nam, & simili ratio-
ne,

ne, licet magistratus municipales facere non possint ea, quæ magis imperij sunt, quam iurisdictionis *l. ea, quæ 26. ff. ad municip.* nisi nominatim eis permittantur, *vt in l. 1. l. dies cautioni 4. §. duas ff. de damn. inf.* non tamen sequitur, Prætorem ea facere non posse iure magistratus, sed tantum speciali beneficio legis, vel S. C., vel constitutionis, quia verius est, habere eum talem potestatẽ iure suo, *vt ostendimus in hoc cap. q. 11. nu.* 18. *& q. 12. nu.* 17.

Ad Tertium deniq; respondeo, negando, multam aut lege Ateria, aut alia lege dici, quia verius est, dici more, *vt ostendimus supra nu.* 16. nam lex Ateria non constituit, vt multa dici possit, sed, vt pro ouibus, & bobus, in quibus olim multa dicebatur, certa quantitas ab ipsa definita præstaretur, vt *scribunt Cuiac. lib.* 11. *obs. c. 9. & Brisso. lib.* 1. *sel. antiq. c. 3. &* constat ex Gell. lib. 11. c. 1. cuius hæc sunt verba. *Coniectare autem ob eandem causam possumus, quod Italia tunc esset armentosissima, multamq;. quæ appellatur suprema, institutam in singulos dies duarum ouium, triginta boum pro copia scilicet boum, proq; ouium penuria. Sed, cum eiusmodi multa pecoris, armẽtiq; a magistratibus dicta erat, adigebantur boues, ouesq; aliàs pretij parui, aliàs maioris, eaq; res faciebat inæqualem multæ punitionem; Idcirco postea lege Ateria* (siue, vt vulgo legitur, *Aterina*) *constituti sunt in oues singulas æris deni, in boues centeni.* Nec alia ratione scripsit, Vlpianus *in d. l. aliud 131. in prin. ff. de verb. sign.* multæ animaduersionem hodiè pecuniariam esse, quam, quia solet hodie loco boum, & ouiũ certa quantitas ab eo, qui multam dicit, iniungi, *vt explicat Brisso. d. lib. 1. sel. ant. c. 3.* Fateor igitur multæ æstimationem fuisse lege definitã, & simili modo legibus varijs, & principum constitutionibus fuisse definitum multarum modum, vt *constat ex l. illustres 4. & l. fin. C. de mod. mult. & scribit idem Brisso. d. lib. 1. sel. ant. c. 3. &* probant *in l. si qua pœna 244. ff. de verb. sign.* illa verba, *Iudicis potestas est, quantam dicat, nisi, cum lege constitutum est, quantam dicat:* sed nego multę dicendæ ius aliqua lege, vel constitutione tributum esse.

Tertia superest inspectio, numquid multæ dictio mandari possit, mandatavè iurisdictione transferatur. Et mandari quidem posse
84 fatentur omnes, † *vti videre est apud Bart. in l. imperium 3. nu. 13. & ibi Seb. Sap. nu. 47 ff. de Iurisd. Bart. in l. si qua pœna 244. nu. 5. ff. de verb. sign. Castr. in l. 1. in prin. nu. 8. ff. de off. eius, & in l. 2. §. fin. nu. 1. ff. de Iudic. Alex. in l. vn. in prin. n. 14. vers. 4. & ibi Ias. nu. 20. ff. si quis iusd. nõ obt. Egu. Baro. d. lib. 1. varia. q. fo. 34. & 36. & ad l. vlt. ff. de off. eius.*

Sed, an mandata iurisdictione transferatur, magna solet esse quęstio in duas potissimum diuisa sententias, quarum vna fuit existiman
85 tiũ nõ transferri. † *Fuit hæc sententia eorum omnium, qui simpliciter aiunt, delegatum non posse multare, quos referemus infra nu. 98. quippe, qui nihil esse putant discriminis inter iudicem delegatum, & eum, cui mandatur iurisdictio.* Moti sunt autem

Primo, quia soli magistratus, & præsides prouinciarum multam irrogare possunt *l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb. sign.* Sed ij, quibus mandatur iurisdictio non sunt magistratus, *vt diximus in 5. c. q. 3. nu. 4.* nec pręsides, siue potestates, *vt dicemus in 9. c. q. 5.* Nõ poterunt igitur multam irrogare. *Ita Men. lib. 1. de arb. iud. q. 74. nu. 9. & 10.*

Secũdo,quia multæ dicendæ ius
non datur alijs, quam ijs, quibus
publicè iudicium eſt *l.2.§. vlt.ff. de
Iudic.*Sed ijs, quibus mandatur iu-
riſdictio publicè iudicium non eſt,
cum non ſint magiſtratus, *vt dictũ
eſt*; Non datur ergo eis ius multæ
dicendæ.*Ita Men.d.lib.1.q.74.n.8.*

His tamen nob obſtantibus, con
trariam ſententiam amplexi ſunt
pleriq; grauiſſimi viri exiſtiman-
tes, multæ dictionem mandata iu-
86 riſdictione transferri. † *Ita enim cẽ
ſuerunt omnes,qui tradunt eam tran
ſire in delegatum,quos referemus in-
fra num.98. circa fin.Et in ſpecie de
eo,cui mandatur iuriſdictio ita cen-
ſuerunt Claud.Cãt.lib.2. De off.iud.
c.3.num.15.& 21.Coraſ. ad l.1. in
prin.num.8.ff. de off. eius, Ant.Gou.
lib.1.var.lect.c. 46. Egu. Baro lib.1.
var.q.fo.34.Eduar.adu. Gou. in l.1.
ff. de Iuriſd. fo.50. Petr. Fab. in d.l.
nemo poteſt 71.ff.de reg. iur.* Quorũ
opinionem veriſſimam eſſe puto,ſi
ad ordinaria iudicia reſpiciamus:
Probatur enim

Primo *l.2.ff.quis, & a quo app.*
vbi Venuleius de proconſulis lega
to loquens,*Et,ſi multam dixerit*,in-
quit,*poteſt de iniquitate eius procon
ſul cognoſcere,&, quod optimum pu-
tauerit,ſtatuere:* nam ex his verbis
87 intelligimus,† legatum proconſu-
lis,& ſic eum,cui mandatur iuriſdi-
ctio, poſſe dicere multam, *Quod
etiam ſcribunt Cam.Plant. in d.rub.
ff.de off.eius,lib 2.c.12.n.6.& c. 13.
nu.4.Egu.Baro in d.l. vlt.ff.eod.*

Nec eſt, quod reſpondeas, Imo
legem hanc probare contrarium,
cum ſignificet, legatum procõſulis
non poſſe ſe intromittere in mul-
ta,&,ſi id fecerit, ininſtè id cenſeri
feciſſe, ideòq; poſſe proconſulem
88 de eius iniquitate cognoſcere,† *vt
interpretatur Martin. Mõt.in d.rub.
ff.de off. eius, nu.7.* quia verius eſt,
Imo probare,legatum proconſulis
habere multæ dictionem,*vt elegan
ter animaduertit Eduar.adu.Gou.in
d.l.1.ff.de Iuriſd.fo.50.* nam, ſi tale
ius non haberet, non deberet pro-
conſul de eius iniquitate cognoſce
re, quia multæ irrogatio eſſet ipſo
iure nulla *l.ſi qua pœna 244.ff.de
verb.ſign.* Atqui Venuleius ait,pro
conſulem de iniquitate cognoſce-
re;Significat igitur,validam eſſe ir-
rogationem, ſed aliquam in ſe con
tinere iniquitatem,vel,quia maior,
quam oporteat, dicta ſit, vel, quia
nulla fuerit cauſa,propter quam di-
ci debuerit.

Minus eſt,quod reſpondeas, da-
to, quod legatus proconſulis poſſit
dicere multam, non tamen hoc fa-
cere ex vi mandatæ iuriſdictionis,
ſed beneficio legis, a qua ſpeciali-
89 ter ei tale ius datum eſt,† *vt ſcribũt
Cam.Plant.in d.rub. ff.de off. eius,li.
1.c.9.nu.3.& 4.c.12.nu.13.& cap.
14.nu.8.& lib.2.c.13.nu.4. Men.de
arbitr.d.lib.1.q.74.nu.17.* ideoque
non eſſe id porrigendum ad alios,
quibus mandatur iuriſdictio, quia
90 verius eſt,† Imo id communi iure,
& ex vi mandati facere legatum,
non ſpeciali alicuius legis benefi-
cio,quia,cum tractamus de ijs,quæ
competunt iure magiſtratus,vt cõ-
petit multæ dictio,*ſicuti demonſtra
uimus ſupra nu.75.* nulla ſingulari-
tas in legato proconſulis conſidera
ri poteſt,ideoque,quod de eo dici-
tur, intelligitur ad omnes, quibus
mandatur iuriſdictio pertinere *l.1.
§.1.de ſuſp.tuto.*

Secundo probatur,quia manda-
ta iuriſdictione transfertur modica
coercitio,ſine qua iuriſdictio nulla
eſt *l.vlt.§.vlt.ff.de off.eius*,Sed mul
tæ dictio eſt huiuſmodi, ſcilicet,
quia iuriſdictio non poteſt expedi-
ri,ſed remanet vana, & illuſoria, ni
ſi iuſdicens poſſit inobedientem,
multa

multa vinculis, verberibuſq; coer-
cere, *vt latè oſtendimus ſup. nu. 66.*
Ergo mandata iuriſdictione debet
in legatum transferri multæ dictio.

Nec obſtant contraria: nam ad
Primum reſpõdeo eos, quibus mã-
datur iuriſdictio, quamuis nõ ſint
magiſtratus, nec præſides, eorum
91 tamen appellatione contineri, † *vt
diximus in 5. c. q. 3. nu. 22. & in hoc
c. q. 7. nu. 15. & dicemus etiam in hoc
ipſo c. q. 22.* ideoq; multam cenſeri
a magiſtratu dictam, cum dicitur
ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio,
quia, cum eam non dicat pro ſuo
imperio, ſed pro eo, cuius manda-
to ius dicit *l. 3. ff. off. eius*, conſequẽs
eſt, vt res perinde ſit habenda, ac ſi
magiſtratus ipſe multam indixiſſet.
Et ſanè dictio illa, *ſolos*, non poui-
tur *in d. l. aliud 131. §. vlt. ff. de verb.
ſign.* ad excluſionem eorum, quibus
mandatur iuriſdictio, ſed ad exclu-
ſionem priuatorum, puta iudicum
pedaneorum, qui, licet pœnam ir-
rogare poſſint, ſi criminis execu-
tio ſit eis conceſſa, multam tamen
92 dicere non poſſunt, † *vt ibidẽ ſubij-
citur. Ita Longou. in d. l. Imperium 3.
nu. 163. & ibi Io. Innoc. nu. 21. verſ. 3.
ff. de Iuriſd. Cuiac. ad l. 1. ff. de off.
eius in 1. lib. q. Papin. & Petr. Fab. in
d. l. nemo poteſt 71. ff. de reg. iur.* Nec
eſt contrarium, quod etiam ij, qui-
bus mandatur iuriſdictio, plerum-
q; ſint priuati *l. vlt. §. vlt. ff. de off.
eius*, quia reſpondeo eſſe priuatos
inſpecta perſona propria. Cœterũ
inſpecta perſona magiſtratus, cuius
vices gerũt, magis eſſe, vt cenſean-
tur perſonæ publicę, nõ priuatæ, cũ
alioquin iudices pedanei, neq; ex
propria, neque ex alterius perſona
dici poſſint perſonæ publicæ, ſcili-
cet, quia non referunt perſonã ma-
giſtratus, ſed proprio munere fun-
guntur, *vt oſtendimus in 1. c. q. 5. nu.
3. & dicemus etiam in c. 9. q. 6.*

Ad Secundum verò reſpondeo,
negando minorem, quia verius eſt,
etiam eis, quibus mandatur iuriſdi
93 ctio publicè iudicium eſſe, † *vt ſcri
bit Claud. Cant. d. lib. 2. de off. iud. c.
3. nu. 20. & 21.* non quidem ex per-
ſona propria, ſed ex perſona magi-
ſtratuum, quorum partibus, & vice
funguntur: nam, cum eorum perſo-
nam induant, adeo, vt eorum appel
latione contineantur, *ſicuti dictum
eſt*, conſequens eſt, vt, ſi magiſtrati-
bus eſt publicè iudicium, ſit etiam
eis, quibus mandata eſt iuriſdictio.

Planè in iudicem datum certum
eſt, nec multæ dictionẽ, nec aliud,
quod imperij ſit transferri conſue-
94 uiſſe, † *vt de multa dictione ſcribit
Petr. Fab. in d. l. nemo poteſt 71. ff. de
reg. iur. de cæteris verò dicemus in 9.
c. q. 2. nu. 15.* quia, cum non tranſi-
ret iuriſdictio, *vt ibidem oſtendemus
nu. 9.* Conſequens fuit, vt nec impe
rium iuriſdictioni cohærens tranſi-
re potuerit.

Sed hæc vera ſunt in ordinarijs
iudicijs. Cœterum in extraordina-
rijs, ſi quæramus, an in iudicem de-
legatum multæ dictio trãsferatur,
puto multum referre, vtrum iudex
ad vniuerſitatem cauſarum delega
tus ſit, an verò ad vnam tantũ cau-
ſam: nam, ſi ad vniuerſitatem cau-
ſarum, magis eſt, vt in eum multæ
95 dictio transferatur, † *vti rectè do-
cuerunt gl. in l. 2. in verb. ſupponere
C. de ſportul. Alex. in l. vn. in prin. n.
13. ff. ſi quis inſd. non obt. Seb. Sap. in
d. l. imperium 3. nu. 48. ff. de Iuriſd.
Claud. Cant. d. lib. 2. de off. iud. c. 3.
n. 15. & 21.* Et hoc exemplo illius,
cui mandabatur olim iuriſdictio,
quippe, cuius imaginem videtur
hodie iudex ad vniuerſitatem cau-
ſarum delegatus præſeferre, *vt di-
ximus in 1. c. q. 6. num. 9. verſ. ſanè.*
Quod, ſi ad vnam tantum cauſam
delegatus ſit, refert, vtrum delega-
tus

tus sit a principe, an verò ab ordinario:nã,si a principe (Quicquid
96 † *Cam.Plant.in d.rub.ff. de off. eius, lib.2.c.7.nu.4.& c.12. nu.c.* & alij censuerint) verius est, habere eum
97 multæ dicendæ potestatem , † *c. de causis 4.§.fin.De off. & pot. ind. del. & scribunt glo.in c. pastoralis 28.§. vlt.in verb.punire, eod. tit. Bald. in rub.eiusd.tit.n.2.Castr. in l.2.§.vlt. nu.2.ff. de Iudic. Alex. in d.l. vn.in prin.nu.14.& ibi Ias.nu.20.vers.limita tamen,& Cagn.nu.58.ff.si quis iusd.non obt. Alex.in rub. ff. de off. eius, nu.8.& ibi Iac. de Nigr.nu.18. Cam.Plant.sibi contrarius lib.1.c.15 nu.4.Longon.ad d.l. Imperium 3.nu. 167.ff.de Iurisd.Claud. Cant.d.li.2. de off.ind.c. 3.nu.21.Coras.ad l.magistratibus 12.nu.7.ff. de iurisd.* nã, cum ordinarijs comparetur,& pari cum eis censeatur iure, *vti dicemus in 9.c.q. 8.* consequens est , vt eorũ exemplo multam irrogare possit.
Si verò delegatus sit ab ordinario, magis est , vt multam irrogare nequeat,
98 † *vti rectè (si de hoc accipiantur) tradiderunt glo. in d.l. si qua pœna 244.in verb.dicere,& ibi Bar. num.5.ff.de verb.sign.glo.in d.l. 2.in verb.supponere C.de sport.et in l.fin. in gl,1.C.de mod. mult. Bart.in d. l. vn.in prin. nu.6. & ibi Ang.num.2. Castr.nu.2.Alex.num.8.& 13. Ias. nu.17.in fi.et nu.18.& 20.Cagn.nu. 56.ff.si quis iusd.non obt. Bald.in d. rub.De off.& pot.Iud.del.nu.2.Cast. in d.l.2.§.vlt.nu.1.ff.de Iudic. Alex. in l.a Diuo Pio 15.in prin. num.6.& ibi Ias.num.14. ff. de re ind. Iac. de Nigr.in rub.ff.de off.eius, nu.18.& ibi Cam.Plant.lib.2.c.7. nu.4. & c. 12.num.6. Alcia.in d.l.imperium 3. nu.208.& 209.& ibi Seb. Sap.num. 48.ff.de Iurisd.Men. de arbitr.d.lib. 1.q.74.nu.7. Et rectè, quicquid censuerint Ang.in d.l.2.nu.4. ff. de Iurisd.Long. in d.l. Imperium 3. num. 162.& 167.& ibi Io.Iuut.nu.19.et 22.ff.eod.Claud.Cant.d.lib.2. de off. ind.c.3 nu.15.21.& 24. dum aiunt delegatum posse multare:nam eorum opinio uera quidem est , si loquamur de eo,cui mandabatur olim iurisdictio , siue de iudice ad vniuersitatem causarum delegato , qui illius refert imaginem,sed non in iudice speciali,* quia cum huiusmodi delegatus ferè in omnibus antiqui iudicis dati naturam retinuerit , *vt diximus in eod.1.c.q.6.nu.9.vers. sanè,* consequens est , vt illius exemplo multã irrogare nequeat , nisi forte nuntiũ in officio delinquentem coerceat
99 † *l.2.C.de sport.& scribũt Bart in d. l.vn.in prin.nu.6.& ibi Ang.num.2. Castr.nu.2. Alex. num.14.ff si quis iusd.non obt.Cam.Plant.in d. rub.ff. de off.eius,lib.2. c.12. nu.6.* vel specialiter ei commissa sit multæ di-
100 ctio,† *ut scribunt Bart. in d.l si qua pœna 244. num. 5. ff. de verb.sign. Castr.in d.l.2.§.ult.nu 1.ff.de re ind. Alex.in d.l.vn.in prin.nu.14 uers.4. & ibi Ias.num.20. ff si quis iusd.non obt.* vel aliter iurisdictionem suam
101 defendere non possit,† *vt scribunt Ang.in d.l.un. in prin. num.2. & ibi Alex.nu.14.vers.5.Ias.nu.18.Longon.in d.l.Imperium nu.162.* Et hæc de multa.

S V M M A R I V M.

1 *Pignoribus captis coercentur contumaces.*
2 *Pignorum capio est modica coercitio.*
3 *Pignora quibus ex causis a magistratu capiantur.*
4 *Pignus prætorium contrahitur per missionem in possessionem.*
5 *Missio in possessionem est modica coercitio.*
6 *Magistratus municipales an possint coercere captis pignoribus,& num. seqq.vsq; ad nu.14.*

7 Ma-

An pignoris capio mandari possit.

Quæstio Decimaseptima.



VNC videamus de ijs modicis coercitionibus, quæ reales quidem sunt, sed descēdunt ex edicto prætoris. Harum tria possunt exēpla afferri.

Primum in ea coercitione, quæ
1 fit captis pignoribus, † *de qua in l. 1. § cogenda ff. de ventr. insp. §. pen. Inst. de satisd. tut.* nā & hæc est mo-
2 dica, † *vt scribunt Cuiac. in l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin. Donell. lib. 17. comm. c. 6.* (licet sit realis) & ex edicto prætoris plerunq; proficisci tur, vt ex eo intelligimus, quia pignoris capiendi duplex potest esse causa: vel enim capitur ob contumaciam, vel in executionem rei iu
3 dicatæ † *l. 2. C. qui potior in pig. hab.* Ob contumaciam capitur, quoties mittitur aduersarius in possessionē, vel vnius rei, vel omnium bonorū eius, qui iusdicenti non obtemperat, *secundum ea, quæ diximus in hoc c. q. 12. nu. 1. & seqq.* nam ex huiusmodi missione contrahitur pignus, quod vulgo prætorium nūcupatur
4 † *l. 3. §. 1. ff. de reb. cor. l. 2. in prin. ff. pro hæred. l. si postquā 3. C. vt in poss. lega.* Quamobrem missio in possessionem dicitur & ipsa modica coer
5 citio, † *vt scribunt Ang. in l. 2. nu. 4. & in l. Iubere 4. in prin. vers. sequitur in ea gl. ff. de Iurisd. Seb. Sap. in d. l. Imperium 3. nu. 55. & ibi Longo. nu. 115. ff. eod. Cuiac. in d. l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin.* quia per eā coercetur is, qui præcepto iusdicentis nō obtemperat, puta non cauet *l. dies cautioni 4 §. si intra l. prætor ait 7. §. 1. vers. eum, cui l. si finita 15. §. ex hoc edicto ff. de damn. inf. l. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. is, cui 5. in prin. ff. vt in poss. leg. §. pen. Inst. de satisd. tut.* vel vocatus non venit *l. 1 § cogenda ff. de ventr. inspic.* vel latitat, nec sui conueniendi potestatem facit *l. impuberibus 7. §. præterea ff. de susp. tut. §. si quis tutor Inst. eo. l. 2. in prin. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* Hinc intelligimus missionē in possessionem non solum respicere executionem edicti, *secundum ea, quæ diximus in hoc c. q. 8. num 2.* Sed etiam coercitionem contumacis: nam prætor, cum mittit in possessionem, eodem tempore, & coercet inobedientem, & exequitur edictum, vtpote, in quo promiserat, se missurum in possessionē, quod agit, cum iri iubet, *vt ibi demōstrauimus.* Hæc igitur pignoris capio descendit ex edicto prætoris, *vt ostēdimus in d q. 12. nu. 18.* Quamobrem ad solos pertinet prętores, & pręsides, non etiam ad magistratus munici-
6 pales, † *vt scribunt Castr. in l. 1. nu. 3. ff. de dam. inf. Imol. in l. dies cautioni 4. §. si intra nu. 2. & ibi Alex. nu. 2. ff. eod. Alex. in l. iubere 4. nu. 12. & 13. ff. de Iurisd.* quippe, qui regulariter facere non possunt ea, quæ ve
7 niunt ex prætorum edictis † *l. vn. in prin. ff. si quis iusd. non obt. l. ea, quæ 26. §. 1. ff. ad municip.*

Nec

Nec eſt contrarium, quod Imo
etiam magiſtratus municipales vi-
8 deantur poſſe capere pignus † *l.*
quemadmodum 29. §. *magiſtratus ff.*
ad l. Aquil. & ſcribunt Longou. in d.
l. Imperium 3. *nu.* 176. *in fi.* ff. *de Iu-*
riſd. Cuiac. ad l. 1. ff. *de off. eius, in* 1.
lib. q. Papin. & fatētur etiam omnes,
quos referemus infra num. 12. quia
reſpōdeo poſſe ex lege municipij,
9 † vt indicāt *in d. l. quemadmodū* 29.
§. *magiſtratus*, illa Vlpiani verba,
10 † *Si, dū putat, ſe ex lege pignus cape-*
re, non ex lege ceperit, & illa, *Quod*
dicendum eſt, &, ſi ex lege pignus ce-
perit· nam, ne eorum iuriſdictio ſit
inutilis, & nulla, veriſimile eſt, mu-
nicipali lege cautum eſſe, vt pignus
capere poſſint, *vt diximus in q. præ-*
ced. nu. 68. Sed, ſi capiatur ex edicto
prætoris, magis eſt, vt id magiſtra-
tus municipales facere nequeant,
Quamobrem Vlpianus *in l.* 3. §. 1.
ff. *de reb. eor.* dum, *pignori tamen ca-*
pi, inquit, *iuſſu magiſtratus, vel præ-*
ſidis, vel alterius poteſtatis, et diſtra-
hi fundus pupillaris poteſt, ita acci-
11 piendus eſt, † vt verbo magiſtratus
non municipalem denotet, ſed vr-
banum, quippe, qui præſidibus, cū
quibus coniungitur, ſolet in iure
præferri, *uti demonſtrauimus in q.*
praced. nu. 23. Hoc antem modo fa
cile defendi poteſt, quod a veteri-
bus traditum eſt, magiſtratus muni
cipales non poſſe capere pignus of
ficio nobili, ſed poſſe officio merce
nario, ad hoc ſcilicet, vt reus veniat
12 ad iudicium, † *vti videre eſt apud*
Alex. in l. Iubere 4. *nu.* 12. & 13. &
ibi Iaſ. nu. 11. *Seb. Sap. nu.* 17. *vbi te-*
ſtatur hanc eſſe communem, Purp.
nu. 13. & 20. ff. *de Iuriſd. Alex. in l.*
dies cautioni 4. §. *ſi intra nu.* 2. & 3.
ff. *de damn. inf.* quia officio nobili
non videtur capi pignus niſi, quod
ex edicto prætoris proficiſcitur.

Sanè in cauſa damni infecti, cū
res celeritatem deſiderat, certū eſt,
poſſe etiam duumuiros contumacē
pignoris capione coercere, quia, ſi
non caueatur, poſſunt mittere ad-
uerſarium in poſſeſſionem eius rei,
cuius nomine cautio petebatur, vt
edicto prætoris continetur *l.* 1. *l. dies*
cautioni 4. §. *duas* ff. *de damn. inf.* &
ſic poſſunt capere pignus, quod ex
tali miſſione contrahitur, *vt ſupra*
nu. 4. *dictum eſt.*

Nec eſt, quod obijcias, Imo etiā
in cauſa damni infecti non poſſe
duumuiros pignoribus captis coer-
cere, vt apertè ſcribere videtur Vl-
pianus *in d. l. dies cautioni* 4. §. *ſi in-*
tra ff. *de damn. inf.* dum, *An tamen*,
inquit, *is, qui non admittet, etiam pi-*
gnoribus a magiſtratibus coerceatur?
Non puto, ſed in factum actione tene-
13 *bitur*, quia reſpondeo, † non tracta-
re Vlpianum de ea pignoris capio-
ne, quæ in cauſa damni infecti fit
per miſſionem in poſſeſſionem ex
primo decreto: nam illam ſine du-
bio etiam magiſtratus municipales
habent, ſed tractare de capione pi-
gnorum, quæ fit per miſſionem in
poſſeſſionem omnium bonorum,
vel per mobilium abductionem,
ablationem vè: nam ea fieri non po
teſt, quoties miſſus in poſſeſſionem
non admittitur, quia contumacia
coercetur alio remedio, nempe a-
ctione in factum, quam prætor ſpe-
cialiter propoſuit aduerſus eū, qui
miſſum in poſſeſſionem non admit
tit *l. prætor ait* 7. §. 1. *verſ. in eum. ff.*
de damn. inf. Itaq; non ſolum magi
ſtratus municipales, ſed ne præto-
res quidem, & præſides poſſent in
tali caſu pignoribus coercere, vt a-
pertè oſtendunt illa verba ſequen-
tia, *Nam, etſi a prætore miſſus non*
admittatur, eadem actione vtendum
eſt. Ex quo intelligimus malè ve-
teres ex illo Vlpiani loco deduxiſ-
ſe, magiſtratus municipales nō poſ

ſe

ſe pignoribus captis coercere, quia
cum in illa ſpecie ne maiores qui-
dem magiſtratus poſſint, non rectè
videtur ab illa ad alias ſpecies ar-
gumentum deduci.

Non ſolum autē coercendi gra-
tia pignora capiuntur, ſed etiam in
executionem rei iudicatæ: nā exe-
cutio plerunq; fit per pignorum ca
14 pionem, & diſtractionem † *l. e. l. 2. C. de exec. rei iud. l. a Diuo Pio 15. §. in venditione ff. de re iud. l. ſi pignora. 50. ff. de euict.* non tantum a ma
giſtratibus maioribus *l. ſacrilegi 9. §. vlt. ff. ad l. Iul. pecul.* ſed etiam a
minoribus, puta a municipalibus,
vt rectè Longo. in d. l. Imperium nu. 176. in fi. & alij pleriq; tradiderunt,
qua de re, quia latè diximus *in q. 14.* ideo nobis hic nō, niſi inciden
ter agendum eſt: loquimur de ea
pignoris capione, quæ contumacis
coercendi cauſa fit;

Hanc autem capionem eſſe mix
15 ti imperij vulgo receptum eſt, † *vti videre eſt apud Alex. in d. l. Iubere 4. nu. 12. ff. de Iuriſd. Longo in d. l. Imperium 3. num. 116. & 170. ff. eod.*
Quod puto veriſſimum, ſi a maiore
16 magiſtratu fiat: † nam is rectè dici-
tur imperio vti, cum capit pignus
l. ſacrilegi 9. §. vlt. ff. ad l. Iul. pecul.
quia imperium habet *l. 2. ff. de in ius voc.* Cæterum, ſi fiat a minore,
puta a municipali, verius eſſe pu-
to, non eſſe mixti imperij, ſed ſim-
17 plicis iuriſdictionis, † *vt rectè docuerunt Alex. in d. l. dies cautioni 4. §. ſi intra nu. 2. ff. de damn. inf. Iaſ. in d. l. Iubere 4. num. 10. & ibi Purp. nu. 13. & 20. ff. de Iuriſd. Quicquid cenſuerit Longo. in d. l. Imperium. n. 176. in fi.* quia cum dicatur eſſe ma
giſtratus ſine imperio, & poteſtate
l. nec magiſtratibus 32. ff. de Iniur.
conſequens eſt, vt nihil in eius per
ſona cōſiderari poſſit, quod ſit mix
ti imperij.

Hinc illud ex veterum ſententia
conſequens eſſe videtur, vt capio
pignorum, quatenus eſt mixti im-
perij, & ſolis competit maioribus,
cenſeatur eis ſpecialiter, & in priui
legium tributa, ideoq; delegari ne-
queat, quatenus verò eſt ſimplicis
iuriſdictionis, & ab omnibus etiā
minoribus expediri poteſt, cenſea-
tur competere iure magiſtratus, &
per conſequentias delegari poſſit,
18 † ſecundum id, quod definiunt ex
ſentētia Papiniani *in d. l. c. in prin. ff. de off. eius,* quem ita interpretan
tur, *vt retulimus in hoc c. q. 1. nu. 1.*

Sed ex ijs, quæ latè diximus *in qq. præcedent.* facile eſt intelligere,
imo verius eſſe, talem capionem,
ſiue ſit mixti imperij, ſiue ſimplicis
iuriſdictionis, ſemper competere
iure magiſtratus, ideoq; demanda-
19 ri poſſe: † Nam, cū hæc dicantur de
mixto imperio, deq; ijs, quæ mix-
ti imperij ſunt, vt de miſſione in
poſſeſſionem, *l. cognitio 4. §. vt poſſeſſio ff. de off. eius, & oſtendimus in hoc c. q. 12. nu. 17. & 26.* quæ pigno
ris capionem continet, *vt diximus ſupra nu. 4.* Conſequens eſt, vt de
ipſamet pignoris capione dici de-
beant, ſiue de mandandi poteſtate
quæramus, ſiue de tranſlatione, quę
per generalem, aut ſimplicem dele
gationem fiat: nam, quæcunq; de
miſſione in poſſeſſionem diximus,
cenſeri debent, & de pignorum ca-
pione dicta.

Secundum exemplum earū co-
ercitionum, quæ reales ſunt, & ex
edicto prætoris veniunt, afferri po-
teſt in ea, quæ fit per ſecundum de
cretum, cum ſcilicet prætor ob id,
quod duratur non caueri, in poſſeſ
ſionem miſſum poſſidere iubet *l. dies cautioni. 4. §. ſi fortè ff. de dān. inf.* Nam & hic iuſſus coercitio eſt,
quia hoc modo prætor coercet per
uicaciam, & duritiem non cauentis

d §. si fortè, & est coercitio modica,
20 † *Quicquid censuerit Ang. in l. 2. nu. 4. ff. de Iurisd.* sed proficiscitur ex edicto prętoris *l. prator ait 7. §. 1. ff. de damn. inf.* Verum, quia de ea latè diximus *in hoc c. q. 13.* ideo non est necesse hic iterum referre, quæ latius ibi commemorauimus.

SVMMARIVM.

1 *Coercitio modica consistit etiam in iudicio pœnali.*
2 *Pœnale iudicium descendit ex edicto pratoris.*
3 *Pœnale iudicium, & multa sunt vnum, & idem, Sed contra nu. 4. & referuntur differentia nu. seqq. vsque ad nu. 36.*
6 *Declaratur l. vn. §. is videtur ff. si quis iusd. non obt. & nu. seqq. vsque ad nu. 22.*
7 *Extrema, qua dicantur, & nu. 8. & 14.*
10 *Dictio, cæterum, aduersatur praecedentibus, & in iure, & in facto.*
11 *Dictio, tunc, restringit.*
13 *Pracisionibus vtuntur etiam Iurisprudentes.*
15 *Declaratur l. vn. §. non solum ff. si quis iusd. non obt. & nu. 16. & 17.*
21 *Contumacia non admittentis missũ in possessionem qualiter coerceatur*
24 *Multa exigitur potestate pratoria nõ iure actionis.*
25 *Multa fisco applicatur.*
26 *Pœnale iudicium, quo plectuntur cõtumaces, quibus detur, & nu. seqq. vsq; ad nu. 30.*
27 *Declaratur l. vn. §. vlt. ff. si quis iusd. non obt.*
34 *Actiones pratoria pœnales non dantur regulariter in haredes, neq; post annum.*
36 *Pœnali iudicio defendere suam iurisdictionem est mixti imperij.*
37 *Iurisdictio defenditur pœnali iudicio iure magistratus.*
38 *Iurisdictionem defendere pœnali iudicio transit mandata iurisdictione.*

An pœnale iudicium, quo plectuntur contumaces possit demandari.

Quæstio Decimaoctaua.


Ertium, atq; postremum exemplum afferri potest in iudicio pęnali, quo permissum est magistratibus suam defendere iurisdictionem *l. vn. in princ. ff. si quis iusd. non obt.*
Nam & id continet modicam con
1 tumacis coercitionem † *vt scribũt Duar. ad tit. ff. si quis iusd. non obt. Cuiac. ad l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin.* sed ex edicto prætoris profi
2 ciscitur † *d. l. vn. §. non solum.* Quãobrem non datur post annum *d. l. vn. §. fin.* vt est proprium earum actionum pœnalium, quas prætor ex sua iurisdictione introduxit *§. 1. Inst. de perp. & temp. act.*
Hoc autem iudicium veteres passim multam appellant, idemq; putant esse multa coercere, & redde
3 re pœnale iudicium, † *vti videre est apud gl. in d. l. vn. in prin. in verb. pœnali, & ibi Bart. n. 4. Ang. in prin. vers. sequitur, Castr. num. 1. Alex. in prin. Ias. nu. 1. Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. c. 3. nu. 10. Longo. ad l. Imperium 3. num. 174. in fi. ff. de Iurisd. Ant. Aug lib. 3. emend. c. 6. Coras. ad l. magistratibus 12. nu. 7. ff. de iurisd.*
Sed horum sententia, vt est a veritate aliena, ita & merito fuit a
4 † *Duar. lib. 1. disp. ann. c. 50. & ad tit. ff. si quis iusd. non obt. cap. 1. Egu. Baro. ad l. vn. ff. eo. & ibi Cuiac. tam in 1. quam in 2. recit. & alijs* plerisq; recentioribus improbata, quia verius est, multum inter hæc esse discriminis.
5 Primum enim † multa dici potest

teft etiam ei, qui fuit contumax initio iurifdictionis, ideft, qui non fecit id, quod eft iurifdictionis initium, pura in ius vocatus nō venit *l. 2. §. 1. ff. fi quis in ius voc. non ier.* quo cafu dicitur non obtemperaffe iufdicenti in eo, quod refpicit initium iurifdictionis, quippe, quæ tunc primū cenfetur exerceri *cap. gratum 20. De off. & pot. iud. del. & dicemus in 10. c. q. 1. num. 6.* At pœnale iudicium non datur, nifi in eū, qui fuit contumax in fine iurifdictionis, ideft, qui non fecit id, quod in iurifdictione eft extremum, & vltimum, puta, non eft paffus rem
6 duci, vel ferri, † vt *poft Bulgarum, quē refert gl. in d. l. vn. §. 1. in verb. qui, quod extremum. rectè docuerūt ibi Zaz. & Cuiac. tam in 1. quam in 2. recitatione. Alcia. lib. 2. Parad. c. 15. Zaz. in fing. intell. c. 10. Duar. lib. 1. difp. ann. c. 10. & ad d. tit. ff. fi quis iufd. non obt. c. 1. Cuiac. lib. 24. obf. c. 21. &* non obfcurè fignificat Vlpianus *in d. l. vn. §. 1.* dum, *Is videtur iufdicenti non obtemperaffe,* inquit, *qui, quod extremum in iurifdictione eft, non fecit, veluti, fi quis rem mobilem vindicari a fe paffus non eft, fed duci eam, vel ferri paffus eft. Cæterum, fi & fequentia recenfanit, tunc non obtemperaffe videtur:* nam extremum fignificat vltimum, & nouiffimum, quod fcilicet nihil habet
7 fubfequēs, † *l. fi ijs 4. § vlt. ff. de cōd. & dem. l. 1. C. fi fec. nup. mul. c. Raynutius 16. extr. de teftam. & præfati authores rectè tradiderunt.* Vnde Virg. egl. 10.

Extremum, inquit, *hunc Arethufa mihi concede laborem.*

Nec eft, quod alijs obijciat, Imo illa verba, *veluti, fi quis rem mobilem vindicari a fe paffus non eft, fed duci eam, vel ferri paffus eft,* videri fignificare, etiam eum dici ius dicēti non obtemperaffe, qui non eft paffus rem a fe vindicari, ideft fecū agi rei vendicatione, & fic fuit contumax initio iurifdictionis, & hoc modo videri oftendere, Vlpianum non dixiffe extremum pro vltimo, fed pro principio, & fine, & hoc fignificaffe, cum dici non obtemperaffe iufdicenti, qui non fecit id, quod iurifdictionis eft, aut principium, aut finis, quæ duo videntur
8 effe rerum extrema, † *vt interpretatur Io. quem refert, & fequitur gl. in d. l. vn. §. is videtur, in verb. qui quod extremum, & ibi Bart. num. 2. Ang. nu. 1. Caftr. nu. 3. Alex. in prin. Cagn. nu. 2. & ex recentioribus Egu. Baro. ff. fi quis iusd. non obt.* quia refpondeo, negando hunc effe illorū
9 verborum fenfum: nec enim † cōtinent exemplum eius, qui non obtemperauit, fed eius, qui obtemperauit: Nam dictum Vlpiani duas continet decifiones, vnam expreffam, alteram verò tacitam; Expreffa eft, quia *is videtur iufdicenti non obtemperaffe, qui, quod extremum in iurifdictione eft, non fecit.* Tacita verò, quia is non videtur iufdicenti non obtemperaffe, qui fecit id, quod extremum eft in iurifdictione, licet non fecerit id, quod eft iurifdictionis initium. Vtriufq; decifionis exemplum Vlpianus allaturus, *veluti,* inquit, *fi quis rem mobilē vindicari a fe paffus non eft, fed duci eam, vel ferri paffus eft,* quibus verbis nō affert exemplum expreffæ decifionis, fed tacitæ: nam fignificat, hunc non videri iufdicenti nō obtemperaffe, quia, licet fuerit inobediens in eo, quod refpicit iurifdictionis initium, cum paffus non fit rem a fe vindicari, fuit tamen obediens in eo, quod refpicit iurifdictionis extremum, cum paffus fit rem duci, vel ferri, & ideo non videtur iufdicenti nō obtemperaffe, vt incidat in huius edicti pœnam,

quippe,

quippe, qua tenentur ij tãtum, qui
non faciunt id, quod in iurisdictio-
ne extremum est. Quamobrẽ subij-
cir, *Cæterum, si & sequentia recusa-
uit, tunc non obtemperasse uidetur,*
quibus verbis significat, non tunc
videri iusdicenti non obtemperas-
se, cum vindicari passus nõ est, du-
ci autẽ, vel ferri passus est, sed tũc
demum, cum & sequentia recusa-
uir, idest, cum duci rem, vel ferri
passus non est, quia tunc non fecit
id, quod est extremum, & vltimum
in iurisdictione, *ut eleganter expli-
carunt omnes, quos retulimus supra
nu. 6.* Quem esse verum eiusce loci
sensum intelligimus ex illa dictio-
ne, *Cæterum,* quæ non solum in fa-
cto præcedentibus aduersatur, sed
10 etiam in iure † *l. & heredi 22. §. nos
autem ff. de pact. l. certi condictio 9.
in prin. ff. si cert. pet.* nam ex hoc il-
lud consequitur, vt, si is dicitur ius-
dicenti non obtemperasse, qui etiã
sequentia recusauit, nõ dicatur ius-
dicenti non obtemperasse, qui non
etiam sequentia recusauit. Deinde
suadet id ipsum illa dictio, *tunc,*
quæ sui natura restrictionẽ opera-
11 tur † *l. in substitutione 31. in fi. ff. de
vulg. l. in ijs 4. §. ult ff. de cond. & de-
mon. l. Gallus 29. in prin cum ibi not.
ff. de lib. et posth.* nam, si tunc dicitur
iusdicenti non obtemperasse, cum
& sequentia recusauit, consequens
est, vt non dicatur iusdicenti non
obtemperasse tunc, cum etiam se-
quentia non recusauit.

Nec est contrarium, quod nisi il
la verba, *ueluti, si quis rem mobilem
vindicari a se passus non est, sed du-
ci eam, uel ferri passus est,* referren-
tur ad dictum præcedens, & eius
exemplificandi causa censerentur
prolata, remanerent imperfecta, &
12 sine aliquo sensu, quia † (*circumscri
pta Hoto. lib. 8. obs. cap. 15. lectionem
more suo commutantis opinione*) res-
pondeo remanere imperfecta, quo
ad figuram verborum, quia conti-
nent præcisionem, siue, vt Græci vo
cant, ἔλλειψιν, sed non quo ad de-
cisionem ipsam, quippe, quæ colli-
gi potest ex subsequenti, vel (vt ali
bi) ex præcedenti aduersatiua de-
cisione, secundum id loquendi ge-
nus, quod, vt alijs scriptoribus, ita
& iurisprudentibus ipsis frequens
13 est, † *uti constat ex l. in bello 12. in
prin. ff de capt. & postl. reu. & elegan
ter obseruarunt Duar. d. lib. 1. disp.
anu. c. 50. & Cuiac. d. lib. 24. obs cap.
25. & 31. & in d. l. un. ff si quis iusd.
non obt.*

Minus est contrarium, quod cu-
iusq; rei duo sint extrema, princi-
14 pium, & finis, quia respondeo, † id
habere locum in quantitate conti-
nua, in qua non datur principij, seu
prioritatis ordo, vt euenit in linea,
nam, quia principium tam ab vna,
quam ab altera parte duci potest,
ideo vtramq; partem considera-
mus, vt extremum. Cœterum in
quantitate discreta, quæ certum ha
bet principum, magis est, vt extre-
mum sit vnum, non duplex: nam id
solum a probatis authoribus extre
mum appellatur, quod est vltimũ,
& nouissimum, *ut diximus sup. n. 7.*

Minus obstat, quod pœnali iudi
cio possit etiam actor teneri *d. l. un.
§. non solum,* in quo tamen nõ finis,
idest abductio, siue ablatio rei, sed
principium tantum videtur posse
15 considerari, † Qua ratione *gl. in d. l.
un. §. 1 in uerb. qui, quod extremum,
& alij* pleriq; moti superiorem in-
terpretationem reprobarunt, quia
respondeo, Imo etiam in actore iu
risdictionis extremum considerari
16 posse: † nam inconueniens non est,
vt etiam petitor in eodem iudicio
condemnetur ad rem aliquam reo
præstandam, *ut in l. pen. C. de sent.
& int. om. iud.* quo casu, si non ob-
tempe-

temperet iuſdicenti in eo,quod eſt
extremũ iuriſdictionis, tenebitur,
17 & ipſe iudicio pœnali. † vti rectè
Bart.in d.l.vn.§. is videtur nu.1.&
ibi Ang.nu.1. & poſt eos Cuiac. tam
in 1. quam in 2. recit. & d. lib. 24.
obſ.c.24.& alij tradiderunt.

Denique non obſtat, quod hoc
ſenſu poſito ſequatur, eam tantum
contumaciam coerceri, quæ reſpi-
cit iuriſdictionis finem, non etiam
eam,quæ principium,aut medium,
quod abſurdum eſt l. 2. §. 1.ff. ſiquis
in ius voc.non ier. Qua ſola ratio-
18 ne moti veteres ,† vt Bart.in d.§.is
videtur n.1.& ibi Ang.nu.1. Alex.
in prin. & alij ſupradictam Bulgari
interpretationem frequentius im-
19 probarunt,quia reſpondeo, † con-
tumaciam omnem,quandocunque
interueniat,coerceri, ſed non iudi-
cio pœnali,de quo loquimur:nam,
ſi quis in ius vocatus non ierit, aut
poſtea, quam venit, decreto iuſdi-
centis non obtemperauerit, coer-
cebitur quidem l. 1. §. propter ca-
ſum ff.de poſtul. ſed aut multa, aut
vinculis,aut pignoribus l. 1. §. co-
genda ff. de ventr. inſp. l. 2.§.1. ff. ſi
quis in ius voc.non ier.l.iniuriarum.
13.§. ſi quis quod ff. de Iniur. Cœ-
terum pœnali iudicio, quod propo
nitur in edicto, Si quis iuſdicenti
non obtemperauerit, non coerce-
bitur,quoniam id redditur tantum
in eum,qui non fecit id, quod ex-
tremum eſt in iuriſdictione, vti ſu-
20 pra diximus. † Ita reſpondent Duar.
d.lib. 1. diſp. ann. cap.50. & Cuiac.
in d.l. vn. tam in 1. quam in 2. recit.
Nec eſt nouum actione coerceri eũ
contumacem, qui non paret exe-
quenti: nam, ſi non admittatur is,
qui in poſſeſſionem miſſus eſt,non
coercetur contumax pignoribus
captis,aut multa, ſed actione in fa-
ctum, quam prætor aduerſæ parti
pollicetur in id, quanti ea res eſt,
21 † ſiue ex cauſa damni infecti miſ-
ſio facta ſit l. dies cautioni 4.§. ſi in-
tra verſ. an tamen l. prætor ait. 7. §.
1. verſ. in eum l. ſi finita 15.§. fin.
cum 2.ll ſeqq ff. de damn. inf. ſiue
ex alia cauſa l. 1. in prin. ff. ne vis
fiat ei, qui in poſſ.miſſ.eſt. Et hæc eſt
prima differentia.
22 Secundo differunt, † quia mul-
tam dicunt vrbani magiſtratus mo
re, vt ex Gell.lib. 11.cap.1.diximus
in hoc cap. q. 16. num. 16. præſides
verò prouinciarum mandatis prin-
cipum, l. aliud. 131.§.vlt.ff.de verb.
ſign. At pœnale iudicium reddunt
ex edicto prætoris d.l. vn.§. non ſo-
lum ff. ſi quis iuſd. non obt.

Tertio, quia non omnes magi-
ſtratus multæ dictionem habent,
ſed tantum vrbani,& præſides pro-
uinciarum d.l. aliud 131. §. vlt. &
oſtendimus in dict. quæſt. 16. nu.22.
& ſeqq. At hoc iudicio poſſunt om
nes magiſtratus ſuam iuriſdictio-
nem defendere, ſolis duumuiris ex-
ceptis d.l.vn.in prin. ff. ſi quis iuſd.
23 non obt.† Ita Egu.Baro in d l.vn. ff.
ſiquis iuſd.non obt.

Quarto differunt,quia pro mul-
ta non datur actio, ſed prætoria po
24 teſtate fit exactio, † vt de execu-
tione dicitur in l. 3. verſ. ſed melius
ff. ne vis fiat ei; At ex hoc edicto
datur actio, quæ pœnale iudicium
nuncupatur d.l.vn.in prin. & §.vlt
ff. ſi quis iuſd. non obt.

Quinto multa fiſco applicatur
25 † l. vlt.C. de mod. mult. Pœnale verò
26 iudicium datur parti, † vt rectè do-
cuerunt Duar.d.lib. 1.diſp. ann.cap.
50.et ad d.tit.ff. ſi quis iuſd. non obt.
cap.1.& 3. Cuiac. ad d.l. vn. tam in
1. quam in 2. recit. & non obſcurè
ſignificat Vlpianus in d.l. vn. §.vlt.
dum, Hoc iudicium, inquit, non ad
id, quod intereſt, ſed quanti ea res
eſt, concluditur; nam his verbis
27 † oſtendit,eum, cui datur actio, ta-
S lem

lem esse , vt in eius persona possit
aliquod interesse considerari, cu-
ius ratione dubitari potuerit, an
ad id competeret huiusmodi iudi-
cium; Id autem, quod interest, nun
quam consideramus respectu fisci,
sed tantum respectu priuati ; De
hoc igitur, non de fisco significat
Vlpianus in hac actione dispu-
tari.

28 Hinc intelligimus, † malè *gl. in
d.l.vnic.§.vlt.in verb.hoc iudicium,
& ibi Bart. in prin. Ang.nu.1.Castr.
nu.1.Alex. in prin. & alios* plerosq;
censuisse, ex hoc edicto duplicem
actionem competere, vnā fisco, al-
teram verò parti, quia verius est,
29 † vnam tantum competere (cum
Vlpianus dicat, *hoc iudicium*) quæ
parti datur; Quamobrem supradi-
30 cta opinio non immerito fuit a †
*Cuiac. in d. l. vn. in prima recit. &
alijs* plerisq; reprobata. Simili quo-
que modo ex hoc intelligimus,
31 probabile non esse, † quod *Egn.Ba-
ro in d.l.vn.& ibi Cuiac in vtraque
recit & lib. 24. obs. cap.25.* & alij
tradiderunt, huiusmodi actionem
32 esse popularem, quia, † cum parti
detur, *vt supra dictum est*, conse-
quens est, vt non sit popularis, *vt
in specie scribit Duar. ad d. tit. ff. si
quis iusd.non obt.cap.3.* Nec popu-
larem esse possumus ex eo collige-
33 re, † quod neque post annum de-
tur, neq; in hæredem *d. l. un.§. ult.*
vt est popularium actionum natu-
ra *l. ult. ff. de popul. act.* quia, cum
hoc non sit proprium actionum
popularium, sed commune sit om-
nibus ferè actionibus pœnalibus,
quas prætor ex sua iurisdictione in
troduxit ad commodum priuato-
34 rum † *l pen §.ult.ff.ne quis eum, qui
in ius uoc.est ut ex l.1.§.ult.ff.ne vis
fiat ei, qui in poss.miss.est*, non potest
esse probabilis consequentia, Non
datur post annum, neque in hære-
dem, Est igitur popularis. Deni-
35 que non sequitur, † Actio in fa-
ctum, quæ nascitur ex edicto, de al-
bo corrupto, popularis est, quia da
tur ad vindicandam contemptam
prætoris maiestatem *l. si quis id,
quod 7.ff. de Iurisd.* Ergo & hæc,
quæ pariter datur, vt contempta
prętoris maiestas vindicetur, debet
esse popularis , quia multæ sunt a-
ctiones, quæ dantur ad vindican-
dam prætoris maiestatem contem-
ptam, & tamen parti competunt,
*uti uidere est in l.si per alium 1.§.1.
ff.ne quis eum, qui in ius uoc.est, ut
ex.l.1.§. ult. ff. ne uis fiat ei, qui in
poss miss est.*

Hoc igitur iudicium, siue, vt ve-
rius loquar, huius iudicij datio, est
36 mixti imperij, † *ut scribunt Longo.
in d.l.Imperium 3.nu.117.ff. de Iu-
risd.Vand.lib.2.quæst. iur. c. 35.nu.
4.*&, quia descendit ex edicto prę-
toris *d. l.un.§. non solum ff.si quis
iusd.non obt.* ideo magistratibus po
puli Romani competit iure magi-
37 stratus, † *secundum ea, quæ diximus
in hoc cap.quæst.1 num 15. Ita Cu-
iac. in d.l. un. in 2. recit. ff si quis
iusd. non obt.* Nec est contrarium,
quod non competat duumuiris, si-
ue, magistratibus municipalibus, *d.
l.un. in princ. & verius esse demon-
strauimus in hoc cap. q. 16. num.49.*
quia, vt sæpè diximus, nihil ex hoc
inferri potest : Nec enim sequitur,
Magistratus municipalis hoc face-
re non potest, Ergo non competit
alijs iure magistratus, *ut ostendimus
in hoc cap.q.1 .num.6. & fere omni-
bus qq seqq.*

Hinc infertur, huiusmodi potesta
tem mandari posse, Imo mandata
38 generali iurisdictione transferri, †
*ut rectè docuerũt Duar.d.lib.1.disp.
ann.cap.50. Eduar. pro Egn. fo.31.*
quia, cum sit modica coercitio, si-
ne qua iurisdictio a magistratu
po-

populi Romani demandata nulla est, consequens est, vt mandata iurisdictione transferatur *l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius*; Et hæc de modica coercitione reali.

SVMMARIVM.

1 *Contumaces coercentur vinculis, seu carceribus, & nu. 2. & 3.*
4 *Coercitio, qua fit vinculis, est modica.*
5 *Vinculis coercere est meri imperij, Declara, si fiat ex causa criminali, nu. 6. Alias est mixti nu. 7.*
8 *Prator potest vinculis coercere.*
9 *Coercitio, qua fit Vinculis, competit more.*
10 *Vinculis coercere possunt soli maiores & nu. 19.*
11 *Magistratus minores, an possint iubere in carcerē duci & nu. 12. & 15.*
13 *Carceratio ex causa ciuili est iurisdictionis, Sed contra nu. 14.*
17 *Castigatio modica, qua conceditur defensoribus ciuitatum est meri imperij.*
18 *Ordinarij possunt citare realiter, Declara, vt nu. 19.*
20 *Magistratuum cur quidam haberent lictorem, non viatorem, quidam vtrunq; & quidam neutrum, & nu. seqq.*
21 *Lictor prahensionis, viator vocationis erat insigne.*
22 *Tribuni plebis habebant prahensionem, non vocationem.*
23 *Quastores, & Aediles, nec vocationē habebant, nec prahensionem.*
24 *Coercitio, qua fit vinculis, competit iure magistratus.*
25 *Coercitio, qua fit vinculis, mandari potest, & mandata iurisdictione transfertur, nu. 26.*
27 *Iudex datus non potest vinculis coercere.*
28 *Delegatus ad vniuersitatem causarū potest citare realiter.*
29 *Delegatus ab ordinario nō ante, sed post litis contestationē potest citare realiter, Sed contra nu. 32.*
30 *Declaratur §. si verò etiam quidam Auth. de exh. reis coll. 5. & num. 34. 36. 37. 39. & 41.*
31 *Delegatus per litis contestationē efficitur dominus, Sed contra nu. 32. vers primo.*
33 *Delegatus non potest torquere testes.*
35 *Argumentum a contrario sensu non valet vniuersaliter, sed tantū particulariter, quando inclusio est vniuersalis negatiua.*
38 *Delegatus a princpe non potest citare realiter, Sed contra nu. 40.*
42 *Ordinarius tenetur subministrare delegato principis familiā, et alia necessaria ad expediēdā iurisdictionē*

An potestas coercendi contumaces vinculis mandari possit.

Quæstio Decimanona.



SVperest, vt de ea modica coercitione loquamur, quæ personalis est, & videamus, an ea mandari possit. Huius autē tria possunt exēpla afferri.

Primum in ea coercitione, quæ fit vinculis, id est retentione corporis
1 ris † *l. sacrilegi. 9. §. vlt. ff. ad l. Iul. pecul.* eum scilicet magistratus iubet aliquem duci in carcerem, siue
2 in publica vincula † *l. 2. §. exactis ff. de orig. iur. l. 2. ff. de in ius voc. Paul. lib. 1. sent. tit. 26. & quidem* propter contumaciam, quod ei fa-
3 cere permissum est † *l. iniuriarum, 13. §. si quis, quod ff. de iniur. Paul. d. lib. 5. sent. tit. 26.* nā & hæc est mo-
4 dica, non grauis coercitio, † *vt rectius Alex. in l. Imperiū 3. n. 16. ff. de Iurisd. & Cuiac. in l. 1. ff. de off. eius, in s. li. q. Papin quā Ang in l. 2. nu. 4. ff. de Iurisd. et alij pleriq; tradiderūt,* quia non fit ex causa criminali, sed

ex causa ciuili. De hac autem nobis est videndum, an sit mixti imperij, & an competat iure magistratus, possitq; mandari.

Et in Prima quidem quæstione,
5 puto non esse veram sententiam †
Caccial in d. l. Imperium, nu. 29. & aliorum existimantium esse imperij meri, quia, licet meri imperij sit, cum sit ex causa criminali, siue fiat ad pœnam, siue ad simplicem custodiam, quoad de crimine cognoscatur
6 tur † *ut Alex. in d. l. Imperium, num. 16. & ibi Caccial. nu. 28. & 29. Valas. nu. 162. Longo. nu. 169. & alij frequentius tradiderunt, reprobata Bart. in d. l. Imperium, nu. 8 contrarium sentientis opinione*, non tamen etiam meri imperij est, cum sit ex causa ciuili, idest, propter contumaciam in ciuili negotio commissam, sed est imperij mixti, siue eius imperij, quod iurisdictioni cohæret,
7 † *Ita enim scripserunt Longo. in d. l. Imperium, nu. 116. & 169. & ibi Egu. Baro, Anto. Gou. lib. 1. de Iurisd. n. 33. Egu. Baro ad l. ult. ff. de off. ei⁹, Cuiac. ad l. 1. ff. eo. in 1. lib. q. Papin.* nam hoc varijs probatur argumentis, &

Primo, quia prætor, qui regulariter non habet merum imperium, sed puniendos remittit ad præfectum, *ut latè ostendimus in hoc cap. q. 2. nu. 66.* potest contumaces coercere, & iubere in carcerem duci
8 † *d. l. 2. ff. de in ius uoc. d. l. iniuriarum 13 §. si quis, quod ff. de iniur. & scribit Ant Gou ad d. l. Imperium 3. n. 4. ff. de Iurisd* Non est igitur hæc coercitio imperij meri, sed mixti.

Secundo, quia, si non esset mixti, sed meri imperij, non competeret more sed daretur lege *l. 1 §. qui mandatam, vers. uerius ff. de off. eius,*
9 Atqui more competit, † vti cõstat ex his Gell. lib. 13 cap. 12. verbis, *Cum moribus maiorum tribuni plebis prahensionem haberent*. Non est igitur meri, sed mixti imperij.

Tertio, quia imperium simpliciter, cum dicimus, mixtum non merum intelligimus, *ut latè ostẽdimus in hoc c. q. 2. nu. 71.* Sed coercitio, quæ fit vinculis, dicitur imperij simpliciter *d. l. sacrilegi 9. §. ult. ff. ad l. Iul. pecul.* Est igitur mixti non meri imperij.

Quarto, quia modica coercitio, sine qua iurisdictio nulla est, dicitur imperij non meri *l. ult. §. ult. ff. de off. eius*, Sed coercitio, quę fit vinculis est huiusmodi, cum sine multa, vinculis, & verberibus iurisdictio nõ possit expediri, *ut diximus in hoc c. q. 15. nu. 17. & fatetur etiã Bart. in l. 2. nu. 2. ff. de* Iurisd. Est igitur imperij non meri.

Vtiq; autem & hic loquimur de iurisdictione maiorũ magistratuũ puta consulum, præfectorum, prætorum, proconsulũ, & id genus aliorum, qui imperiũ habẽt: nam hi so-
10 li vinculis coercere possunt, † *d. l. 2. ff. de in ius uoc. d. l. 2. §. exactis ff. de orig. iur. d. l. iniuriarum* 13. §. *si quis, quod ff. de Iniur. & scribunt Bald. in l. consentaneum* 8 *nu. 15. C. quom. & quand. iud. Castr. in l. dies cautioni. 4 §. si intra num. 4. ff. de damn. inf.* quod sine ijs futura sit eorũ iurisdictio lusoria, & nulla, *ut ostendimus in hoc ipso c. q. 16. nu. 67. & seq.* Cęterũ minores, qui sine imperio, & potestate magistratus sunt *l. nec magistratibus 32. ff. de Iniur.* quin sine vinculis iurisdictionẽ expediãt, nõ puto ambigendũ, propterea, quod vinculis coercere nequeũt, cũ præ-
11 hensionẽ non habeãt, † vt *scribunt Castr. in l. 1. n. 3. ff. de dãn. inf. Coras. ad l. magistratibus 12. nu. 5. ff. de Iurisd. &* hac vna ratione cõuincitur, quia, si talẽ haberent potestatẽ, non possẽt in ius vocari, eũ, vt *in d. l. 2. ff. de in ius voc.* Vlpianus ait, *In ius vocari*

vocari nõ oporteat magiſtratus, qui
poſſunt iubere in carcerem duci. At-
qui vocari poſſunt *d. l. nec magi-*
ſtratibus 32. ff. de Iniur. Non ha-
bent igitur poteſtatem coercendi
vinculis. Quamobrem Gell. lib. 13.
cap. 13. *Quaſitum eſſe memini*, in-
quit, *an quaſtor populi Romani, ad*
pratorem in ius uocari poßet, & pau-
lo poſt, *Sed ego, qui tum asſiduus in*
libris M. Varronis fui, cum hoc qua-
ri, dubitariq; animaduertiſſem, pro-
tuli vnum, & vicesſimum rerum hu-
manarum librum, in quo ita ſcriptũ
fuit. Qui poteſtatem, neq; vocationis
populi viritim habent, neq; prahenſio
nis, eos magiſtratus a priuato in ius
quoq; vocari eſt poteſtas, & in fine,
Supra autem in eodem libro quaſto-
rem neq; vocationem habere, neque
prahenſionem dicit; Vtraq; igitur li-
bri parte recitata in Varronis omnes
ſententiam conceſſerunt, quaſtor que
in ius ad pratorem vocatus eſt. Et ſa-
nè, ſi maiores dicuntur magiſtra-
tus, qui nec obedientem, & noxiũ
ciuem, multa, vinculis, verberibuſ-
que coercere poſſunt, *ut oſtendemus*
in hoc cap. q. 23. nu. 8 & 9. Conſe-
quens eſt, vt minores talem coer-
cendi poteſtatem non habeant.

Nec eſt, quod aliquis cauſetur,
minores magiſtratus, puta munici-
pales non poſſe vinculis coercere
in cauſis mixti imperij, ſed in cau-
12 ſis ſimplicis iuriſdictionis poſſe, †
ut eſt de mente Bart. in l. iubere 4.
nu. 3. ff. de Iuriſd. Alex. in l. dies cau
tioni 4. §. ſi intra nu. 3. ff. de damn.
inf. & in l. Imperium *3. nu. 16. ff. de*
Iuriſd. quod huiuſmodi poteſtas in
illis ſit imperij mixti, cum expedia
tur officio nobili, in his verò ſit ſim
plicis iuriſdictionis, cum expedia-
13 tur officio mercenario, † *ut cenſue-*
runt Alex. in d. l. Imperiũ nu. 16. &
ibi Caccial. nu. 29. Valaſ. nu. 162. ubi
teſtatur hanc eſſe cõmunem, & alij
veteres frequentius, quia verius eſt.
14 † Imo nunquam eſſe ſimplicis iuriſ
dictionis, ſed ſemper eſſe mixti im-
perij, *ut rectè ſcripſerunt ij, quos re-*
tulimus ſupra nu. 7. quia, qui cor-
pus retinet, imperio vtitur *l. ſacri-*
legi 9. §. ult. ff. ad l. Iul. pecul. Quam-
obrem is tãtum hoc facere poteſt,
qui imperium habet, *ut tradunt om*
nes, quos retulimus ſupra nu. 10.

Minus eſt, quod aliquis obijciat,
Imo etiam magiſtratus municipa-
les poſſe vinculis coercere, & in car
cerem detrudere *l. ſi quis uxori 53.*
§. ſi fugitiuũ ff. de furt. l. Limearcha
5. ff. de ſeru. fugit. quia reſpondeo
15 diſtinguendo: † Aut enim loqui-
mur de ea detruſione, quæ fit pro-
pter contumaciam in ciuili cauſa
commiſſam, & verius eſt, eam, nec
duumuiris, nec alijs minoribus ma
giſtratibus permitti, *ſecundum ea,*
qua diximus. Aut verò loquimur
de ea detruſione, quæ fit propter
delictũ, & tunc, ſi fiat alieno nomi-
ne, certũ eſt, omni tẽpore fuiſſe per
miſſam, imo iniunctã duumuiris, &
defenſoribus ciuitatũ: nã, quia peri
culũ eſt, ne rei, dum præſidis in alia
ciuitate commorantis iuſſus expe-
ctatur, interim aufugiant, ac eo mo
do pœnã euitent, ideo magiſtrati-
bus ſingularũ ciuitatũ, ac potiſſimũ
defenſoribur iniunctum eſt, vt reos
ſibi oblatos in carcerẽ detrudãt, &
cuſtodiant, quoad tranſmittãtur ad
16 præſidem † *l. defenſores 7. C. de de-*
fenſ. ciu. l. limearcha 5. ff. de ſeru. fug.
§. audient Auth. de def. ciuit. coll. 3.
& ſcribit Duar. ad l. magiſtratibus
12. ff. de Iuriſd. Si verò fiat proprio
nomine, vt ſcilicet idem magiſtra-
tus poſſit de crimine cognoſcere,
& delinquentem caſtigare, magis
eſt, vt nunquam fuerit minoribus
permiſſa, niſi in criminibus le-
uioribus, quorum cognitio, & caſti
gatio tam vetere, quam nouo iure

fuit eis concessa, vetere quidem in
seruos *d.l. magistratibus 12. ff. de Iurisd. et diximus in hoc c. q. 16. num. 60. & seqq.* nouo verò etiam liberos *d. §. audient Auth. de def. ciuit. coll. 3. Ita enim intelligēda sunt, quæ diximus in ead. q. 16. nu. 60. & seqq.*
Sed ex hoc non rectè quis inferet,
habere eos potestatem coercendi
contumaces vinculis, quia leuiorũ
criminum cognitio, & castigatio,
quæ minoribus indulgetur, est me-
17 ri imperij, † *vt rectè docuerunt
Bart. in d.l. magistratibus 12. nu. 1. ff. de Iurisd. Caccial. in d.l. Imperium nu. 28. Vaco. a Vacu. lib. 6. decl. 78. nu. 6. & est de mente eorum omnium, quos referemus in q. seq. nu. 5.* cum
alioquin modica coercitio, qua ple
ctuntur contumaces sit imperij
mixti, *vt dictum est*, ideoque ab il-
la ad hanc non est ducendum ar-
gumentum, *ut ostendimus in ead. q. 16. nu. 61.*

Hinc intelligimus, quod vulgo
dicitur, iudices ordinarios posse
18 citare realiter, † *l. consentaneum 8. & ibi Bart. nu. 12. C. quom. & quād. iud. §. si verò etiam quidam Auth. de exh. reis coll. 5. & scribunt Alex. in d.l. Imperium 3. nu. 16. ff. de Iurisd. Iac. de Nig. in rub. ff. de off. eius. num. 17. vers. 4.* non esse verum simpli-
citer, quia non omnes ordinarij ta-
lem habent potestatem, sed soli ma
iores, puta præsides, & id genus
19 alij, † *vt declarant Bald. in d.l. consentaneum. 8. num. 15. C. quom. & quan. iud. Castr. in d l. dies cautioni. 4. §. si intra numero 4. ff. de damn. inf.*

Hinc etiam intelligimus ratio-
nem, cur olim magistratuum qui-
dam, & accensum haberent, & li-
ctorem, quidam lictorem solum, &
20 quidam neutrum: † Nam, qui voca
tionem, & prehensionem habebāt,
vt consules, præfecti, prætores, pro
consules, & id genus alij magistra-
tus, ijdem habebant, & accensum,
& lictorem, quia accensus vocatio-
nis, lictor prehensionis erat insigne,
cum accensus ad citandum, lictor
ad submouendum, & præhenden-
21 dum daretur, † *vt scribit Carol. Sigo. lib. 2. de antiq. iur. prou. c. 5.* Qui
verò non vocationem, sed præhen-
sionem habebant, vt Tribuni ple-
22 bis, † *ex Gell. d. lib. 13. c. 12. Alcia. in d.l. Imperium 3. nu. 22. ff. de Iurisd. Claud. Caut. lib. 2. de off. ind. cap. 3. nu. 13. Mar. Salom. in d.l. 1. in princ. nu. 6. ff. de off. eius,* hi non habebant
accensum, sed lictorem; Qui deni-
que, nec vocationem habebant, nec
præhensionem, vt quæstores, & Ae
23 diles, † *ex eod. Gell. lib. 13. cap. 13. & scribunt Alcia. in d.l. imperium, nu. 22. Mar. Salom. in d.l. 1. in prin. nu. 7. & Cuiac lib. 21. obs. cap. 30.* ijs, ne
que accensus aderat, neque lictor;
Sed postea cœpit, & Aedilis habe-
re lictores, quod significant *apud Gell. d. lib. 13. cap. 13.* illa Varronis
verba, *M. Leuinius Aedilis curulis a priuato ad prætorem in ius est deductus, nunc stipati seruis publicis non modo prahendi non possunt, sed etiam vltro summouent populum.*

Hæc autem potestas coercendi
contumacem vinculis non fuit ma
gistratibus tributa specialiter, sed
24 competit iure magistratus, † *vt scribit Egu. Baro lib. 1. varia. quæst. fo. 23. & etiam de carceratione, quæ pro delicto fit ad custodiam fatentur Barto. in d. l. Imperium, nume. 8. & ibi Caccialup. nume. 29. Castr. in l. 2. num. 7. ff. de Iurisd. quod non puto verum, cum sit meri imperij: solum enim competit iure magistratus, cum fit propter contumaciam, vt* ex eo
intelligimus, quia more compe-
tit, *vt ostendimus supra numero 9.* Quo fit, vt non possit dici spe-
cialiter, seu nominatim tributa,
secun-

secundum ea, qua diximus in hoc c. q. 1. nu. 14.

Hinc infertur, huiusmodi pote-
25 statem mandari posse, † *vt ait Egu. Baro ad l. vlt. ff. de off. eius*, Imo mã-
26 data iurisdictione transferri, † *vt scribunt Alcia. in d. l. Imperium nu. 207. vers. 2. & ibi Egu. Baro. Ant. Gou. lib. 1. de Iurisd. nu. 33. Egu. Baro. ad l. 2. ff. de Iurisd.* quia, cum sit modica coercitio, sine qua iurisdictio non potest expediri, *vt diximus supra num. 4.* Consequens est, vt mandata iurisdictione transferatur *l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius.*

Sed hęc vera sunt, si de eo loquamur, cui mandabatur olim iurisdictio, Cœterum, si de iudice dato, magis est, vt in eum non transierit
27 huiusmodi coercitio, † *vt scribit Egu. Baro in d. l. 2. ff. de Iurisd.* quia, cum non transiret iurisdictio, *l. ait prætor 5. in prin. ff. de re iudic. & latius ostendimus in 9. c. q. 2.* Consequens est, vt nec transire potuerit ea coercitio, quæ iurisdictioni cohæret.

Planè in extraordinarijs iudicijs, quibus vtimur, si quæramus, an huiusmodi potestas transeat in delegatum, refert, vtrum loquamur de iudice ad vniuersitatem causarum delegato, an verò de eo, qui ad vnam tantum causam delegatus est: nam, si de illo, puto verius, transire, & sic posse eum vinculis coercere, siue, vt vulgo dicimus, citare reali-
28 ter, † *vt scribit Alcia. in d. l. imperiũ. num. 207. vers. secundo ff. de Iurisd.* quia, cum posset is, cui in ordinariis iudicijs mandabatur iurisdictio, *vt diximus supra nu. 26.* debet etiam per consequentias posse iudex ad vniuersitatem causarum delegatus, quippe, qui illius refert imaginem, *vt diximus in 1. c. q. 6. num. 9. vers. sanè.*

Cœterum, si loquamur de iudice ad vnam tantum causam delegato, si quidem sit delegatus ab ordinario, pleriq; censent, ante litis cõtestationẽ non posse eũ citare realiter, post litis verò contestationem
29 posse, † *vt gl. in l. 2. in verb. non potuit ff. de Iurisd.* Quę sententia videtur probari § *si verò etiam quidam Auth. de exh. reis coll. 5.* vbi Iustinianus, *Si vero etiam quidam iurent,* inquit, *quia obseruabunt, & antequam contestatio litis fiat, ab hac maxima disppareant ciuitate, licentiam esse non facta litis contestatione adire actorem statutum iudicem, et hoc denuntiare. Illum verò si quidem administrator sit, iubere omnimodo exhiberi reum, tamquam periurum, & penè sui accusatorem per fugam factum. Si verò non administrat, sed datus sit a quodam iudice, siue ex sacra forma, aut iussione, aut etiam ab aliquo administratore, ad illum renuntiare, a quo datus est, vt deducatur ab illo, ne causa maneat actori vndiq; desolata, iudice agere aliquid non valente eo, quod nondum apud eum facta sit litis contestatio*: nam
30 ex his verbis ita argumentantur, † Iudex delegatus ideo realiter citare nequit, quia nondum apud eum facta est litis contestatio, Ergo, si facta sit apud eum litis cõtestatio poterit id agere, cuius rei rationẽ ibi
31 reddit *gl. in verb. contestatio,* quia † ex die litis contestatæ censetur delegatus factus litis dominus.

Verum hoc non obstante verius est, quod alij frequẽtius tradiderũt, huiusmodi delegatũ, nec ante, nec post litis cõtestationẽ realiter cita-
32 re posse. † *Ita enim censuerũt Bart. in d. l. 2. n. 1. & 2 et ibi Castr. n. 5. Ias. n. 14. vers. teneas, vbi testatur esse cõmunẽ conclusionẽ, & Ant. Gou. nu 4. ff. de Iurisd. Bald. in l. consentaneum 8. nu. 15. C. quom. & quãd. iud Ang. in l. & quia 6. num. 6. ff. de Iurisd.*

Et ita etiam videntur accipiendi, qui simpliciter aiunt, delegatum ab ordinario non posse citare realiter, vt Bart. in d. l. consentaneum 8. nu. 12. C. quom. & quand. iud. Ang. in d. l. 2. num. 4 ff. de Iurisd. Castr. in l. 1. in prin. num. 8. ff. de off. eius, Alex. in l. iubere 4. num. 5. & 10. ff. de Iurisd. Dec. in l. cognitio 4 §. vt possessio nu. 1. ff. de off. eius, & in l. omnia 72. nu. 6. ff. de reg. iur. Alcia. in d. l. Imperiũ 3. nu. 207 vers 2. ff. de Iurisd. Men. de arbitr. lib. 1. q. 74. nu. 35. Probatur autem hæc sententia.

Primo, quia in ijs, quæ vi delegationis non transferuntur in delegatum, non est maior eius potestas post litis contestationem, quã esset ante, scilicet, quia per talem contestationem non efficitur litis dominus, vt *diximus in 5. c. q. 4. nu. 16. &* patet ex eo, quia potest etiã post litis contestationem arbitrio delegantis reuocari *l. iudicium soluitur 58. ff. de Iudic. & dicemus in 10. c. q. 7. nu. 8.* Quamobrem, vt ante subdelegare non potest, ita nec post, *sicuti demonstrauimus in 5. c. q. 4. nu. 14.* Sed ius citandi realiter nõ transit in delegatum ex vi delegationis *d. §. si verò etiam quidam inrens.* Ergo in eo non debet esse maior potestas delegati post litis contestationem, quam esset ante. *Ita Castr. in d. l. 2. nu. 5. ff. de Iurisd.*

Secundo, quia, cui nõ licet, quod est minus, vtique licere non debet, quod est plus *l. qui indignus 4. ff. de senato.* Sed delegato non licet mittere in possessionem, & sic capere rem, *vt diximus in hoc c. q. 18. num. 43.* quod est minus. Non debet igitur ei licere capere personã, quod est plus. *Ita Bart in d. l. 2. num 2. & ibi Castr nu. 6. ff. de Iurisd. Bald. in d. l consentaneum. 8. nu. 15. C. quom. & quan. iud.* Esse autem plus capere personam, quam rem non solum ex eo intelligimus, quia personæ sunt digniores rebus *l. iustissimè 44. ff. de Aedil. edict. §. in poenadum Inst. de rer. diuis.* Sed etiam ex eo, quia facilius bonorum, quam personarũ capio permittitur: nam in ciuilibus causis regulariter bona capi possũt, personæ verò retineri non possunt *l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10.*

Tertio, quia delegatus etiã post litis contestationem personam tangere non potest: nec. n. testes in fide vacillantes, aut torquere, põt, aut
33 verberibus afficere † *§. si verò ignoti Auth. de testib. coll. 7. & scribunt Bart. in d. l. 2. nu. 2. & ibi Ang. nu. 4. Castr. nu. 6. ff. de Iurisd. Castr. in d. l. 1. in prin. nu. 8. ff. de off. eius, et rectè quicquid Longon. in d. l Imperium 3. nu. 165. & alij consentiunt.* Nec igitur citare realiter.

Neq; obstat contrarium, quia respondeo, negando consequentiam:
34 nec enim † ex illis verbis, *iudice agere aliquid non valente eo, quod nõdum apud eum facta sit litis contestatio,* rectè infertur; Ergo potest litis contestationem potest citare realiter, quia, quoties inclusio vniuersalis est negatiua, non valet argumentum a contrario sensu vniuer-
35 saliter, sed tantum particulariter, † *vt scribit Dec. in l. senium 3. nu. 25. C. qui test. fac. poss.* vnde, cũ illa verba, *agere aliquid non valente,* contineant inclusionem vniuersalem negatiuam, & significent, nihil eum agere posse, consequens est, vt nõ possimus a contrario sensu ita argumentari; Ergo post litis contestationem poterit omnia facere, & consequenter etiam citare realiter, quia hoc modo. argumentaremur vniuersaliter; sed possimus tantum particulariter ita inferre, Ergo post litis contestationem aliquid agere poterit, idest, poterit in causa procedere, & facere id omne, quod virtu

te

te delegationis censetur in eum translatum.

Nec est, quod obijcias, illa verba *agere aliquid non valente*, videri ac
36 cipienda † de eo ipso, de quo supra fuerat locutus Iustinianus, & consequenter de potestate citandi realiter, vtpote, de qua sola Iustinianus ibi locutus est, quia respondeo, hoc potuisse procedere, si illa verba fuissent prolata, cum tractaret Iustinianus de potestate citandi, sed, si quis diligenter attendat, non loquebatur amplius de huiusmodi potestate, sed de causa finali, propter quam vult reum personaliter exhiberi: nam ait, si reus post præstitum iuramẽtum recesserit, debere actorem non ad iudicem datum, sed *ad illum renuntiare, a quo datus est, vt deducatur ab illo*, deinde subijcit rationem, cur id fieri velit, & ait rationem esse, *Ne causa maneat actori vndiq; desolata iudice agere aliquid non valente eo, quod nondum apud eum facta sit litis contestatio*, quibus verbis significat, ideo se cõstituere, vt reus ab ordinario omnimodo deducatur, quia alioquin causa remaneret actori desolata, & destituta, nec posset ad finem perduci eo, quod iudex delegatus nihil agere potest, idest, non potest in causa procedere, propterea, quod nondum apud eum facta est litis contestatio. Ne igitur hoc eueniat, ideo, se constituere, vt reus omnimodo deducatur ab ordinario, quia hoc modo fieri poterit litis contestatio, & iudex aliquid agere valebit, idest, poterit in causa procedere, & ita non remanebit actori causa vndique desolata, & destituta,
37 † *vt eleganter explicat Bart. in d. l. 2. nu. 2. ff. de Iurisd.* Non igitur de potestate citandi loquitur Iustinianus, dum illa verba profert, sed de finali causa deductionis.

Hæc autem non solum in delegato ab ordinario vera sunt, sed e-
38 tiã in delegato a principe, si † *Alex. (licet sub dubio) in rub. ff. de off. eius, nu. 7. & ibi Cam. Plant. lib. 2. cap. 11. nu. 4. & alijs* plerisq; credimus: nam nec is realiter citare potest, vt probare videtur idem §. *si verò etiam*
39 *quidam*, quippe, qui † non solum de delegato ab ordinario loquitur, sed etiam de delegato a princepe, vt constare videtur ex illis verbis, *Sed datus sit a quodam iudice, siue ex sacra forma, aut iussione, aut etiam ab aliquo administratore.*

Sed est verius, & receptius, huiusmodi potestatem competere dele-
40 gato principis, † §. *omnem, & ibi not. gl. in verb. alijs autem permittimus Auth. de litigio. coll. 8. & scribũt gl. in d. §. si verò etiam quidam, in verb. non valente Auth. de exh. reis coll. 5. gl. in d. l. 2. in verb. non possit & ibi Bart. nu. 1. Ang. num. 2. Castr. nu. 5. Ias. nu. 22. vbi testatur, hanc esse communem, licet contrariam in puncto iuris putet esse veriorem, & Ant. Gon. nu. 5. ff. de Iurisd. gl. in l. a Diuo Pio 15. in prin. in verb. a se, & ibi Bart. num. 2. ff. de re Iudic. Iac. de Nigr. in d. rub. ff. de off. eius, nu. 17. vers. 4. vbi testatur hanc esse communem, & ibi Mart. Mont. nu. 50. vers. circa quartum.* quia, cum competat ordinarijs, *secundum ea, quæ diximus supra nu. 18. & seq.* Consequẽs est, vt debeat etiam competere delegato principis, quippe, qui potestatem parem cum ordinarijs, ac velut ordinariam habet, *vt ostendemus in 9. c. q. 8.*

Nec obstat §. *si verò etiam quidã*,
41 quia respondeo, † negãdo Iustinianum ibi loqui de iudice a principe delegato: nam illa verba, *Sed datus sit a quodam iudice, siue ex sacra forma, aut iussione*, significant iudicem a magistratu datum ex iussu principis,

pis,qui non differt ab alijs arbitrio magiſtratus delegatis,*ut diximus in 4.c.q.2.nu.6*. Quamobrem non eſt eius loci diſpoſitio extendenda ad iudices a principe delegatos, qui magis ordinarijs, quam delegatis comparantur.

Et, ſi dixeris, qui fieri poteſt, vt
delegatus a principe citet realiter,
cum familiam non habeat, Reſpon
deo, licet propriam non habeat fa-
miliam, vti tamen familia ordina-
rij,qui tenetur ei ſubminiſtrare om
nia, quæ ſunt ad eius iuriſdictionē
42 expediendam neceſſaria, † *ut in his*
terminis conſiderat Caſtr.in d.l.2.n.
5.ff.de Iuriſd. & eſt de mente Cuiac.
lib.12.obſ.c.1. Et hæc de vinculis.

SVMMARIVM.

1 *Contumax poteſt etiam verberibus coerceri.*

2 *Coercitio, quæ fit verberibus, eſt modica.*

3 *Coercitio perſonalis eſt meri, Declara,ſi fiat ex cauſa criminali nu.5.ſi verò ex cauſa cōtumaciæ ciuilis eſt mixti nu. 4.*

6 *Prætor poteſt verberibus coercere cōtumaces.*

7 *Coercitio, quæ fit verberibus,compe-tit more.*

8 *Coercitio,quæ fit verberibus, cōpetit iure magiſtratus.*

9 *Coercitio perſonalis modica mandari poteſt.*

10 *Coercitio perſonalis modica mandata iuriſdictione transfertur.*

11 *Declaratur l.ſi quid erit 11.ff.de off. proc. & leg.*

12 *Iudex datus non potuit verberibus coercere.*

13 *Delegatus non habet coercitionem perſonalem,Fallit, ut nu.14.*

An poteſtas coercendi contumaces verberibus mandari poſſit.

Quæſtio Vigeſima.


Ecundum modicæ coerci-
tionis perſonalis exemplū
afferri poteſt in ea,quę fit
verberibus:nam magiſtra
tus non ſolum multa, & vinculis,
ſed etiam verberibus inobedientes
1 coercere poſſunt † §. *ſi verò ignoti*
Auth. de teſtib.coll.7. Vnde Cic.lib.
3.de legibus, *Magiſtratus*, inquit,
nec obedientem, & noxium ciuem,
multa, vinculis, verberibusq; coer-
cento, quæ coercitio dicitur, & ipſa
2 modica,† *ut ſcribunt Ant.Gou.ad l.*
Imperium 3.nu.4.ff.de Iuriſd.& Cu
iac.ad l. 1.ff.de off.eius,in 1.lib.q.Pa
pin. quia non atrociter(vt plerunq;
fit ex criminali cauſa,) ſed leuiter
contumaces verberantur *l. ſi quid*
erit 11. ff.de off proc.& leg. De hac
igitur coercitione dubitari poteſt,
an ſit mixti imperij, & an compe-
tat iure magiſtratus, poſſitq; man-
dari.

3 Et,quamquā† *Io.Ioue.d.l.Imperiū*
nu.18.ff.de Iuriſd.Vand.lib.2.q.iur.
c.35.nu.3.& ſeqq.& alij pleriq; cē-
ſuerint,eſſe imperij meri,quaſi mix
tum imperium, ſeu modica coerci
tio non poſſit ad perſonalem caſti-
gationem extendi,verius tamē eſt,
4 eſſe mixti,† *ut rectè Mar. Salom. in*
d.l.1,in prin.nu.15.& ibi Cuiac. in
1.lib.q.Papin.ff.de off.eius, Ant.Gou.
ad l.Imperium 3.num.4. & ibi Egu.
Baro.ff.de Iuriſd.Egu. Baro ad l.ult.
ff.de off. eius, & alij recentiores tra-
diderūt:meri enim imperij eſt,quo
5 ties fit ex cauſa criminali,† *ut ſcri-*
bunt Bart.in d.l.Imperium,num.11.
& ibi Alex. nu.27 Caccial. num.28.
vlaſ.nu.181.Io.Iunc num. 10.ff.de
Iuriſd.Caſtr.in d.l. 1.in prin. nu. 8.

ff.de

ff. de off. eius, Vaco. a Vacu. lib. 6. declar. 78. nu. 6. Cœterum, quoties
ex ciuili, & propter contumaciam
in ea commissam, magis est, vt sit
mixti, quod ex multis intelligimus,
ac

Primum ex eo, quia, si non esset
mixti, sed meri imperij, non posset
fieri a prætore, quippe, qui merum
imperium non habet, *ut diximus in
hoc c. q. 2. nu. 66.* At qui fieri potest,
cum etiam prętor possit verberibus
6 coercere inobedientes, † *ex Cic. d.
lib. 3. de legib.* eos scilicet, qui virgis
cedi possunt. Vnde Tacit. li. 1. *Actũ*,
inquit, *de ea seditione apud patres,
dicebāturq; sententia, vt prætoribus
ius virgarum in histriones esset. Intercessit Aterius Agrippa tribunus
plebis, increpitusq; est Asinij Galli
oratione silente Tiberio, qui ea simulacra libertatis senatus præbebat Valuit tamen intercessio, quia Diuus Augustus immunes verberum histriones
quondam responderat, neq; fas Tiberio infringere dicta eius.* Non est igi
tur meri, sed mixti imperij.

Secundo, quia, quæ meri imperij
sunt, non competunt more, sed dā-
tur lege *l. 1. §. qui mandatam vers.
verius ff. de off. eius*, Sed coercitio,
quę fit verberibus, competit more,
7 non lege, † *vt intelligimus ex Cic. d.
lib. 3. de legibus, cuius verba retulimus supra num. 1. nam leges illas ad
magistratuum potestatem pertinentes desumpsit Cic. ex maiorum more,
vt ex eius dictis ostendimus in 2. c. q.
1. nu.* 14. Non est igitur meri, sed
mixti imperij.

Tertio, quia, si esset meri imperij, non transiret in legatum procō
sulis *d. l. 1. qui mandatam, vers. verius.* Atqui transit *l. si quid erit 11.
ff. de off. proc. & leg.* Non est igitur
meri, sed mixti imperij.

Quarto, quia modica coercitio,
sine qua iurisdictio nulla est, dici-
tur imperij non meri *l. vlt. §. vlt. ff.
de off. eius.* Sed, quæ verberibus fit,
coercitio est huiusmodi, quia sine
multa, vinculis, & verberibus iuris-
dictio plerunq; expediri nō potest,
ut latè diximus in hoc c. q. 15 nu. 17.
Est igitur imperij non meri.

Vtiq; autem & hic loquor de iu
risdictione maiorum magistratuū,
qui scilicet imperiū habent, & coer
cere possunt *l. 2. ff. de in ius voc.* nā
iurisdictio minorum, quin sine hac
coercitione possit expediri, dubiū
non est *propter ea, quæ diximus in
hoc c. q. 16 nu. 67.* Itaq; magistratus
municipales non poterunt contu-
maces verberibus coercere, sed tan
tum pignoribus, quia non habent
eam iurisdictionem, cui cohæreat
coercitio, cum dicantur esse magi-
stratus sine imperio, & potestate *l.
nec magistratibus 32. ff. de iniur.* Nec
est contraria *l. magistratibus 12. ff.
de Iurisd.* quia, qualiter accipienda
sit, ostendimus *in ead. q. 16. nu. 60.*
vt proinde non sit necesse hic iterū
repetere, quæ latius ibi diximus.

Sequitur, vt videamus, an huius
modi coercitio competit iure ma-
gistratus. Et est verius competere,
8 † *vt scribit Egu. Baro lib 5. var. q.
fo. 23. & est de mente veterum, qui
scribunt, modicam castigationem per
fonalem, quæ est meri imperij, competere iure magistratus, vt Bart. in d. l.
Imperium 3. nu. 13. & ibi Caccial.
nu. 28 Valas. num. 181. ff. de Iurisd.
Castr. in d. l. 1. in prin. nu. 8. ff. de off.
eius*, non, quia competat omnibus
magistratibus, *vt considerat Bart.
in d. l. imperium nu. 16.* nam, & fal-
sum est, omnibus competere, cum
solis magistratibus maioribus per-
missum sit verberibus coercere, *vt
diximus supra nu 7. vers. vtiq;*, &,
quamuis omnibus competeret, nō
tamen ob id dici posset competere
iure magistratus, si nominatim eis
hu-

huiuſmodi poteſtas fuiſſet aliqua
lege, vel S. C., vel conſtitutione tri-
buta, *vt oſtendimus in hoc c. q. 1. nu.
7. & q. 3. nu. 63.* Sed ideo dicitur cō
petere iure magiſtratus, quia more
tributa fuit, non lege, *vt diximus ſu
pra nu. 7.* & fuit tributa eodem tē-
pore, quo magiſtratus ipſi conſtitu
ti ſunt, vt proinde non poſſint nō
cenſeri eam habere iure ſuo, ideſt,
iure illius magiſtratus, quo fungun
tur, *ſecundum ea, quæ diximus in
ead. q. 1. nu. 19.*

Hinc infertur, huiuſmodi coerci-
9 tionem mandari poſſe, † *vt ſcribunt
Mar. Salom. in d. l. 1. in prin. nu. 15.
ff. de off. eius, Egu. Baro. in l. vlt. ff.
eod. & eſt etiam de mente antiquo-
rum, dum aiunt, mandari poſſe modi-
cam caſtigationem perſonalem, quæ
eſt meri imperij, vt Bart. in d. l. Im-
perium, nu. 13. & ibi Alex. num. 27.
Caſtr. in d. l. 1. in prin. nu. 8. ff. de off.
eius.* Imo mandata iuriſdictione
10 transferri, † vt *ſcribunt Io. Inne. in
d. l. Imperium 3. nu. 14. verſ. dixi au
tem, & ibi Ant. Gou. nu. 4. & Egu. Ba
ro ff. de Iuriſd. Egu. Baro ad l. 2. ff. eo.
&* non obſcurè probat *l. ſi quid erit
11. ff. de off. proc. & leg.* vbi Venu-
11 leius, † dum negat, legatum procon
ſulis habere ius atrociter verberan
di, ſignificat leuiter verberandi po-
teſtatem habere, *ut in ſpecie conſi-
derat Ant. Gou. in d. l. imperium, nu.*
4. Et ſanè, cum mandata iuriſdictio
ne tranſeat etiam imperium non
merum, ideſt modica coercitio, ſi-
ne qua iuriſdictio nulla eſt, *l. vlt. §.
vlt. ff. de off. eius,* Et, quæ fit verberi
bus coercitio ſit huiuſmodi, *vt dixi
mus in hoc c. q. 15. nu. 17.* conſequēs
eſt, vt etiam ea mandata iuriſdictio
ne transferatur.

Planè hæc vera ſunt, quoties mā
datur iuriſdictio. Cęterum, quoties
iudex datur magis eſt, vt non tran-
ſeat huiuſmodi poteſtas † *vt ſcri-
bit Egu. Baro in d. l. 2. ff. de iuriſd.*
quia, cum non tranſeat iuriſdictio,
ſed ſimplex notio *l. ait prætor 5. in
prin ff. de re iud. & latius oſtendemus
in 9. c. q. 2. nu. 9.* conſequens eſt, vt
nec tranſire debeat huiuſmodi co-
ercitio, quæ iuriſdictioni cohæret.
Sanè in extraordinarijs iudicijs ma
ior eſſe poſſet dubitatio. Sed eſt ve
rius adhuc idem eſſe dicendum, ſi
ad vnam tantum cauſam delege-
13 tur, † *ut rectius Bart. in d. l. Imperiū
nu. 25. & Caſtr. in d. l. 1. in prin. nu.
8. ff. de off. eius, quam Ang. in l. 2. nu.
4. ff. de Iuriſd. & in d. l. Imperium,
num. 14. & alij plerię; tradiderunt:*
quia, licet in eum tranſeat iuriſdi-
ctio, tranſit tamen conſtricta, & li-
mitata ad cauſæ cognitionem, &
pronuntiationem adeo, vt delega-
tus per omnia videatur antiqui iu-
cis imaginem retinuiſſe, eo ſolo ex
cepto, quod ille cognoſcebat, & iu
dicabat cum formula, ideoque ius
non dicebat, hic verò cognoſcit, &
iudicat ſine formula. Quamobrem
cenſetur etiam ius dicere, *ut oſten-
dimus in 1. c. q. 6. nu. 2. & ſeqq.* Cœ-
terum reſpectu eorum, quæ ſimpli-
cem, & nudam cauſæ cognitionem,
& diffinitionem nō reſpiciunt, ma-
ior non eſt poteſtas eius, qui dele-
gatur in extraordinarijs iudicijs,
quam eius, qui cum formula daba-
tur. Ex quo intelligimus id, quod
noſtri frequentius dicere conſue-
uerunt, in iudicem delegatum tran
ſire quidem modicam coercitionē
verbalem, ſed non realem, aut per-
ſonalem, *uti uidere eſt apud eos,
quos retulimus in hoc c. q. 15. nu. 15.*
ſi reſpiciamus ad eum, qui ad vnā
tantum cauſam in extraordinarijs
iudicijs delegatur, eſſe veriſſimum.
Sed, ſi reſpiciamus ad eum, cui mā-
dabatur in ordinatiis iudicijs iuriſ
dictio, & cuius hodie loco ſucceſſit
is, quem iudicem ad vniuerſitatem
cau-

causarum delegatum appellamus,
14 perspicuè falsū esse, † quia modica coercitio, quæ in eum transire dicitur *in d. l. ult. §. ult. ff. de off. eius*, & realis est, & personalis: nam transit potestas coercendi cōtumaces mulcta, vinculis, & verberibus, sine quibus iurisdictio non potest expediri, *ut ex ijs, quæ diximus supra nu. 7. vers. 4. & ostendimus a q. 15. usque ad hanc quæst. facile est intelligere.*

SUMMARIUM.

1 *Expellere quem de possessione, quibus casibus possit magistratus, & nu. 2. & 3.*

4 *Expulsio de possessione est coercitio personalis.*

5 *Expellendi de possessione potestas est mixti imperij, & non competit iure magistratus nec mandari potest, Sed contra nu. 7.*

6 *Expelli non solet quis de possessione, nisi causa cognita.*

An potestas expellendi contumacem de possessione mandari possit.

Quæstio Vigesimaprima.



Tertium, atq; postremū coercitionis personalis exēplum afferri potest in expulsione de possessione, quæ fit in causa damni infecti post interpositum secundum decretum
1 † *l. si finita 15. §. ubi autē ff. de dāu. inf. l. qui universas 30. §. Item, cum prætor ff. de acq. poss.* vel etiam in alijs casibus, in quibus debet aliquis iusta de causa de possessione decedere,
2 † *ut in l. non alienum 21. ff. de iur. act. l. de die 8 §. plane ff. qui satisd. cog. l. hac autem 15. §. ait prætor ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 1. §. coget ff. si ventr. nom. mul. l. dies cautioni 4. §. si fortè ff. de damn. inf.* nā, si resistat, cogitur extra ordinem, aut potestate prętoria, & plerunq; manu ministrorum, idest manu milita-
3 ri decedere † *l. si quis missus 3. in prin. vers. melius ff. ne vis fiat ei d. l. 1. §. coget ff. si ventr. no. mul.* quę vis, quia personæ infertur, quippe quæ cogitur abire, ideo dicitur perso-
4 nalem coercitionem continere, † *uti uidere est apud Bart. in l. Imperium 3. nu. 19. & ibi Caccial. nu. 55. Valas. nu. 230. Purp. nu. 311. et 314. ff. de Iurisd.*

Hanc nostri frequentius tradūt esse mixti imperij, & non compete re iure magistratus, nec per conse-
5 quentias posse delegari, † tū, quia non competit magistratibus municipalibus, etiam in causa damni infecti, cum ex hac causa prætor sibi iurisdictionem reseruarit *d. l. dies cautioni 4. § si fortè ff. de damn. inf.* tum etiam, quia plenam causæ co-
6 gnitionem requirit † *d. §. si fortè. Ita enim censuerunt Bart. in d. l. Imperium nu. 19. & ibi Caccial. nu. 55. Purp. nu. 314. Valas. nu. 230.*

Sed, quamquam non infitier, hanc coercitionem esse mixti imperij, verius tamen esse puto, eam competere iure magistratus, & per consequentias posse demandari, siue fiat ex causa damni infecti post interpositum secundum decretum,
7 siue ex alijs causis: † nam, si fiat ex causa damni infecti, non est ab illo imperio distinguenda, quo prætor iubet possideri, scilicet, quia, qui in possessionem missum possidere iubet, hoc etiam iubet, aduersarium de possessione decedere *d. l. si finita § si quis autem, & § ubi autem ff. de damn. inf.* Et ideo non debet hæc expulsio censeri diuersa a iussu possidendi, nec diuerso ab eo censeri iure, sed, quemadmodum iubere possideri, tamquam ex edicto prætoris proficiscens competit iure

ma-

magistratus,& mandari potest *l. cognitio 4.§. vt possessio ff. de off. eius, & nos ostendimus in hoc c. q. 13. nu. 6. & seqq.* ita etiam, censeri debet eodem iure competere,& mandari posse ius expellendi de possessione. Sed etsi fiat ex alijs causis, adhuc tamen idem est dicendũ. quia, cum huiusmodi potestas veniat & ipsa ex edicto prætoris, & fiat prętoria potestate, viq; illius imperij, quod illi competit more maiorũ, non potest non censeri competere iure magistratus, & per consequentias posse demandari.

Nec est in eo facienda vis, quod magistratibus municipalibus non competat, & plenam causæ cognitionem requirat, quoniam etiam ea, quæ duumuiri facere non possunt, quævè plenam causæ cognitionem exigunt, mandari possunt, si non fuerint aliqua lege, vel S. C, vel principum constitutione nominatim tributa, *uti constat ex ijs, quæ latè diximus in hoc c. q. 5. nu. 6. q. 7. nu. 14. & seqq. & q. 10. nu. 31.*

Ex quibus apparet, id, quod diximus *in hoc c. q. 6. nu. 2. & 15.* mixtum imperium competere iure magistratus,& mandari posse,non solum generaliter verum esse,sed etiã singulariter,quia nihil est mixti imperij,quod non,aut more cõpetat, aut descendat ex edicto prætoris, & per consequentias non competat iure magistratus, possitq; mandari, *vt ex ijs, quæ latè diximus in qq. præced. licet intelligere.*

SVMMARIVM.

1 *Cognitio suspecti tutoris specialiter fuit tributa, quoties tutor corporaliter puniri debet.*
2 *Prætor remittit ad præfectum vrbi tutores puniendos.*
3 *Cognitio suspecti tutoris specialiter tribuitur, & n. 6. Sed contra nu. 8.*
4 *Dari dicuntur ea tantum, quæ specialiter tribuũtur, Sed cõtra nu. 18*
5 *Competere dicuntur ea tantum, quæ quis habet iure magistratus, Sed cõtra nu. 17.*
7 *Cognitio suspecti tutoris est mixti imperij.*
9 *Cognitio suspecti tutoris, vt mandari possit, factum est, propter vtilitatem pupillorum, Sed contra nu. 11.*
10 *Cognitio suspecti tutoris, vt mandari possit, factum est cõstitutione Diuorum Seueri, & Antonini, Sed contra nu. 11.*
11 *Declaratur l. cognitio 4. in prin. ff. de off. eius, & num. 12. 19. 20. 30. 33. 34. 47. & 49.*
13 *Declaratur §. 1. Inst. de susp. tuto. & nu. 45. & 59.*
14 *Declaratur l. 1. ff. de Iurisd. & n. 15.*
16 *Declaratur l. 1. §. damus ff. de susp. tut. & nu. 21. & 48.*
22 *Cognitio suspecti tutoris mandari potest, Imo generali mandata iurisdictione transfertur. nu. 23.*
24 *Cognitio suspecti tutoris mandari nõ potest, quando tutor venit puniendus.*
25 *Cognitio suspecti tutoris potest mandari a proconsule, vel prætore, sed non remotio, Sed contra nu. 31.*
26 *Tutoris suspecti remotio pro tribunali tantum fit.*
27 *Tribunal non habet is, cui mandatur iurisdictio, vtitur tamen tribunali mandantis nu. 36.*
28 *Declaratur l. 2. ff de Iudic. & nu. 37*
29 *Existimationis, & famæ causa est suspecti remotio.*
32 *Cognitionis verbum in legibus prolatum continet etiam definitionem.*
35 *Tutoris suspecti iudicium cur introductum.*
38 *Præesse qui dicantur.*
39 *Cognitio suspecti tutoris non potest mandari a præside, saltem quoad remotionem nu. 42. nisi in casu, vt nu. 44.*

44. *Sed contra nu. 46.*
46 *Declaratur l. 1. §. suspecti ff. ad Turpil. & nu. 50 & seqq. usq; ad nu. 57.*
48 *Declaratur l. 1. §. abolitio ff. ad Turpill. & nu. 58.*
43 *Administratio censetur ipso iure tutori interdicta pendente iudicio suspecti.*
53 *Tutoris suspecti remotio fit semper causa cognita.*
57 *Declaratur l. nec mandante 8. in prin. ff. de tut. & cur.*

An cognitio suspecti tutoris mandari possit.

Quæstio Vigesimasecunda.


Anè de cognitione suspecti, quæ & ipsa est mixti imperij, dubitari potest, ideo, quia res non est apud omnes recentiores in confesso. Et, si quidem quæramus, an cõpetat iure magistratus, duos constat esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando tutor non solum remouendus est, verum etiam corporaliter puniendus, puta, quia fraudulenter in tutela versatus est, aut eius ministerium acquisiuit; Et tunc non est dubitandum, quin huiusmodi potestas fuerit specialiter
1 tributa, † tamquam ea, quæ est meri imperij, *ut scribunt Ang. in l. cognitio 4. in prin. & ibi Iac. de Nigr. nu. 2. ff de off. eius, Ang. in l. iubere 4. nu. 1. ff. de Iurisd.* Quod patet ex eo, quia prætor, qui ciuilem tantum iurisdictionem habet, non potest talem coercitionem sibi vindicare, sed debet tutorem ad præfectum vr
2 bi remittere, † *l 2. l. 3. §. tutor ff. de susp. tut. l. si liberti 10. C. eo. §. sed si quis §. libertus Inst. eo. l 1. §. solent. ff. de off. praef. vrb l. in eos 9. ff. de tutel.* quippe, qui ex epistola Diui Seueri criminum omnium coercitionem sibi vindicauit *d. l. 1. in prin. ff. de off. praef. vrb.*

Secundus verò casus est, quando tutor simpliciter a tutela remouendus est, non etiam corporaliter plectendus. Et tunc pleriq; censent, huiusmodi cognitionem specialiter esse tributam non verò competere
3 iure magistratus. † *Fuit hac sententia omnium antiquorum, dum aiunt singulari quodam iure factum esse, ut mandari possit, ut referemus infra nu. 9. nam hoc modo significant, specialiter esse tributam, quia alioquin mandari posset iure communi l. 1. in prin. ff. de off. eius. Id ipsum innuunt, dum hanc cognitionem aiunt, esse mixti imperij, ut referemus infra num. 7. nam apud eos in confesso est, causas mixti imperij specialiter esse tributas maioribus tantum magistratibus, ut retulimus in hoc c. q. 6. nu. 1. Sed in specie cognitionem suspecti specialiter esse tributam censuerunt Dec. in d. l. cognitio 4. in prin. nu. 6. & ibi Coras. n. 2. ff. de off. eius, Alcia. in l. 1. nu. 32. vers. 6. & ibi Ant. Gen. num. 13. ff. de Iurisd. Io. Gill. lib. 2. de Iurisd. & Imp. c. 24. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. c. 7. & ad l. more 5. & ibi Cuiac. ff. eod. Cuiac. ad l. 1. ff. de off. eius, in 1. lib. q. Papin. et ad l. cum prator 12. ff. de Iudic. Petr. Fab ad l. nemo potest 71. ff. de reg. iur. & Andr. Fach. lib. 9. contro. c. 97.* Videtur autem hæc sententia probari

Primo, quia dari dicuntur ea tãtum, quæ specialiter tribuũtur, † *ut*
4 *scribunt Cuiac. lib. 15. obs. c. 19. Don. lib. 17. comm. c. 8.* nam dari dicitur merum imperium *l. 1. §. qui mandatam iurisdictionem ff. de off. eius, l. solet. 6. ff. de off. proc. & leg. l. nemo potest. 71. ff. de reg. iur.* quod specialiter tribuitur, *Vt diximus in hoc cap. q. 2. nu. 58.* Et simili modo tutoris datio, quæ & ipsa specialiter tribuitur,

tur, ut ostendimus in hoc ipso c. q. 3.
nu.7.dari dicitur in l.mute 6.§. tuto
ris datio ff. de tutel. Quemadmodū
& actio legis in l. 1. ff. de off. Iurid.
Alex.quę & ipse nominatim tribui
tur, ut ostendimus in hoc eod. c. q. 4.
nu.4. Contra verò, quæ, quis iure
magistratus haber, dicuntur compe
5 tere,† l.1.in prin.ff. de off.eius vt iu-
risdictio l. obseruare 4. §. vlt. ff. de
off.proc.& leg. Sed cognitio suspe-
cti tutoris dicitur data magistrati-
bus l 1.§.damus ff. de susp. tut.§.1.
Inst.eo. Fuit igitur specialiter tri-
buta.

Secundo, quia, quæ competunt
iure magistratus, vtiq; mādari pos-
sunt, l. 1.in prin.ff.de off.eius, neque
de hoc dubitari potest, cum sit certi
iuris; Minus ad id opus est consti-
tutione principis, cum more fiat l.
1.§.qui mandatam, vers.nerius ff.de
off.eius, l.more 5.ff.de Iurisd. Deni-
q; possunt mandari iure communi,
non singulari, neq; speciali vtilita-
tis ratione. Atqui, an cognitio su-
specti tutoris mandari posset, dubi-
tatum est l. 1.§.damus, vers. an au-
tem ff. de susp.tut. &, vt possit, fuit
opus constitutione Diuorum Se-
ueri, & Antonini d.l. cognitio 4. in
prin.ff.de off.eius, d.l. 1.§.damus, De
niq; fuit hoc constitutum iure sin-
gulari propter vtilitatem pupillo-
rum d.l.cognitio 4. in prin. Non cō-
petit igitur iure magistratus, sed
6 specialiter tributa fuit. † Ita Duar.
ad tit.ff.de Iurisd.c.7.& ad d.l. mo-
re 5.& ibi Cuiac.ff.eod. Ant. Gou.in
d.l.1.nu.15.ff. eod.

Tertio ex mente antiquorum vi
detur probari ea ratione, quia, quæ
sunt mixti imperij specialiter tri-
buuntur, ut tradunt omnes, quos re
tulimus in hoc c.q.6.nu.1. Sed cogni
tio, remotioue suspecti tutoris est
7 mixti imperij, † vt de cognitione
scribunt Ang.in l. iubere 4. nu. 1. ff.
de Iurisd. Iac.de Nig.in l.cognitio 4.
in prin.nu.2. ff.de off.eius, Alciu.in l.
1.nu.32.vers.6. ff. de Iurisd. Valas.
in l. Imperium, 3. nu.238. ff. eod. E-
duar.pro Egu.fo. 31.& adu.Gou.in l.
4.ff.de Iurisd. fo.77. De remotione
verò Castr. in d. l. iubere 4. num. 1.
Purp.in l.1.in prin.nu. 664. vers.4.
ff.de off.eius, Valas.in d. l. imperium.
3.nu.234.ff.de Iurisd. Egu. Baro ad
§.1.Inst.de susp.tut. Muret. in d.l.co
gnitio 4. in prin. De vtraq; demum
Castr.in d.l.cognitio 4.in prin.nu.1.
Ergo specialiter tribuitur.

Verum his non obstantibus mi-
hi verior videtur sententia existi-
mantium, competere iure magistra
8 tus, non verò tribui specialiter. †
Fuit hac sententia Iac. de Nig. in d.
l.cognitio 4.in prin.n.10.& ibi Egu.
Baro ff.de off. eius, Egu. Baro lib. 1.
var quæst.fo.34.& 36.Coras.in d.l.
1.in prin.nu.3.ff. de off. eius. Proba-
tur autem

Primo, quia, si specialiter esset
magistratibus tributa, non posset
mandari l. 1.in princ. ff. de off. eius.
Atqui mandari potest d.l. cognitio
4.in prin.ff.eod. & latius dicemus in
fra num 22.& seqq. Non est igitur
specialiter tributa.

Nec est, quod respondeas, id iu
re quodam singulari factum esse
9 propter vtilitatem pupillorum † d.
l. cognitio 4.in prin.& ibi considerāt
Dec.nu. 6.Iac.de Nigr.num.4. & 5.
Coras.nu.2.Alex. in d. l.1. num. 20.
vers.quando ff.de Iurisd. Longou.in
d.l.Imperium, num.155. ff.eo. Claud.
Cant.lib. 2. de off. iud.c. 10. num. 7.
Andr.Facb.d.lib.9.contr.c.97.& be
neficio constitutionis Diuorum Se
ueri, & Antonini potius, quam vi
mandatę Iurisdictionis in legatum
10 transferri,† ut aiunt Cuiac.in d.l.1.
ff.de off.eius, in 1. lib.q. Papin. & in
l. cum prætor 12. ff. de Iudic. Petr.
Fab.in l.nemo potest 71.ff.de reg.iur.

quia

quia verius est, Imo sui natura
posse mandari, nec id aliqua prin-
cipum constitutione factum esse,
vt apertè probat d. l. cognitio 4. in
prin. si diligenter eius verba pon-
11 derentur: nam ibi † Macer, Cogni-
tio de suspectis tutoribus, inquit,
mandari potest, nec subijcit, id ali-
qua constitutione factum esse:
Quo fit, vt ita sit accipiendus, qua-
si dixerit, sui natura mandari pos-
se: quia, cum simpliciter dicimus
aliquid posse mandari, intelligi-
mus iure communi, non singulari,
vti constat ex l. 1. in prin. ff. eod. vbi
Papinianus, quæ verò iure magi-
stratus competunt, inquit, mandari
possunt: possunt enim mandari iu-
re communi. Id ipsum constat ex
d. l. cognitio 4. §. vt possessio ff. eod.
vbi idem Macer, vt possessio bono-
rum detur, inquit, vel, si cui damni
infecti non caueatur, vt is possidere
re iubeatur, aut ventris nomine in
possessionem mulier, vel is, cui lega-
tum est, legatorum seruandorum cau
sa, in possessionem mittatur, manda-
ri potest: Itaq; vtitur eodem dicendi
genere, quo vsus est initio, vnde, cū
datio bonorum possessionis, & cęte
ra, quæ sequuntur, mandari possint
communi iure, consequens est, vt
etiam iure comuni mandari possit
cognitio de suspectis tutoribus.
Nec obstant illa verba, propter
vtilitatem pupillorum, quæ postea
subijciuntur, quia ratio vtilitatis
non consideratur ad hoc, vt man-
dari possit, sed, vt mandata gene-
rali iurisdictione transferatur, vti
postea latius ostendemus.

Secundo probatur hæc senten-
tia d. l. cognitio 4. in prin. vers. cum
propriam ff. de off. eius, vbi Macer
12 † hæc refert constitutionis Diuo-
rum Seueri, & Antonini verba,
Cum propriam iurisdictionem lega-
tis tuis dederis, consequens est, vt
etiam de suspectis tutoribus pos-
sint cognoscere: quæ significant, hu-
iusmodi cognitionem debere in
legatum transire per consequen-
tias mandatæ iurisdictionis, quæ
res dici non posset, si specialiter
fuisset proconsuli tributa: Nec
enim ea, quæ specialiter procon-
suli tribuuntur, dici possunt in
legatum transire per consequen-
tias mandatæ iurisdictionis, si ab
eo fieri possint beneficio alicuius
constitutionis, sed transeunt, quia
ius illud nominatim lege datum
est, vt dicimus de tutoris datione,
quæ fieri potest a legato procon-
sulis non ex vi mandatæ iurisdi-
ctionis, sed quia nominatim ei
datio tutoris fuit Diui Marci con-
stitutione tributa l. prima §. lega-
tus ff. de tut. & curat. & nos di-
ximus in hoc cap. quæst. 3. numero
95.

At verò, dixeris, Imo ius remo-
uendi tutoris non competit lega-
to proconsulis ex vi mandatæ iu-
risdictionis, sed quia ius hoc ei
datum est, vt videtur probare §.
1. Instit. de susp. tut. vbi Iustinia-
13 nus, † datum est ius remouendi tu-
tores suspectos, inquit, Romæ præ-
tori, in prouincijs verò præsidibus
earum, & legato proconsulis: nam
ex his verbis constare videtur etiā
legato proconsulis tale ius datum
esse, idest specialiter tributum. Ve-
rum, præter id, quod etiam ea, quæ
competunt iure magistratus, & vi
mandatæ iurisdictionis transfe-
runtur, dicuntur dari, vt latius
ostendemus infra numero 18. Res-
pondeo etiam dici datum legato
proconsulis eo ipso, quod consti-
tutum est, vt mandata generali iu-
risdictione contingat, quod olim
non obtinebat, vti postea fusius o-
stendemus.

Tertio probatur l. 1. §. damus ff.

de susp. tut. vbi Vlpianus scribit legatum proconsulis ideo posse tutorem suspectum remouere, *quia mandata iurisdictione totum officium iurisdicundi ad eum transit*, quæ ratio esset inepta, si cognitio suspecti tutoris non pertineret ad officium iurisdicundi, & sic non competeret iure magistratus, quia non sequitur, transit totum officiũ iurisdicundi; Ergo debent transire etiam ea, quæ specialiter tributa sunt magistratibus; nam hæc nihil habent cum iurisdictione, & officio iurisdicundi commune.

Nec est, quod aliquis obijciat, Imo ad officium iurisdicundi etiã ea pertinere, quæ specialiter tribuuntur, vt videtur probare *l. 1.*
14 *ff. de Iurisd.* dum Vlpianus ait † officium iusdicentis latissimum esse, & inter cætera, quæ scribit ad id pertinere, connumerat tutoris dationem, quam tribui specialiter constat *ex ijs, quæ diximus in hoc cap. quæst. 3. numer. 7.* quia respondeo, Imo, quæ specialiter tribuuntur, non pertinere ad officium iurisdicundi, quia tale officium consistit solum in dicundo, & reddendo iure, cum alioqnin magistratus dando tutorem, aut id genus alia, quæ specialiter tribuuntur faciendo, non dicatur ius dicere, aut reddere, sed potestatẽ sibi specialiter tributam exercere.

Nec obstat *l. 1.* quia respondeo
15 † loqui eam de officio iusdicentis, quod longè distat ab officio iurisdicundi: nam iusdicentis, idest magistratus officium non solum versatur circa ea, quæ sunt iurisdictionis, aut imperij, sed etiam circa ea, quæ neque imperij, neque iurisdictionis sunt, idest, quæ nominatim tribuuntur, *vti diximus in hoc cap. quæst. 3. numer. 54.* scilicet, quia magistratus omnia facere debet, quæ, vt faciat, aut more receptum est, aut lege nominatim constitutum. At verò officium iurisdicundi circa ea tantum versatur, quæ sunt iurisdictionis, aut ei cohærentis imperij, quoniam ea tantum faciendo dicitur magistratus iusdicere. Hæc autem ideo tam variè, quia iusdicentis officium personæ rationem habet, officium verò iurisdicundi respicit ea, quæ geruntur, & ipsum iurisdictionis actum, & personæ in magistratu constitutæ ius latius patet, quam ipsius iurisdictionis exercitio, quia prętores non solum facere possunt, & debent ea, quæ spectant ad officium iurisdicundi, propter quod introducta fuit prętura, sed etiam ea, quæ postea fuerunt illis nominatim iniuncta.

Denique non est, quod alius
16 respondeat, illa † Vlpiani verba, *quia mandata iurisdictione totum officium iurisdicundi ad eum transit*, non hunc habere sensum, quasi Vlpianus senserit, ideo transire cognitionem suspecti tutoris, quia pertineat ad officium iurisdicundi, sed, quia æquum est, eum, cui totum officium iurisdicundi commissum est, habere etiam hoc ius, vt de suspecto tutore possit cognoscere, *Quomodo respondet Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de reg. iur.* quia hoc est Vlpiani verba inflectere, quippe, qui perspicuè scribit ideo transire, quia totum officium iuris dicundi transit, & hoc modo significat huiusmodi cognitionem ad officium iurisdicundi pertinere, vt proinde non sit eius sensus interpretatione contorquendus.

Porrò huic sententiæ non aduersan-

uersantur contraria: nam ad Pri-
mum respondeo, negando maio-
rem: nam, &, quæ specialiter tri-
17 buuntur, dicuntur competere, † vt
merum imperium *l. aut damnum* 8.
§. *præfecto ff. de pæn.* & tutoris da-
tio *l. muto 6. §. tutoris datio ff. de tu-
tel.* & quæ competunt iure magi-
18 stratus, dicuntur dari, † vt iurisdi-
ctio *l. & quia 6 ff. de Iurisd.* Qui-
nimo *in l. aliud 131. §. vlt. ff. de
verb. signif.* criminis executio, quę
specialiter tribuitur, dicitur com-
petere, adiudicatio verò, quæ
competit iure magistratus, & mo-
re, dicitur dari, vt proinde non sit
dubitandum, quin commentitium
sit discrimen.

Ad Secundum verò respondeo
negando, dubitatum vnquam fu-
isse, an hæc cognitio specialiter
mandari possit, minus, vt possit,
factum esse constitutione Diuo-
rum Seueri, & Antonini, sed na-
tura ipsius rei, quæ mandatur:
Quod, vt liquidò constet, suppo-
no duas esse tractationis huius
quæstiones: vnam, an huiusmodi
cognitio mandari possit, alteram
verò, an mandata generali iuris-
dictione transferatur. De prima
nunquam dubitatum est, nec fa-
cta aliqua imperatoris constitu-
19 tio. Quamobrem † *in l. cognitio
4. in prin. ff. de off. eius*, Macer *co-
gnitio de suspectis tutoribus*, inquit,
mandari potest, nec de hac re du-
bitatum vnquam fuisse, aut ibi-
dem scribit Macer, aut Vlpianus
in d. l. 1. §. damus ff. de susp. tut. Sed
dubitatum est, an generali manda-
ta iurisdictione transferatur, ideo,
quia plus est generali mandato
transferri, quam specialiter man-
dari posse, *l. vlt. C. vbi, & apud
quem, & nos latius ostendemus in
nono cap. quæst.* 1. Sed rescripto
Diuorum Seueri, & Antonini fa-
ctum est, ut etiam mandata gene-
rali iurisdictione contingat pro-
20 pter vtilitatem pupillorum. † *Ita
declarant Purp. in d. l. 1. in princ.
vers. si tamen ff. de off. eius, Egu. Ba-
ro in d. l. cognitio 4. in prin. & vide-
tur etiam sensisse Hoto. lib. 2. Amic.
resp. cap.* 1. ne scilicet, dum expe-
ctamus magistratum, aut eius man
datum speciale, demus improbis
tutoris diutius in tutela grassandi
facultatem, *vt in specie conside-
rant Claud. Cant. d. lib. 2. de off. iud.
cap. 10. num. 7. Egu. Baro in d. l. co-
gnitio 4. in prin. & ibi Muret.* Et sa-
nè dubitationem, quæ suberat, ad
posteriorem tantum quæstionem
pertinuisse, eamque solummodo
Imperatores terminasse, vel ex ip-
sis, qui in contrarium adducuntur,
locis intelligimus: Nam *in d. l. 1.
§. damus, versi. an autem*, Vlpia-
nus, *An autem apud legatum pro-
consulis suspectus postulari possit*,
inquit, *dubium fuit. Sed Impera-
tor Antoninus, cum Diuo Seuero
Bradua Maurico proconsuli Aphri-
cæ rescripsit posse; quia mandata
iurisdictione totum officium iuris-
dicundi ad eum transit*, quibus po-
21 stremis verbis † nō obscurè signi-
ficat, dubitationem, quę princi-
pum constitutione sublata fuit, ad
eum legatum pertinuisse, cui to-
tum iurisdicundi officium fuerat
demandatum, & *in d. l. cognitio 4.
in prin.* Macer, *Imo*, inquit, *etiam
ex mandata generali iurisdictione,
propter vtilitatem pupillorum eam
contingere, constitutum est.* Itaque
non ait constitutum esse, vt man-
dari possit, sed, vt generali manda-
ta iurisdictione propter vtilitatem
pupillorum transferatur. Intelli-
gimus ergo, nihil ex hoc sequi:
nam, & si dubitatum sit, an gene-

rali mandato transferatur, & fuerit opus constitutione principum, singularisq; sit babita pupillorum ratio, non tamen ex hoc sequitur, hanc cognitionem specialiter tributam esse, quia talis dubitatio suberat etiam in restitutione in integrum, *l. vlt. C. vbi, & apud quem*, quam tamen, vtpote ex prætoris edicto descendentem, certum est competere iure magistratus.

Ad Tertium denique respondeo, fatendo, ius remouendi tutores suspectos esse mixti imperij, vt rectius veteres, quam *Petr. Fab. in d.l. nemo potest 71. ff de reg. iur. & alij* plerique recẽtiores tradiderunt, dum putant, id neque esse imperij, neque iurisdictionis; Sed ex hoc non sequitur, id esse specialiter tributum, quia verius est, ea, quæ sunt mixti imperij competere iure magistratus, *vt latè ostendimus in hoc cap. q. 6. nu. 2. & seqq.*

An autem mandari possit suspecti cognitio, si quæramus, constat rem esse mirum in modum perplexam, quia, quamquam Macer sim-
32 pliciter scribat mandari posse † *in d.l. cognitio 4. in prin. ff. de off. eius, & ibi not. Bart. Aug. Castr. Ias. Dec. Iac. de Nigr. Purp. & Egu. Baro, Bart in d.l. 1. §. damus nume. 1. ff. de susp. tut. Dec. in d.l. c. in prin nume. 45. ff. de off. eius, Longon. in d.l. Imperium 3. num. 155. ff. de Iurisd. Claud. Cant. d. lib. 2. de off. iud. cap. 10. nu. 7. Eduar. pro Egu fo. 31.* Imo generali mãdata iurisdictione trãs-
33 ferri † *d.l. cognitio 4. in prin. d.l. 1. §. damus, & scribunt etiam in d.l. cognitio. Aug. Caste. Ias. Purp. & Egu. Baro, Coras. in d.l. 1. in prin. nu. 3. ff. de off. eius, Anto. Gon. in l. c. nu. 14. ff. de Iurisd.* Fuit tamen eius dictum ita coangustatum interpretatione, vt vix certis casibus sibi locum vindicare possit. Quamobrem ratio postulat, vt adhibita specierum distinctione totam hãc quæstionem diligẽter explicemus. Tres autem in hac re solent a nostris considerari casus, quorum

Primus est, quando tutor postulatur suspectus, non, vt simpliciter a tutela moueatur, sed, vt extra ordinem puniatur ob id, quod fraudulenter in tutela versatus est, Et tunc rectè fatentur omnes, huiusmodi quæstionem, nec a legato proconsulis, nec ab alio, cui mandata sit iurisdictio, examinari pos-
34 se. † *Ita enim scripserunt Bart. in l. 1. §. suspecti nume. 1. ff. ad Turpill. & in l. 1. §. damus num. 1. ff. de susp. tut. Ang. in d l. cognitio 4. in prin. & ibi Castr. numer. 2. Dec. numer. 6. Iac. de Nigr. nume. 2. Purp. nume. 4. Coras. num. 2. & 5. & Muret. ff. de off. eius, Valas. in d.l. Imperium 3. num. 238. ff. de Iurisd. Myns in §. 1. num. 4. Inst. de susp. tut. Crass. lib. 1. comm. opin cap. 9. quæst. 40. vbi testatur hanc esse communem* quia, cũ sit meri imperij, *vt diximus supra numero 1.* non potest per consequentias, aut mandari, aut mandata generali iurisdictione transferri, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. quæst. 2. num. 78. & 79.* Remittet igitur legatus eo casu tutorem ad proconsulem, vt ab eo puniatur, quoniam ipse grauiter coercendi ius non habet *l. si quid erit 11. ff. de off. procons. & leg.* Et hoc exemplo prætoris, qui, cum grauiorem non habeat coercitionem, solet huiusmodi tutores ad præfectum vrbi remittere, *vt diximus supra nu. 2.* Et ita videtur accipiendus Martiani locus *in l. 1. §. suspecti ff. ad Turpill.* si plerisq; credimus. Sed de huius loci vero sensu latius

infra

infra disputabimus.
Secundus verò casus est, quando
tutor non accusatur suspectus, vt
puniatur, sed, vt simpliciter a tu-
tela moueatur, & postulatio fit a-
pud legatum proconsulis, aut a-
pud eum, cui à prætore mandata
fuit iurisdictio: Et tunc plerique
censent in huiusmodi personas
transferri quidem suspecti tutoris
cognitionem, vt est certi iuris *l. co-
gnitio 4. in princ. versic. cum pro-
priam ff. de off. eius l. 1. §. damus,
versi. an autem ff. de susp. tut.* Sed
25 non remouendi potestatem. † *Ita
enim censuerunt quidam glossatores
antiqui, quorum opinionem refert
glo. in d. l. 1. §. damus in verb. in pro-
uincia ff. de susp. tuto. & post eos
Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71. ff. de
reg. iur.* Moti sunt autem varijs ar-
gumentis, quibus etiam probari
videtur sententia existimantium
ius remouendi non transire in
eum, cui præses, aut alius prouin-
ciæ rector iurisdictionem suam de-
mandauit, *secundum eam senten-
tiam, quam referemus infra nu. 42.*
Ita autem
In Primis ratiocinantur. Remo-
tio suspecti tutoris pro tribunali
26 tantum fit † *l. 1. §. suspecti ff. ad Tur-
pill.* Ergo ab ijs tantum fieri pote-
rit, qui tribunal habent. Atqui,
nec proconsulis legatus, nec is, cui
prætor, aliùsve magistratus iurisdi-
ctionem demandauit, tribunal ha-
27 bet, † vt *de proconsulis legato scri-
bit Petr. Fab. in d. l. nemo potest 71.
ff. de reg. iur. & generaliter de ijs, qui
bus mandatur iurisdictio, Muret. in
l. 1. in prin. versi. qua verò, & in l. 2.
ff. de off. eius, Petr. Fab. in d. l. nemo
potest, &* videtur probari *l. 1. ff. de
28 Iudic.* vbi Vlpianus † distinguit
eos, qui tribunali præsunt, ab ijs,
qui habent aliam iurisdictionem,
idest, ab ijs, quibus mandatur iu-
risdictio, *vt Don. lib. 17. comm. cap.
7. in prin. & alij rectè interpretan-
tur;* Non poterit igitur suspectum
tutorem remouere.
Secundo moti sunt ea ratione,
quia talis remotio non nisi a magi-
stratu fieri potest *d. l. 1. §. suspecti.*
Atqui, nec legatus proconsulis, nec
alius, cui mandata est iurisdictio,
magistratus est, *vt de legato procon-
sulis dicemus in nono cap. quæst. 5.
de cæteris verò diximus in 5. c. q. 3.
nu. 4.* Non poterit igitur ab ijs tu-
tor suspectus remoueri.
Tertio, quia, vbi causæ cognitio
necessaria est, ibi prætor deside ra-
tur *l. vbicunque 106. ff. de reg. iur.*
Sed in remotione talis causæ co-
gnitio est necessaria, vtpote, in qua
de fama, & existimatione tutoris
29 disputatur † *l. ha enim 4. ff. de susp.
tuto. l. 2. C. de tut. & cur. qui sat. non
ded. §. suspectus autem remotus Inst.
eod. & in his terminis considerat
Petr. Fab. in d. l. nemo potest.* Debet
igitur in ea desiderari pretor.
Nec est, quod obijcias, Imo co-
gnitionem ipsam ad legatum per-
tinere, *ex d. l. cognitio 4 in prin.* quia
30 respondent, cognitionem illam †
non esse de plena causæ examina-
tione, & discussione accipiendam,
sed de cognitione quadam summa
ria, quæ remotionem ipsam præ-
cedit. *Ita Petr. Fab. in d. l. nemo po-
test.*
His tamen non obstantibus ve-
rius est, quod alij frequentius tra-
diderunt, legatum scilicet procon-
sulis, & eum, cui pretor suam iuris-
dictionem demandauit, non solum
de suspecto tutore cognoscere, sed
31 etiam eundem remouere posse. †
*Fuit hac sententia glo. in d. l. 1. §. da-
mus, in verb. in prouincia ff. de susp.
tuto. gl. in l. 1. in prin. in verb. possunt
eam ff. de off. eius, in §. 1. in verb.
legato proconsulis, & ibi Egu. Baro*

Cuiac. in poster.not. & Vnes. Instit.
de susp.tut. Azo in summ. C. de Iu-
risd omn.iud num. 16 Barto.in d.l.
1.§. suspecti num. 1. ff. ad Turpill.
Ang.in d l.cognitio 4.in princ. & ibi
Castr. num.2.Dec.nu.1. & 6. Purp.
num.2.ff.de off.eius,Valas.in d.l. Im
perium nu. 238. ff. de Iurisd. Crass.
lib.1.comm.opin.c.9.q.40. Probatur
autem hæc sententia.

Primo §.1. *Inst. de susp.tuto.* vbi
Iustinianus, *Datum est*, inquit, *ius re*
mouendi tutores suspectos Romæ præ-
tori, in prouincijs verò præsidibus ea
rũ, & legato proconsulis, quibus ver-
bis ita perspicuè decidit hanc con-
trouersiam, vt nullum relinquat du
bitationi locum.

Secundo probatur, quia legatus
proconsulis habet ex constitutione
Diuorum Seueri, & Antonini sus-
pecti tutoris cognitionem *d.l. cogni*
tio 4.in prin.ff. de off. eius, d.l.1.§.1.
ff.de susp.tut. Ergo & remotionem.
Consequentia probatur Primo,
quia lex de cognitione loquens in
telligitur etiam de definitione, &
32 executione † *l.3. §. cognosci ff. de*
off.præf.vig. & scribunt Castr. in l.
a Diuo Pio 15.in prin. num.4. & ibi
Ias.nu.17.& 18.ff. de re iud. Alex.
in d l.1.in prin.nu.49 ff.de off.eius,
Dec.in d.l.cognitio 4.in prin.num.6.
& ibi Purp num 2.ff. eo. Alcia in d.
l.Imperium 3.num.203.ff.de Iurisd.
Secundo, quia, nisi talis constitutio
33 † verbo cognitionis & ipsam remo
tionem comprehendisset, non cen-
seretur prospexisse vtilitati pupil-
lorum, propter quam lata fuit, *vt*
considerat Dec.in d.l. cognitio 4. in
prin.num.1. & 6. nam vtilitas pu-
pillorum, non in cognitionis, sed
in remotionis celeritate consistit,
quæ non posset adhiberi, si procon
sul esset expectandus, quippe, qui
maximis occupationibus disten-
tus non, nisi tardius huic reipos-
set incumbere: Ne igitur hoc eue-
niat, ita debemus prædictam con-
stitutionem interpretari, quasi vo-
luerit, legatum proconsulis, cui ge
neralis mandata est iurisdictio, cu-
iusque facilior, quam proconsulis
est copia, posse sine speciali manda-
to tutorem suspectum causa cogni-
ta remouere, & hoc modo prospe-
xerit vtilitati pupillorum, quorum
interest, improbos tutores quam
celeriter ab officio remoueri. Et,
si dixeris, huic vtilitati satis videri
34 constitutionem prospexisse † con-
cedendo legato cognitionem, vt-
pote, quæ operatur, vt statim cense
atur ipso iure interdicta tutori ad-
ministratio *l.quod, si fortè 14. §.1.*
vers.idem dico ff. de solut. Respon-
deo, Imo hanc rem plenè non pro-
spicere, quia, licet opem afferat pro
bonis nondum alienatis, non ta-
men eam affert pro ijs, quæ iam a
tutore distracta sunt, & quorum
nomine remanet ipsi pupillo tutor
obnoxius, Vnde, cum vtilitas pu-
pilli, non tam in illorum conser-
uatione, quam in horum recupe-
ratione consistat, adeo, vt hæc fue-
rit principalis suspecti criminis in-
troducendi causa, vt scilicet remo-
to tutore, ac eo modo finita tute-
la cum eo pupillus experiri possit
35 † *l. 3. §. quæri §. si quis absuturus,*
& §. si curator ff. de susp. tut. intel-
ligimus vtilitati pupilli non plenè
prospici, nisi remotio quam celeri-
ter fiat, quia alioquin posset inte-
rim tutor decoquendo inanem red
dere tutelæ actionem.

Neque huic sententiæ aduersan-
tur contraria: nam ad Primum
respondeo, licet remotio suspe-
cti tutoris pro tribunali tantum
fieri possit, non tamen hoc impe-
dire, quominus fieri possit a lega-
to proconsulis, vel ab eo, cui præ-
tor iurisdictionem demandauit,
quia

quia, licet hi non habeant propriũ
tribunal, vtuntur tamen tribunali
eius,qui iurifdictionem demanda-
36 uit,† *vt fcribunt Camill. Plaut. ad
rub.ff.de off.eius lib 2.cap.5.num.3.
verfi.fecundo Anto. Gou. d. lib.1. de
Iurifd. nu.36.* vt dicimus de Epif-
copi Vicario,*cap.2.de confuet. in 6.
cap.Romana 3.in princ. De appell.in
6. & dicemus in 9. cap. quæft. 7.*
Quamobrem & ipfi iufdicunt pro
tribunali,*ut ait Donell.lib.17.comm.
cap.21.* pro tribunali fedent, *vt
fcribit Anto.Gou.in l. folet 16. nu.3.
ff. de Iurifd.* & faciunt etiam ea,
quę non nifi pro tribunali fieri pof-
funt, vt ecce, tutor non nifi pro
tribunali datur *l.naturali 7. §.fin.
ff. de conf. tut.* & tamen dari po-
ri poteft etiam a legato proconfu-
lis *l.1.§.legatus ff. de tuto. & cur.l.
pen.ff. de off. proc. & leg.* Præterea
caufa non nifi pro tribunali co-
gnofci poteft *l.3.§. fi caufa cognita
ff. de bon. poff.* & tamen etiam ea,
quę caufę cognitionem requirunt,
mandari poffunt non folum a pro-
confule, fed etiam ab alijs, *vt latè
oftendimus in hoc cap.q.7. num.14.*
Omnimodo igitur fatendum eft,
eum,cui mandata eft iutifdictio, vti
tribunali mandantis.

Nec obftat *l. 1. ff. de iudic.* quia
37 refpondeo,† eũ, qui tribunali præ-
eft, non ideo diftingui ab eo, quì
aliam iurifdictionem habet, ideft,
ab eo, cui mandata eft iutifdictio,
quod hic pro tribunali ius non di-
cat, fed quia non præeft tribunali:
38 nam præeffe † dicitur is, qni iure
fuo iurifdictinnem habet,quo fen-
fu dicimus magiftratum præeffe
inrifdictioni *l. qui iurifdictioni. 10.
ff.de Iurifd.l. non poffunt 11. ff. de
legib.l.2. in prin.ff.fi quis in ius voc.
non ier.l.1. §. poftulare ff. de poftul.
l.pen. ff. de Iudic.*fiue iuridicundo
*l.2.§. poft originem ff. de orig. iur.l.
vlt.ff. de aqu.plu.arc.* præeffe pri-
uatis *d. l.2.§. omnium ff.de orig. iur.*
præeffe iudicio *l. priuatorum 3. C.
de Iurifd.omn.iud.* præeffe tribunali
d. l. 1. ff. de Iudic. Cum igitur is,
cui mandata eft inrifdictio, non
habeat iurifdictionem, aut tribu-
nal proprium, confequens eft, vt
non poffit ei dici præeffe: Sed ex
hoc nnn rectè infertur non habere
tribunal;habet enim,nnn propriũ,
fed alienum.

Ad Secundum verò refpondeo,
magiftratus verbo etiam eum con-
tineri, cui mandata eft iurifdictio,
quia,licet magiftratus non fit, fun-
gitur tamen vice magiftratus,*vt di
ximus in quinto cap. quæft. 3. num.
22.* & eo ius reddente magiftratus
ipfe ius reddere videtur *l. vlt. C.
vbi,& apud quem, & dicemus in 9.
c.q.4.nu.3.*

Ad Tertium denique refpõdeo,
defiderari prætorem ad exclufionẽ
magiftratuum mnnicipalium, non
ad exclufionem eius, cui prætor iu-
rifdictionem demandauit, *ut latè
demonftrauimus in hoc cap. quæft.7.
num.17.*

Tertius deniqne cafus eft, quan-
do fufpecti tutoris accufatio folius
remotinnis caufa fit, non apud le-
gatum proconfulis, aut apud eum,
cui mandata eft a prætore iurifdi-
ctio, fed apud alium, puta apud
eum,cui præfes, aut legatus Cæfa-
ris iurifdictionem fuam demanda-
uit, Et tunc quæftio eft mirum in
modum agitata, nunquid in eum
transferri poffit huiufmodi cogni-
tio. Fucrunt autem de hac re tres
noftrorum Interpretum fententiæ,
Prima exiftimantium non poffe
transferri, & in hoc longè aliam ef-
fe rationem proconfulis, & prętо-
ris,aliam verò pręfidis, quafi ab il-
lis mandari poffit fufpecti tutoris
39 cognitio, ab hoc verò non item. †

Fuerunt huius opinionis gl.in d.l.co-
gnitio 4.in prin.in verb.mandari po
test ff.de off.eius,gl in l.1.§.1.in ver.
in prouincia ff.de susp.tut.gl.in §.1.
in verb. legato proconsulis Inst.eod.
Ang.in l.iubero 4. num.1. ff. de Iu-
risd. Alex.in l.1.in prin. num.35.ff.
de off.eius,vbi testatur,hanc esse ma
gis communem, Eiusdem sententia
fuerunt Ant.Gen.ad l.1. num.13.&
15.ff.de Iurisd. Cuiac.ad l.more 5.ff.
eod.& in post. not. ad §.1. Instit. de
susp.tut. & ibi Vuesem. Moti sunt
autem *l.1.§.suspecti ff. ad Turpill.*
vbi Martianus, *Suspecti tutoris ac-*
*cusatio,*inquit,*pro tribunali tantum*
examinari potest, & nullus alius de
huiusmodi quæstione, quam præses
pronuntiare potest: ex quibus ver-
40 bis † dupliciter argumentum de-
ducunt, & Primo ex eo,quod Mar
tianus ait, nullum alium de huius-
modi quæstione, quam præsidem
pronuntiare posse: Nam ex hoc in-
ferunt: Ergo non poterit is, cui mã
data est a præside iurisdictio, quo-
niam illa dictio, alius, iuncta nega
tiuæ præcedenti includit etiam eũ,
cui mandatur iurisdictio,*ut in l.nec*
mandante 8.in prin.ff. de tut.et cur.
Secundo verò ex eo, quod scribit,
huiusmodi quæstionem pro tribu-
nali tantum examinari posse putãt
etiam eum excludi, cui mandatur
iurisdictio,quippe, quem aiunt nõ
habere tribunal,ideoque non posse
facere ea, quæ tribunal exigunt,*se-*
cundum ea,quæ retulimus supra nu.
*27.*Et sanè videtur hoc posse com-
probari argumento ducto a præce-
dentibus eiusdem Martiani verbis
in d.l.1.§.abolitio ff. ad Turpill. nã,
41 †*Abolitio,*inquit,*priuatim a præside*
postulari,ac impetrari solet;Item pro
tribunali, non de plano, nec præses
hanc cognitionem alteri demandare
potest. Itaque negat abolitionem
a præside mandari posse, quia pro
tribunali,non de plano fit. Ergo si-
mili ratione, dum ait, suspecti co-
gnitionem pro tribunali tãtum ex-
pediri posse, videtur significare nõ
posse eam a præside mandari.

Secunda verò fuit opinio existi
mantium, posse quidem ab huius-
modi personis mandari, & manda-
ta iurisdictione transferri cognitio
nem,sed non pronuntiationem, &
42 remotionem. † *Fuit hæc sententia*
Azon.in summ.C.de Iurisd.omn.iud.
nu.16.Bart.in d.l.1.§.suspecti nu.1.
ff.ad Turpill. Ang.in d.l.cognitio 4.
in prin.vbi Dec.nu.6. testatur,hanc
esse communem. Eiusdem opinionis
fuerunt Paul.Oria. in d.l.1. in prin.
nu.37.vers.sed adhuc ff.de off.eius,
Crass.lib.1.comm.opin. cap. 9. quæst.
40.& 41.vbi pariter testatur, hanc
esse communem. Ea sola excepta,
quæ fit ipso iure, idest, quæ admi-
nistratione interdicit statim atque
43 tutor suspectus postulatus est † *d.l.*
quod si forte 14.§.1. vers. dico igitur
ff.de solut. §.si quis autem suspectus
Inst.de susp.tut.l.cum quem.7.C. eo.
nam huiusmodi remotionem faten
tur etiam ab ijs, quibus mandata
est a præside iurisdictio, fieri, siue
44 declarari posse. † *Ita Bart.in d.l.1.*
§.suspecti nu.1. cuius opinionem esse
communem testatur Crass.d.lib.1.
comm.opin.cap.9.q.40.

Videtur autem hæc sententia
probari *§.1.Inst.de susp.tut.* in illis
verbis, *& legato proconsulis*: nam,
45 † si idem iuris esset in alijs, quibus
mandatur iurisdictio, cur speciali-
ter de legato proconsulis facta fuis
set mentio? Magis igitur est, vt hu-
ius inclusio aliorum exclusionem
operetur,*secundum regulam l.cum*
prætor 12.in prin.ff. de Iudic.

Verum his non obstantibus ve-
riorem esse puto Tertiam senten-
tiam existimantium, suspecti cogni
tionem,& verò etiam remotionem
man-

mandari posse, tam in vrbe, quam
in prouincijs, & tam a præside, quã
46 a proconsule. † *Fuit hac opinio Din.*
quem refert, & sequitur Castr. in d.
l. cognitio 4. in prin. nu. 2. & 4. & ibi
Dec. nu. 6. Iac. de Nigr. nu. 10. Purp.
nu. 3. & Muret. ff. de off. eius, Valas.
in l. Imperium 3. n. 238. ff. de Iurisd.
Alcia. lib. 2. Parad. c. 1. nu. 2. & in l.
stipulationum 5. in prin. nu. 22. ff. de
verb. oblig. Mynſ. in §. 1. nu. 3. & ibi
Egn. Baro Inst. de susp. tut. Eduar.
adu. Gon. in l. 1. ff. de Iurisd. fo. 48.
Moueor autem

Primo *d. l. cognitio 4. in prin. ff. de*
off. eius, vbi Macer, *Cognitio de sus-*
pectis tutoribus, inquit, *mandari po-*
test: (nam vt eleganter *Castr. ibi nu.*
2. Dec. nu. 6. & alij pleriq; animad-
47 uerterunt) hæc verba † generalia
sunt, nec ad legatum proconsulis
restringuntur, vt nec verba sequen
tia, *Imo etiam ex mandata generali*
iurisdictione propter vtilitatem pu-
pillorum eam contingere constitutum
est. Et, quamuis verba constitutio-
nis de legato proconsulis loquan-
tur, hoc tamẽ ideo factum est, quia
ita euenerat, vt de eo dubitaretur,
non quod in eo ius aliquod singu-
lare in hac parte considerari possit.
Quamobrẽ & *in l. 1. §. 1. ff. de susp.*
tuto. Vlpianus, *Cum enim*, inquit, *sit*
in prouincia hoc rescriptum, conse-
quens erit dicere etiam eum, cui a
pratore mãdata est iurisdictio, posse
de suspecto cognoscere. Itaq; decla-
48 rat † primo rescriptum quoad per-
sonas esse generale, & pertinere tã
ad præsides, quam ad proconsules,
quoniam ait simpliciter, *in prouin-*
cia. Deinde ostendit, non esse id
accipiendum, quasi voluerit soli
proconsulis legato prospicere, sed
esse trahendum ad alios, quibus iu
risdictio demandatur.

Secundo moueor, quia vtilitas
pupillorum, quæ fecit constitutio-
ni locum, ita in ijs, quibus a præsi-
de, vt in ijs, quibus a procõsule mã
datur iurisdictio, locum habet, *vt*
etiam fatetur Cuiac. in post. not. ad
d. §. 1. Inst. de susp. tut. Quo fit, vt ea
dem quoq; constitutionis disposi-
tio locum habere debeat, *l. illud 32.*
ff. ad l. Aquil.

Nec est, quod respondeas, posse
quidem mandari cognitionem,
sed non remotionem, *Quomodo cē-*
sent secunda sententia sectatores,
quia verius est, Imo posse mandari
etiam quoad remotionem; nam *in*
d. l. cognitio. 4. in prin. cognitionis
49 verbo etiam remotio continetur †
vt scribunt ibi Dec. nu. 1. Purp. nu. 2.
Coras. nu. 1. & 5. & prater ea, qua di
ximus supra nu. 32. intelligimus ex
eo, quia constitutio Duorum Se-
ueri, & Antonini, qua factum est,
vt legati proconsulis huiusmodi
facultatem habeant, loquitur de so
la cognitione: nam, *Consequens est*,
ait, *vt etiam de suspectis tutoribus*
possint cognoscere, & tamen possunt
etiam remouere *d. §. 1. Inst. de susp.*
tuto. Ergo verbo cognitionis etiã
remotio continetur.

Huic autem sententiæ non ad-
uersantur contraria: nam ad argu-
mentum primæ sententiæ variæ so
lent a nostris responsiones afferri:
Primo enim respondent nonnulli
50 Martianum *in d. §. suspecti*, loqui †
de ea specie, quam primo loco pro-
posuimus, cum scilicet tutor accu-
satur suspectus, non, vt simpliciter a
tutela moueatur, sed, vt extraordi-
nem castigetur, quo casu verum
est, nullum alium præter præsidem
huiusmodi quæstionem examina-
re posse; Cœterum, cum simplicis
remotionis causa suspectus accusa-
tur, magis esse, vt etiam alius quæ-
51 stionem illam examinare possit. †
Ita respondent Coras. in d. l. cognitio
4. in prin. nu. 3. & ibi Muret. & ante
eos

eos ita Martiani locum intellexerūt Bart. ibi num. 1. & in d. l. 1. §. damus nu. 1. ff. de susp. tut. Ang. in d. l. cognitio 4. in prin. & ibi Dec. nu. 6. Craff. d. lib. 1. comm. opin. c. 9. q. 4e. vbi testatur hanc esse communem, quæ sententia non solum eo comprobari videtur, quod ille locus inter accusationes criminales collocatus est, *vt considerauit Bart. ibi num. 1.* sed etiam, quia loquitur de accusatione, quæ frequentius ad quæstiones criminales, quam ad ciuiles disceptationes referri solet, *vti constat ex tit. ff. & C. de accusa.*

Sed, cum nulla subsit eius decisionis ad criminalem examinationem constringendæ ratio, magis est, vt

52 †Martianus de omni cognitione, & remotione sit accipiendus: nam omnis remotio tutoris causa cogni

53 ta sit † *l. hæ enim 4. in prin. l. decreto.* 10. ff. *de susp. tut.* ideoq; pro tribunali tantum debet expediri *l. 3. §. si causa ff. de bon. poss.*

Nec mouet, quod illa Martiani decisio fuerit inter criminales accusationes collocata, quia ex hoc non sequitur eam esse criminalem; nā,

54 † quia, qui postulat suspectum, videtur in iudicium crimen deducere, vnde & suspecti crimen nuncupatum est *l. 1. in prin. ff. de susp. tut. tit. Inst. ee. in prin.* ideo dubitari poterat, num ab huiusmodi postulatione, & accusatione desistens incideret in Turpillianum, quod ibi negat Martianus, quia iudicium non est criminale, sed ciuile. Quamobrē nec se subscribit accusator in crimē *d. §. suspecti*, vt in ciuilibus causis, & controuersijs obseruatur. Denique non obest accusationis verbū, quia constat in materia suspecti tutoris non solū eo dici accusare, qui petit tutorem extraordinem puniri, sed etiam eum, qui simpliciter petit remoueri *l. 1. §. ostendimus ff. de susp. tut. §. consequens Inst. eo.*

Secundo igitur respondent alij

55 † Martianum *in d. §. suspecti*, non respexisse ad cōstitutionem Diuorum Seueri, & Antonini, sed ad simplicem naturam causæ, quæ ab alio, quam a magistratu examinari nequit. *Ita Eduar. adu. Gou. in l. 1. ff. de Iurisd. fo. 48.*

Verum hæc responsio mihi non probatur, quia supradicta constitutio non effecit, vt cognitio suspecti tutoris mandari possit (id enim etiam olim obtinebat) sed tantum, vt mandata generali iurisdictione transferatur, *vt demonstrauimus supra num. 11.* Quamobrem, etiamsi Martianus ad prædictam constitutionem non respexisset, non tamen debuisset excludere eos, quibus saltem in specie talis cognitio mandabatur, vt excludere videtur, dum ait nullum alium præter præsidem huiusmodi quæstionem examinare posse.

Verius igitur est, locum illum nō officere nostræ sententiæ, quia, licet dicat, nullum alium huiusmodi quæstionem examinare posse præter præsidem, non tamen excludit, quominus eam examinare possit is, cui mandata est a præside iurisdictio, scilicet, quia præsidis appellatione cōtinetur & is, qui vices eius gerit, *vt diximus in 5. c. q. 3. nu. 22.*

56 *&* † *in specie d. §. suspecti, rectè quidam veteres, quorum opinionem refert gl. in d. l. 1. §. damus, in verb. in prouincia, & ibi Bart. ff. de susp. tut. gl. in d. l. cognitio 4. in prin. in verb. mandari potest ff. de off. eius, & in d. d. §. 1. in verb. legato proconsulis, Inst. de susp. tut. & alij plerique tradiderunt*, ideo, quia ius eo dicente præses ipse, qui iurisdictionem demandauit, iusdicere videtur *l. vlt. C. vbi, & apud quē, & in specie scribit Vues. in d. §. 1. Inst. de susp. tut.*

licet

licet de legato proconfulis loquatur. Illa igitur Martiani verba, *nullus alius*, non ponuntur ad exclufionem legati, fed ad exclufionẽ magiftratuum municipalium, qui talem cognitionem fibi vindicare non poffunt. Nec eft contrarium, quod *in l. nec mandāte*, per dictionem alius excludatur etiam is, cui mandata
57 eft iurifdictio, quia † id ex eo fit, quoniam ibi facta eft mentio mandati: nam ita fcribit Vlpianus, *Nec mandante præfide alius tutorem dare poterit*. Vnde, quia talis mandati mentio ceffat *in d. §. fufpecti*, nil mirum, fi per illa verba, *nullus alius*, non excludatur is, qui mandatam iurifdictionem fufcepit. Minus obftat, quod pro tribunali tātum examinari poffit, quoniam ex ijs, quæ diximus *fupra nu. 30.* facile eft intelligere, nihil ex hoc probabiliter inferri poffe, fcilicet, quia vicarij poffunt etiam ea facere, quæ tribunal exigunt. Denique non obftat §. *abolitio*, quia refpondeo, nō ideo
58 mandari non poffe † abolitionem, quia pro tribunali cognofci debeat (nec enim illatinè loquitur Martianus) fed, quia res eft criminalis, & meri imperij, *vt diximus in hoc c. q. 2. nu. 82. & 83.* cuius quæftiones, tam, quæ in abfoluēdo, quem, quæ in condemnando confiftunt, non poffunt in alium mandata iurifdictione transferri, *vt diximus in ead. q. 2. nu. 94. & 95.*

Ad argumentum verò Secundæ
59 fententiæ refpondeo, † ideo *in §. 1. Inft. de fufp. tut.* fieri mentionem de folo legato procōfulis, vel, quia foli proconfules habebant legatos, *vt diximus in s. c. q. 3. nu. 18. & confiderat Caftr in d. l. cognitio 4. in prin. nu. 4. ff. de off. eius, quem fequitur Valaf. in d. l. Imperium 3. num. 238. ff. de Iurifd.* vel, quia conftitutio, quæ talem induxit tranflationẽ de folo procōfulis legato loquitur, fed ex hoc non debent excludi cęteri, quibus mandatur iurifdictio, quoniam ad eos fuit eius conftitutionis vis ob fimilem pupillorum vtilitatem porrecta *d. l. 1. §. damus ff. de fufp. tut.* Alioquin enim, fi legati proconfulis inclufio cœterorū exclufionem operaretur, ne quidē is, cui prætor fuam iurifdictionem demandauit, fufpectum tutorem remouere poffet, quod tamen nemo rectè dixerit *ob d. l. 1. §. damus*. Et hæc de mixto imperio.

SVMMARIVM.

1 *Iurifdictio fimplex non datur, Sed contra nu. 5.*
2 *Magiftratus omnis habet mixtum imperium, Sed contra nu. 5.*
3 *Magiftratus municipales habēt mixtum imperium, Sed contra nu. 11.*
4 *Imperij, quæ funt, eadem funt, & iurifdictionis, & econuerfo, Sed contra nu. 21.*
6 *Magiftratus maiores, & minores qui & num. feqq. vfq; ad nu. 55.*
10 *Magiftratus municipales habent iurifdictionem.*
12 *Defenfores non habent mixtum imperium.*
13 *Imperium mixtum competit ijs folis, quibus competit merum, Sed contra num. 14.*
15 *Iurifdictio fimplex, & mixtum imperium differunt effentia, & exercitio nu. 16.*
17 *Declaratur l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius.*
18 *Imperium quis dare pofsit.*
19 *Iuffus non femper eft imperium.*
20 *Magiftratus municipales qualiter dicantur habere fafcium poteftatem.*

An

An detur simplex iurisdictio

Quæstio Vigesimatertia.



SVperest, vt de simplici iurisdictione videamus, nũquid mandari possit. Vtique autem supponimus dari simplicem iurisdictionem, id est, dari iurisdictionem ab imperio mixto separatam, *vt supponunt veteres frequentius*: Alioquin enim frustra quæreremus, an ea mandari possit, cum non entis nullæ sint qualitates *l. eius, qui* 41. ff. *si cert. per*. Sed, quia non est hoc apud omnes (pręcipuè recentiores) in confesso, ideo ratio postulat; *vt* illam necessario præmittamus inspectionem, an detur simplex iurisdictio.

Fuerunt autem de hac re duę nostrorum interpretũ sententiæ, Prima existimantium, nõ dari, sed omnem iurisdictionem esse cum imperio mixto coniunctam, nec vnquã ab ea separari posse, & ea ratione nihil esse iurisdictionis, quod non
1 etiam sit imperij, & contra. † *Fuit hac opinio quorumdam antiquorum, quos refert glo. in l. Imperium 3. in verb. mixtum est, vers. quidam tamẽ* ff. *de Iurisd. Eiusdem opinionis fuerunt Mar. Salom in l. 1. in prin. num. 12. in fin. & nu. 14. & ibi Egu. Baro, & Cuiac. in 1. lib. q. Papin.* ff. *de off. eius, Egu. Baro in l. vlt.* ff. *eod. Cuiac. ad l. aliquãdo 5.* ff. *de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Papin. ad l. ea, qua 26.* ff. *ad municip. in 1. lib. Paul. ad edict. ad l. cũ prator 12.* ff. *de Iudic. & lib. 4. obs. c. 15. & lib. 21. cap. 30.* Videtur autem hęc sententia probari.

Primo quia, si daretur iurisdictio sine mixto imperio, vtique daretur sine modica coercitione, quippe, quæ est imperium non merum, sine mixtum *l. vlt.* ff. *de off. eius, & diximus in hoc c. q. 15. nu. 7. & seqq.* Sed sine modica coercitione nulla datur *d. l. vlt. §. vlt.* Nec igitur sine mixto imperio.

Secundo, quia nullus est magistratus, qui non habeat mixtum im-
2 perium. † *vt scribunt Cuiac. ad l. 1.* ff. *de off. eius in 1. lib. q. Papin. & Muret. in rub.* ff. *eo.* nam & magistratus municipales, licet facere non possint ea, quæ magis imperij, quam iurisdictionis sunt, puta iubere caueri pręt oria stipulatione, in possessionem mittere, in integrum restituere, & id genus alia *l. ea qua 20.* ff. *ad municip.* nec possint defendere suam iurisdictionem pœnali iudicio *l. vn. in prin.* ff. *si quis iusd. non obe.* non tamen rectè dicuntur non habere mixtum imperiũ, quia
3 verius est habere, † *secundum eund. Cuiac in d. l. e.* ff. *de off. eius, in 1. lib. q Papin. & ad l. ea, qua 26.* ff. *ad municip. in 1. lib. Paul. ad edict.* cum habeant modicam coercitionem *l. magistratibus 12.* ff. *de Iurisd.* & possint contumaces coercere multa, *vt ex multorum sententia retulimus in hoc c. q 16. nu. 5.* & vinculis, siue carceribus detinere *l. si quis vxori 53. § si fugitiuum* ff. *de furt.* Deniq; possint capere pignus *l. quemadmodum 29. § magistratus* ff. *ad l. Aquil.* & violentius in resistentem agere *d. l. quẽadmodum 29. § magistratus*. Quamobrem & ipsi fascium potestatem habent *l. duumuirũ 53. C. de decur. lib. 10.* Non datur ergo iurisdictio sine mixto imperio.

Tertio demum, quia, quæ sunt iurisdictionis, eadem sunt & imperij,
4 & contra, † vt ecce interlocutio est iurisdictionis, & tamen imperium appellatur *in l. quod iussit 14.* ff. *de re iud.* & contra iubere caueri prętoria stipulatione est imperij *l. iubere 4. de Iurisd.* & tamẽ vocatur iurisdictio *in l. 1.* ff. *de dãn. inf.* Nõ distinguũtur ergo iurisdictio, & imperiũ.

Verum

Verum hæc opinio, vt veris iu-
risdictionum principijs est contra-
ria, ita & merito fuit ab omnibus
5 improbata; † *Et in specie a gl. in d.
l. Imperium 3. in verb. mixtum est,
vers. quidam tamen, & ibi Io. Inne.
num. 8. ff. de Iurisd. Ant. Fab. lib. 4.
coniect. cap. 4. Andr. Fach. lib. 9. con-
tro. c. 96.* quia verius est dari simpli
cem iurisdictionem, *vt dari suppo-
nunt omnes veteres tam in l. 1. in
prin. ff. de off. eius, quam in d. l. im-
perium.* Datur enim

Primo ratione personarum, &
habitus, quia non omnes magistra
tus habent mixtum imperium; nã,
cum magistratuum quidam sint
maiores, quidã minores, maiores,
qui imperium habent *l. 2. ff. de in
ius voc.* minores verò, qui sine im-
perio, & potestate sunt magistratus
6 † *l. nec magistratibus 32. ff. de iniur.
& explicans Coras. lib. 3. misc. c. 6.
num. c. & ad d. l. magistratibus 32.
nu. 5. ff de Iurisd. Ant. Gou. lib. 1. de
Iurisd. nu. 4. Hoto. in comm. verb. iu-
ris, in verb. magistratus, Pard. Prat.
in lexic. iuris, in verb. magistratus,
Bret. de ord. iud. c.* 22. non dicuntur
illi maiores, quod habeant impe-
7 rium merum, † *vt passim veteres
arbitrantur, & in specie Alex. in d.
l. vn. in prin. nu. 5. ff si quis insd. non
obt. Claud. Cane. lib. 2. de off. iud. c. 3.
nu. 5. Decia. in tract. crim lib. 2. cap.
29. nu. 6.* Sed, quod habeant mix-
8 tum, † vt patet ex prætore, qui me
rum imperium non habet, *vt osten
dimus in hoc c. q. 2. nu. 66.* & tamen
dicitur maior magistratus *d. l. 2. ff.
de in ius voc.* quia imperium habe-
re dicitur is, qui contumacem mul
ta, vinculis, verberibusq; coercere
9 potest † *l. sacrilegi. 9. §. vlt. ff. ad l.
Iul. pec. & explicat Hoto. in d. com-
men. verb. iuris, in verb. magistratus;*
Vnde Cic. lib. 3. de legibus de ma-
ioribus magistratibus loquens, *Ma
gistratus,* inquit, *nec obedientem, &
noxium ciuem multa, vinculis, ver-
beribusq; coercento.* Si igitur maio-
iores æstimatur ex eo, quod habe-
ant imperium mixtum, consequẽs
est, vt minores dicantur illi, qui
mixtum imperium non habent.
Itaque magistratus municipales,
quia minores sunt, *vt diximus in
hoc c. q. 16. nu.* 30. ideo iurisdictio-
10 nem habent † *l. incola. 29. ff. ad mu
nicip. l. vn in prin. ff. si quis iusd. nõ
obt.* mixtum imperium non habẽt,
11 † *vt scribunt Bart. in d l. ea, qua 26.
§. 5. num. 1. ff. ad municip. Bald. in l.
dies cautioni. 4. §. si fortè ff. de damn.
inf. Castr. in l. 1. num. 1. & ibi Alex.
nu. 1. ff. eo. Alcia. in l. stipulationum.
5. in prin. num. 23. ff. de verb. oblig.
Longou. in d. l. Imperium, 3. nu. 174.
& ibi Duar. ff. de Iurisd. Duar. ad
tit. ff de Iurisd. c. 4. ad l. magistrati-
bus 12. ff. eo. & ad tit. C. vbi, & apud
quem Cuiac. sibi contrarius lib. 17.
obs. c. 19. Vaud. lib. 1. q. iur. c. 22. num.
6. Idem censuerunt Veteres, dum
aiunt, mixtum imperium non compe
12 tere defensoribus ciuitatum, † vti vi
dere est apud gl. in d. l. ea, qua 26. in
verb. iurisdictionis ff. ad municip.
Bart. in l. 2. nu. 2. ff. de Iurisd. Alex.
in l. iubere 4. num. 7. ff. eo. nam apud
eos in confesso est, magistratus muni
cipales, & defensores ciuitatum esse
vnum, & idem vt retulimus in hoc
c. q. 3. num. 66. vers. nec est. Denique
censuerunt hoc ipsum, qui tradide-
runt, mixtum ijs solis competere, qui
13 bus competit merum, † vt Bart. in
d. l. Imperium, nu. 16. & ibi Dec. nu.
53. Purp. n. 285. licet hoc a vero alie
14 num sit, † cum merum possit etiam
priuatis competere, vt diximus in
hoc c. q. 2. nu. 73. mixtum verò solis
magistratibus, vt ostendimus in hoc
ipso c. q. 6. num. 7. Non habere autem
municipales imperium mixtum in-
telligimus ex eo,* quia nec multa, nec

vin-

vinculis, nec verberibus inobediẽtem coercere possunt, *vt de multa ostendimus in q. 16. nu. 21. & seqq. de vinculis in q. 19. nu. 11. de verberibus in q. 20. nu. 7. vers. vtiq;.*

Secundo etiam in persona eiusdem magistratus, qui iurisdictionẽ habet coniunctam cum mixto imperio datur simplex iurisdictio; nõ quidem ratione personæ, sed ratio
15 ne sui, & propriæ essentiæ, † *vt scribit Andr. Fach. d. lib. 9. contr. c. 96.*
Nã, licet magistratus habeat vtrũque, verè tamen aliud est imperium, aliud iurisdictio, cum huius essentia verè sit ab essentia illius separata, atque distincta, quod intelligimus ex eo, quod dicimus, tutoris dationem, neq; esse imperij, neque iurisdictionis *l. muto 6. §. tutorũ datio ff. de tutel.* & quædam esse magis imperij, quam iurisdictionis *l. iubere 4. ff. de Iurisd. l. ea, quæ 26. ff. ad municip.* nam & dictio, neque, ponitur inter diuersa, & inter diuersa comparatio cadit, cum nullum simile sit idem *l. quod Nerua 32. ff. depos.* Deniq; ex eo, quod dicimus, Imperium iurisdictioni cohærere *l. 1. §. vlt. ff. de off. eius*, non obscurè significamus, aliud esse imperium, aliud ipsam iurisdictionẽ, quia cohærens non est idem cum eo, cui cohæret *l. quæ religiosis 44. ff. de rei vind.*

Tertio demum etiam in persona eiusdem magistratus consideratur iurisdictio separata ab imperio
16 ratione actus, & exercitij: † nã magistratus interdum vtitur imperio, vt, cum iubet caueri, vel mittit in possessionem, vel iubet possideri, vel id genus alia facit, quæ dicuntur esse magis imperij, quam iurisdictionis; Interdum verò vtitur iurisdictione, vt, cum pronũtiat, cum iudicibus a se datis formulam præscribit, & similia facit, quę consistũt in simplici iurisdictione, & pronũtiatione.

Hinc intelligimus, non obesse contraria: namq; Primum dupliciter tolli potest, vno modo, si negetur minor, quia verius est, Imo dari iurisdictionem sine illa modica coercitione, quæ dicitur imperium non merum: datur enim in persona magistratiuum minorum, qui talem potestatem non habent, *vti supra diximus.*
17 Et, quod dicitur † *in d. l. vlt. § vlt.* iurisdictionẽ sine modica coercitione nullam esse, idest, nullius vtilitatis, & momenti, procedit in iurisdictione magistratuũ maiorum, quia minorum iurisdictio absq; illa coercitione haud dubiè consistit; *vt ostendimus in hoc c. q. 16. nu. 67.* Nec ob id censetur illusoria, quia, licet non possint tales magistratus inobedientem coercere imperio, idest, multa, vinculis, aut verberibus, possunt tamen ex lege municipali capere pignus, & hoc modo suam iurisdictionem defendere, ne sit inutilis, & illusoria, *vti diximus ibi nu. 68.* Altero verò modo tolli potest, si dicamus, etiã si iurisdictio sit coniuncta cum imperio, non tamen sequi, iurisdictionẽ simplicem non dari, quia datur, & per se, & ratione exercitij, *secundum ea, quæ diximus in secundo, & tertio fundamento.*

Ad secundum verò respondeo, Imo non omnes magistratus habere imperium mixtum, cum sine eo magistratus municipales iurisdictionem exerceant, *vt ostendimus in primo fundamento*, nec possint dicere multam, aut alijs prætorijs remedijs coercere, *sicuti ostendimus in d. q. 16. nu. 21. & seqq.* Nec obstat, quod dicantur habere modicã castigationem, quia, qualiter id accipiendum sit, ostendimus *in d. q. 16. nu. 59.* Minus obstat, quod possint

sint capere pignus, quia respődeo, nő capere ob vim imperij, &c, quod imperium habeant, vt capiunt maiores, sed ob vim iurisdictionis, & ex lege municipij *d. l. quemadmodũ 29. §. magistratus* ff. *ad l. Aquil.* a qua pendet eorum iurisdictio *l. magistratus 25.* ff. *ad municip. & dixi-mus in hoc c. q. 27. nu 9.* Nec ob id rectè inferri, habere eos mixtum
18 imperium, quia † municipium non potest tribuere nomẽ imperij, sed solus populus Romanus, aut princeps, qui in eius successit locum, quippe, qui summum imperium solus habet. Itaque soli magistratus populi Romani dicuntur habere imperium *d. l. nec magistratibus 32.* ff. *de Iniur. l. sed etsi per pretorẽ 26. §. hac clausula* ff. *ex quib. caus. maio. l. qui accusare 8. §. alij* ff. *de accusat.* & aliquid agere pro imperio *l. etsi prætor 3.* ff. *de off. eius*, seu propter vim imperij *l. cum prætor 12. §. Item hi* ff. *de Iudic.*

Nec obstat, quod in pignoribus capiendis vim adhibere possint, & violentius in resistẽtes agere, quia
19 respondeo, † neq; ex hoc sequi habere eos imperium; nam, & iudices dati possunt iubere caueri iudiciali stipulatione *l. stipulationum 5. in princ.* ff. *de verb. oblig. sit. Inst. de diuis. stipul. in prin.* iubere rem restitui, & eam interdum manu militari auferre *l. qui restituere 68.* ff. *de rei vind.* nec tamen ob id rectè quis dixerit, eos habere mixtum imperium, cum nec iurisdictionem habeant; id enim faciunt propter vim notionis, non propter vim imperij, aut iurisdictionis. Sic, & magistratus municipales poterãt capere pignus, & in capione vim adhibere, sed ob id non sequitur, eos habuisse imperium mixtum, quia nő capiebant pignus ob vim imperij, sed ob legem municipij.

Deniq; non obstat, quod dicantur habere fasciũ potestatem, quia respondeo, dici id abusiuè pro sim-
20 plici iurisdictione, & dignitate, † *vt ibidem rectè exponit glo. & post eam Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. c. 3. nu. 30. Egu. Baro ad l. magistratibus 32.* ff. *de Iurisd.* quia constat magistratus municipales nec habuisse lictores, nec fasces, cum hæc sint insignia magistratuum Romanorũ *l. proconsules 14.* ff. *de off. proc. & leg. & docet Brisso. lib. 3. selec. antiq. cap. 14.*

Ad Tertium deniq; respondeo,
21 † quicquid est imperij mixti, dici posse iurisdictionis, sed non contra, quia, cum mixto imperio insit iurisdictio *l. Imperium. 3.* ff. *de Iurisd.* non potest non id, quod est imperij, censeri etiam iurisdictionis, sed nő contra, quia iurisdictio potest esse ab imperio separata, atque distincta, ideoq; non sequitur, Est iurisdictionis, Est igitur impeperij mixti.

S V M M A R I V M.

1 *Iurisdictio competit iure magistratus.*
2 *Iurisdictio competit more.*
3 *Iurisdictio mandari potest.*
4 *Iurisdictio sui natura est delegabilis.*
5 *Iurisdictio, vt mandari possit, quæ requirantur.*
6 *Ratihabitio quando retrotrahatur.*
7 *Causæ simplicis iurisdictionis possũt delegari, etiam generaliter nu. 8.*
9 *Causarum genera quot, & nu. 42.*
10 *Causæ minores indistinctè delegari possunt.*
11 *Causæ minores quæ, & nu. seqq. vsq; ad nu. 21.*
16 *Causæ, quæ iure actionis, & officio mercenario expediuntur, delegari possunt, etiamsi plenam causæ cognitio-*

gnitionem requirant.

18 *Defensores ciuitatum hodie iudicāt vsq; ad 300. aureos.*

19 *Defensores ciuitatum iudicant, vt ordinarij, non, vt delegati.*

21 *Causa media, quæ, & nu. 22.*

23 *Causa media non competunt iure magistratus, Sed contra nu. 24.*

25 *Causa media non possunt hodie delegari, nisi propter iustum impedimētum, licet alij cōtra censerint n. 28*

26 *Declaratur l. 2. C. de peda. iud, et nu. seqq. vsq; ad nu. 34. & latius num. 41. & 42.*

34 *Declaratur Auth. ad hac C. de Iud. & nu. seqq. vsq; ad nu. 40.*

40 *Causa magna non possunt delegari etiam propter occupationes.*

43 *Causa magna possunt indistinctè delegari iure canonico.*

44 *Delegatus principis potest subdelegare causas magnas.*

45 *Cognoscibile quod est, censetur etiam delegabile iure canonico.*

46 *Declaratur cap. si pro debilitate 3. De off. & pot. iud. deleg.*

47 *Delegatus principis non potest subdelegare causas, in quibus electa fuit industria persona.*

An simplex iurisdictio mandari possit

Quæstio Vigesimaquarta.



HOC ita posito videamus, an simplex iurisdictio mādari possit. Dupliciter autem hanc quæstionē prosequemur: Primum enim de iurisdictione generaliter, mox & de ijs, quæ iurisdictionis sunt, specialiter dispiciemus, an, & quando mandari possint.

Et generaliter quidem, cum de iurisdictione quærimus, an mandari possit, constat rem pendere ex eo, an competat iure magistratus; Sed hoc ita certum est, vt de eo probabiliter dubitare nemo pos-

1 sit. † *Ita enim de iurisdictione scripserunt Azo in summa C. de Iurisd. omn. iud. n. 20. in fi. gl. in l. 1. in prin. in verb. iurisdictio, & ibi Egn. Baro, & Cuiac. in 1. lib. q. Papin. ff. de off. eius, gl. in §. nulla, in verb. iurisdictione Auth. de def. ciuit. coll. 3. Egn. Baro. in l. 1. in l. imperium 3. ff. de Iurisd. in l. vlt. ff. de off. eius, & lib. 1. varia. q. fo. 23. Duar. lib. 1. disp. ann. c. 53. Caro. Sigo. lib. c. de Iudic. c. 7. Donell. lib. 17. comm. c. 8. Hoto. lib. 3. obs. c. 12. De ijs verò, quæ simplicis iurisdictionis sunt, Baro. in d. l. 1. in prin. nu. 2. & ibi Castr. num. 1. & 6. Alex. nu. 1. Ias. nu. 25. in fi. Dec. nu. 27. Paul. Oria. nu. 32. in fi. Cagn. nu. 16. ff. de off. eius, Longou. in d. l. Imperium, 3. nu. 157. ff. de Iurisd.* nam

2 cum more competat † *l. pen. ff. de iust. & iur. & scribunt Duar. ad tit. ff. de Iudic. c. de iudicibus datis, Egn. Baro d. lib. 1. varia. q. fo. 19. & 27. & in d. l. 1. & ibi Cuiac. in 1. lib. q. Papin. ff. de off. eius, Egn. Baro in l. vlt. ff. eo. & diximus in 2. c. q. 1. nu. 7. & in hoc c. q. 1. nu. 21.* consequēs est, vt competat iure magistratus, *secundum ea, quæ diximus in eadem q. 1. nu. 14.* Nec solum vrbanis, puta consulibus, aut prætoribus, *vt diximus in eadem q. 1. nu. 22.* sed etiam prouincialibus, puta proconsulibus, & præsidibus, *vt diximus in eo. 2. c. q. 1. nu. 34.* tametsi lege, vel S. C. vel principum constitutione iurisdictionem habeant *l. & quia 6. ff. de Iurisd. l. cum prætor 12. §. c. ff. de Iudic. & diximus ibi nu. 28.* scilicet, quia potestas prouincialium regulatur, & æstimatur a potestate magistratuum vrbanorum, & ideo quæ competunt vrbanis iure magistratus, censentur etiam per consequentias eodem iure competere prouincialibus, *vti latissimè ostendimus in eod. 2. cap. q. 1. nume. 33.*

&

& seqq. & cap. 5. q. 1. nu. 6. & in hoc cap. q. 16. nu. 79. Quamobrem, vt illi, ita & hi dicuntur habere iurisdictionem propriam, *l. cognitio 4. in princ. vers. cum propriam, ff. de offic. eius, & diximus in eod. 2. cap. quæst. 1. nu. 34. & in hoc cap. q. 1. num. 23.* & iure suo, *l. more 5. ff. de Iurisd. & diximus in 5. cap. q. 1. num. 1. & q. 4. nu. 4.* id est iure magistratus, *d. l. 1. in prin. ff. de offic. eius.*

Hinc fit, vt ab ijs omnibus, & verò etiam à municipalibus mandari
3 possit, † *l. more 5. l. solet 16. l. prætor. 17. ff. de Iurisd. l. obseruare 4. §. vlt. l. solet 6. §. sicut, ff. de offic. proc. & leg. l. 1. in prin. vers. huius, ff. de offi. eius, & diximus in 5. cap. q. 1. nu. 4. & seqq.* ob generalem Papiniani definitionem, qua dicimus, posse demandari, quæcũque competunt iure magistratus, *d. l. 1. in prin. ff. de offic. eius.* Itaque mandari potest, vel in totum, vel pro parte, *d. l. solet 16. d. l. prætor. 17. ff. de Iurisd. & diximus in 7. cap. q. 2. num. 1. & seqq.* quoniam hoc ita more comparatum est, *l. more 5. ff. de Iurisd. l. 1. §. qui mandatam, vers. verius, ff. de offic. eius*; In quo quidem constat iurisdictionem à mero imperio differre: nam merum imperium, quia lege datur; ideo nec mandari, nisi à profecturo potest, *d. l. 1. in princ. vers. huius, ff. de offic. eius*, nec mandata iurisdictione transit, *d. l. 1 §. qui mandatam, vers. verius, ff. eod.* At iurisdictio, quia more competit, ideo & mandari etiam à præsente potest, *d. l. 1. in princ. vers. huius*, & mandata more transfertur, *d. l. 1. §. qui mandatam, vers. verius.* Quamobrem dicimus illud esse sui natura indelegabile, hanc verò sui natura de-
4 legari posse; † *vti videre est apud glo. in l. 1. in verb. bonorum possessionem, & in l. iubere 4. ff. de Iurisd. Ioan. Innen. in l. Imperium 3. num. 6. ff. eod.* Nec obstat, quod delegari nequeat ab eo, cui mandata fuit, *l. vlt. in princ. ff. de offic. eius*, quia huiusmodi impedimentum non venit à re, sed à persona, quæ mandandi potestatem non habet, *vt ostendimus in hoc ipso cap. quæst. 2. num. 159.* nam ad hoc, vt iurisdictio mandari possit, duo vi-
5 dentur in persona mandantis † esse necessaria, Primum, vt habeat iurisdictionem, quia, si non habet, ratio non patitur, vt eam in alium transferre possit, *l. obseruare 4. §. vlt. ff. de offic. proc. & leg.* Quamobrem dicimus proconsulem non ante legato suo mandare iurisdictionem debere, quam sit ingressus prouinciam, ne prius mandare videatur, quam ipse habeat, *d. l. obseruare 4. §. vlt.* nisi fortè necessariam in itinere patiatur moram: tunc enim vtilitatis gratia receptum est, vt possit legatum suum præmittere, & ei iurisdictionem demandare, *l. aliquando 5. ff. eodem*, ne interim prouincia remaneat iusdicente destituta, *secundum ea, quæ diximus in hoc capit. quæst. 4. numero 59.* Quod postea Iustinianus generaliter omnibus prouinciarum administratoribus permisit, citra tamen vltimum supplicium, & membri abscisionem, *§. ad hæc prohibemus Authent. de collator. coll. 9. & nos diximus in hoc cap. quæst. 2. num. 135.*

Sanè, si cessante necessaria mora proconsul mãdauerit iurisdictionẽ prius, quam sit ingressus prouinciã, deinde post ingressum in eadem voluntate perseuerauerit, quæri potest, an mandatum confirmetur. Et constat ita confirmari, vt legatus videatur habere iurisdictionẽ, non exinde, ex quo mandata fuit,

ſed ex quo prouinciam ingreſſus eſt proconſul, *d.l. obſeruare. 4. §. vlt. ff. de offic. proc. & leg.* Nec eſt contrarium, quod ratihabitio retrotrahatur, & operetur, vt etiam retro geſta valeant, *l. vlt. C. ad Macedon.* quia hoc procedit, quoties is, qui ratum habet, iam initio potuiſſet vtiliter id agere, quod inutiliter geſtum eſt, vt euenit in patre, qui filij contractum ratum habet; Cœterum, quoties agendi poteſtas initio ceſſabat in perſona ratificãtis, vt euenit in ſpecie propoſita, magis eſt, vt ratihabitio retro-
6 trahi non poſſit. † *Ita respondet Coraſ. in d.l. obſeruare. 4. §. vlt. num. 6. & fuit etiam de mente Bart. ibi, num. 4.*

Secundo verò non ſufficit, quem habere iuriſdictionẽ, vt eam mandare poſſit, ſed debet eam habere iure ſuo; Itaque, ſi alieno beneficio, mandare non poterit, *l. more 5. ff. de Iuriſ. l. vlt. §. vlt. ff. de offi. eius, Qua de re latè diximus in 5. c. q. 1. nu. 9.*

Non ſolum autem mandari ſui natura poteſt ſimplex iuriſdictio, ſed etiam in eius cauſis iudex dari poteſt, & quidem ſine dubio, ſi reſpiciamus ad ordinaria iudicia: nã magiſtratus olim in cauſis ciuilibus poterant, imo debebant dare iudices, qui cognoſcerent, & iudicarent, non autem ipſi cognitionẽ ſuſcipere *l. 2. C. de ped. iud. & latè oſtendimus in 1. cap. quaeſt. 3. nu. 22. & cap. 3. quaeſt. 2. num. 1.* Et, quamuis extra ordinem poſſent de quibuſdã cauſis fauorabilibus cognoſcere, & iudicare, *vt oſtendimus in d. cap. 3. quaeſt. 2. nu. 4. & ſeqq.* non ideo tamen minus verum eſt, in cauſis ſimplicis iuriſdictionis debuiſſe eos indiſtinctè dare iudices, quoniam illæ cauſæ fauorabiles, de quibus iudicabant, non erant ſimplicis iuriſdictionis, ſed alterius facultatis: nam, ſi ſpecialiter fuerant tributę, *vt illa, quas enumerauimus in hoc cap. q. 5. num. 5. & ſeqq.* nec imperij dici poterant, nec iuriſdictionis, ſed meræ facultatis nominatim lege, vel S. C. vel principũ conſtitutione tributæ, vt generaliter de ijs dicimus, quæ ſpecialiter tribuũtur, *l. muto 6. §. tutoris datio, ff. de tutel. & nos oſtendimus in hoc cap. q. 6. num. 25.* Si verò competebant iure magiſtratus, *vt illa, quas recenſuimus in d. q. 5. num. 18. verſ. At, qua,* nec etiã dici poterant ſimplicis iuriſdictionis, quoniam inter ea numerantur, quæ ſunt mixti imperij, *vti videre eſt in hoc cap. q. 10. nu. 1. & q. 22. nu. 7.*

Sed hodie, quia iudicãdi munus à priuatis iudicibus ad ipſos magiſtratus translatum eſt, non dantur amplius in cauſis ſimplicis iuriſdictionis neceſſario iudices, ſed delegãtur ex voluntate magiſtratus. Quamobrem dicimus cauſas ſimplicis iuriſdictionis, ſi ad delegãtis iuriſdictionem pertineãt, *ſecundũ l. vni. C. qui pro ſua iuriſd. & ea, qua diximus in hoc cap. quaeſt. 2. nu. 155.*
7 poſſe delegari, † *vt videre eſt apud Bart. in l. 1. in prin. nu. 4. & ibi Ang. num. 1. Caſtr. nu. 1. & 6. Alex. nu. 1. Paul. Oria. nu. 35. in fi. ff. de offi. eius, Bart. in l. more 5. nu. 12. & ibi Alex. nu. 27. verſ. non obſtat vltimũ, ff. de Iuriſd. Caſtr. in d. l. 1. §. qui mandatam, nu. 2. ff. de offic. eius, Seb. Sap. in l. 1. nu. 2. ff. de Iuriſd. Cagn. in l. Imperium 3. nu. 290. & ibi Longo. num. 157. ff. eod. Petr. Calaſ. in l. 1. nu. 93. ff. de Iudic.* & transferri, non ſolum ſpecialiter, ſed etiam generaliter: nam in iudicem ad vniuerſitatem cauſarum delegatum transferuntur ea, quæ sũt ſimplicis iuriſdictionis,
8 † *vt ſcribunt gl. in d. l. 1. §. qui mandatam, in verb. tranſire, & ibi Caſtr. num. 1. Iaſ. num. 2. ff. de offic.*

eius,

eius, Castr. in d.l.1. in princ. num.6.
ff. eod. Et hæc quidem generaliter
de iurisdictione dicuntur.

Specialiter autem, si quæramus,
an ea, quæ simplicis iurisdictionis
sunt, competant iure magistratus,
& per consequentias possint dele-
gari, constat, veteres censuisse fre-
quentius esse distinguenda causa-
rum genera: nam, cum (secundum
eos) causarum aliæ sint minores,
aliæ mediæ, & alię magnę, siue ma-
9 iores, † *vti videre est apud glo. in l.*
2. in verb. placet, C. de peda. iud. Bal.
in rub. de off. et pot. iud. del. n.3. Ang.
in l. & quia 6. nu.9. & seqq. ff. de Iu-
risd. minores quidem fatentur om-
nes competere iure magistratus, &
indistinctè posse delegari, siue sub-
sit iusta delegandi causa, siue non
10 subsit: † *nam competere iure magi-*
stratus scripsit glo. in l.1. in prin. in
verb. qua verò iure magistratus, ff.
de offic. eius, posse verò delegari Bal.
in d. rub. de offic. & pot. iud. del. num.
3. Angel. in d.l. & quia. 6 num. 12. ff.
de Iurisd. Castr. in d.l.1. in prin. nu.
9. ff. de offic. eius, Longo. in d.l. Impe-
rium. 3. num. 34. & 35. ff. de Iurisd.
Cam. Plant. in rub. ff. de offi. eius, lib.
1. cap. 13. num. 8. & 13. Donell. d. lib.
17. comm. cap. 21. Quod & verum
esse constat, *ex l. vlt. C. de ped. Iud.*
vbi Iulianus, *Quædam*, inquit, *sunt*
negotia, in quibus superfluum est,
moderatorem expectari prouinciæ,
ideoq. pedaneos iudices (hoc est, qui
negotia humiliora disceptent) consti-
tuendi damus præsidibus potestatem.

Sed, quęnam sint hæc humiliora
11 negotia, siue leuiores causæ, † non
eodem omnes declarant modo,
propterea quod variè solet hæc res
in iure nostro definiri.

Primum enim modica summa,
pro qua non est actio de dolo con-
cedenda, *l. si quis affirmauerit 9.*
aliàs, l. si oleum, 10. §. vlt. ff. de dolo,
ita fuit à Paulo *in l. idest, 11. ff. eod.*
definita, *idest vsque ad duos aureos:*
Inde *Don. d. lib. 17. cōm. c. 22. & alij*
12 pleriq; moti † censuerunt, leues, &
humiles causas, quas dicimus indi-
stinctè posse delegari, eas tantum
esse, quæ nō excedunt duorum au-
reorum summam. Sed magis est, vt
ab actione de dolo non fit ad alias
species ducendum argumentum,
quia certi iuris est, etiã eas, quæ ta-
lem excedũt summam, minores, &
leues causas appellari, *vti cōstat ex*
l. 1. C. de def. ciuit. & latè ostendit
Men. de arb. Cas. 72. nu. 3. & seqq.

Quamobrem alij secundo loco
definiunt, minores causas in propo
sita delegationis materia eas tantũ
esse, quę summariè debent expedi-
ri, vt, quę sunt intra centum aureos
13 † *§. si quis autē, vers. ne autē Auth.*
de Iudicib. coll. 6. §. sit tibi, & ibi gl. in
verb. breuiores, Auth. de mand. prin.
coll. 3. Auth. nisi breues, C. de Sent. ex
per. rec. & scribit Bar. in d.l. Imperiũ
14 *3. n. 26. vers. sexta, ff. de Iuris.* † *Ita*
Ang. in d.l. & quia 6. n. 12. ff. de Iuris.
Sed hanc sententiam, nec proba-
15 runt alij, † nec ipse puto verã, quia,
cum defensores ciuitatum, qui nō,
nisi leuiorum causarum cognitionẽ
habent, iudicent etiam supra hanc
summam, *vti mox ostendemus*, con-
sequens est, vt etiam supra eã possit
leuis, & minima causa nuncupari.

Nec est vis in eo facienda, quod
illæ tantũ causæ debeãt summatim
expediri, quia circũscripta in præ-
sentiarũ huius rei veritate, *de qua*
videre est apud Men. d. Cas. 72. nu. 3.
& seqq. & dato, quod supra hanc
summam causa non possit expediri
summariè, nō tamẽ ex eo sequitur,
quin in materia delegationis possit
ea dici leuis, & minima, habito sci-
licet ad alias respectu: nam minima
causa variè dicitur secũdum subie-
ctam materiã. Itaque, cum de sum-

maria expeditione tractatur, non
erit (iuxta superiorem sententiam)
causa minima, quæ centum aureorum excedit summam, sed tãquam
maior plenam causæ cognitionem
requiret. At, cum agitur de potestate delegandi, quæ hodie sine iusto impedimento non competit,
nil impedit, quominus eadem ipsa
dici possit causa minima, cum eius
cognitio fuerit ijs permissa, qui leuiorum tantum causarum notionem habent. Nec obstat, quod in
ea sit necessaria plena causæ cognitio, quia respondeo, posita etiam veterum sententia, quæ vult
ea, quæ plenam causæ cognitionem requirunt, nõ posse delegari,
(quam tamẽ improbauimus *in hoc cap. quæst. 7. num. 14.*) talem cognitionem non officere potestati
delegandi, quando iure actionis,
seu iudicis officio mercenario ex-
16 peditur, † *vt scripserunt glo. in l. necquiequam. 9. §. vbi decretum, in verb. decretum, & ibi Bart. num. 8. vers. in 2. ff. de offic. proc. & leg. glo. in l. omnia. 72. & ibi Dec. num. 5. ff. de regul. iur. Angel. in l. Imperium. 3. num. 11. ff. de Iurisd. Alexan. in l. stipulationum. 5. in prin. num. 11. ff. de verb. oblig. Dec. in l. 2. nu. 5. vers. 2. ff. de offic. eius.*

Verius igitur est, quod alij Tertio loco, & quidem frequẽtius tradiderunt, leues, & minimas causas,
quoad absolutam delegandi potestatem eas, omnes cẽseri, quæ sunt
17 intra 300. aureos. † *Ita enim censuerunt Bartol. in d. l. Imperium. 3. num. 26. vers. Quarta, & ibi Cagn. nu. 290. vbi testatur hanc esse communem, ff. de Iurisd. Bart. in d. l. nec quiequam. 9. §. vbi decretum, num. 8. ff. de offic. proc. & leg. Alex. in d. l. 1. in princ. num. 14. & ibi Paul. Oria. num. 63. ff. de offic. eius:* nam, cum
defensores, qui non, nisi leuia cognoscũt *d. l. 1. C. de def. ciu.* ex constitutione Iustiniani possint vsq; ad
hanc summam cognoscere, & iudi-
18 care † *§. vt iudicare Auth. de defen. ciuit. coll. 3. §. audient Auth. de Iudicib. coll. 6.* consequens est, vt
vsque ad eam causæ censeantur leues, & humiles. Et, si dixeris, cognoscere quidem defensores de huiusmodi causis, sed tamquam ordinarios, non tamquam delegatos,
19 † *vt ait Vaco. à Vacu. d. lib. 6. decl. 83. num. 6.* ideoque ex hoc non sequi, posse eas sine causa delegari,
20 † *Quomodo respondet Donell. d. lib. 17. comm. cap. 22.* Respondeo, Imo
sequi; nam, si delegari possunt humiliores causę *d. l. vlt. C. de ped. Iud.* &, quæ non excedunt 300. aureos,
sunt huiusmodi, cum à defensoribus ciuitatum cognoscantur, consequens est, vt delegari possint. Et
sanè Iustinianus in hoc tantum mutauit ius antiquum, quia in huiusmodi causis solebant olim præsides
iudices pedaneos cõstituere *d. l. vlt.*
Hodie verò non expectato iussu
præsidum, neque deputatione, seu
delegatione ab eis facienda iudices harum causarum sunt defensores ciuitatum ex constitutione Iustiniani *d. §. vt iudicare, d. §. audiẽt.*
Sed circa delegandi potestatẽ nihil
ex antiquo iure mutatũ est. Itaque,
vt olim indistinctè poterant huiusmodi causæ delegari, ita etiã hodie
poterunt. Et hęc de causis minorib.

Medias autem vocãt causas, non
eas, quæ sunt à 300. aureis vsque
ad breuiores, quæ scilicet expediri
21 debent summatim, † *vt putauit Ang. in d. l. & quia. 6. num. 11. ff. de Iurisd. cuius opinionem reprobauimus supra nu. 15.* sed eas, quæ sunt
22 supra 300. aureos. † *Ita enim scripserunt gl. in d. l. 2. in verb. placet, C. de ped. Iud. Bart. in d. l. Imperium. 3. nu. 26. ff. de Iurisd. Castr. in d. l. 1. in prin.*

prin. nu. 9. ff. de off. eius. Cam. Plant. ad rub. ff. de off. eius lib. 1. cap. c 3. num. 8. Has autem negant veteres
23 competere iure magistratus, † *vti videre est apud gl. in d. l. Imperium, 3. in verb. mixtum est ff. de Iurisd. Castr. in d. l. 1. in prin. num. 9. ff. de off. eius,* quia non competunt omnibus magistratibus, cũ de ijs defensores ciuitatum iudicare nequeant *d. §. vt iudicare Auth. de def. ciuit. coll. 3. d. §. audiens Auth. de Iudicib. coll. 6.* Sed est verius, Imo iu-
24 re magistratus competere, † *vt scribit Vaco. a Vacu. d. lib. 6. declar. 80. nu. 3. & decl. 81. nu. 3. & nos diximus etiam in hoc c. q. 1. nu. 6.* quia, cum earum iurisdictio non fuerit magistratibus populi Romani nominatim aliqua lege, vel S. C. vel principis constitutione tributa, consequens est, vt non possit non censeri competere iure magistratus; Nec ex eo, quod defensores ciuitatum de his causis nequeant cognoscere, quicquam inferri potest, quia, vt sæpè dictum est, cum quærimus, an aliquid competat iure magistratus, non debemus ad id respicere, vtrum competat omnibus magistratibus, vt putabant veteres, sed, vtrum competat more, an verò lege, vel simili constitutione, *secundum ea, quæ latè diximus in hoc cap. q. c. nu. 13. & c 4. & ferè omnibus qq. seqq.*

Hinc intelligimus, in his causis olim, & iurisdictionem mandari indistinctè potuisse, & iudicem dari debuisse, *secundum ea, quæ diximus supra nu. 3. & nu. 6. vers. non solum* Hodie verò, quia, qui mandat iurisdictionem, dat iudicem, & contra, *vt ostendimus in 1. cap. q. 6. num. 2. & 8.* totum hoc ius mutatum esse: namque non solum in ijs iudex delegari non debet, sed nec potest, nisi propter publicas occupationes, & causarũ multitudi-
25 nẽ, † vt *scripserũt gl. in d. l. Imperiũ 3. in verb. mixtũ est, et ibi Bart. nu. 26. Cagn. nu. 290. Longo. num. 35. ff. de Iurisd Bart. in d. l. nec quicquam 9. § vbi decretũ nu. 8 ff. de off. proc. & leg. Bald. in rub. de off. et pot. iud. del. nu. 3. Castr. in d. l. 1. in prin. n. 9. & ibi Alex. nu. 14. Paul. Oria. n. 63. ff. de off. eius Ranar. lib. 3. vario. c. vlt. nu. 6. Camill. Plant. in d. rub. ff. de off. eius, lib. 1. c. 13. nu. 8. 11. & 13. &* Diocletiani, & Maximiani constitutione cautum est *in l. 2. C. de ped. Iud.* cuius hunc cõstat esse sen-
26 sum, † vt in causis, de quibus olim præsides nõ poterat iure cognoscere, sed necessariò debebãt dare iudices, quod id ordo iudiciorũ postularet, *vt ostẽdimus in 1. c. q. 3. nu. 22. et c. 3 q. 2. nu. 1.* hodie nõ dent amplius iudices, sed ipsi notionis suæ examen adhibeant, nisi publicis occupationibus, aut multitudine causarum impediantur, quominus cognitioni vacare possint: tũc enim liceat eis huiusmodi causas delegare.

Nec est, quod aliquis censeiur, constitutionem illã pertinere quidem ad iudices pedaneos, sed nõ ad eos, quibus mandatur iurisdictio, quasi nõ possit quidem in ijs causis dari iudex, nisi propter publicas occupationes, aut causarum multitudinẽ, sed mandari iurisdictio, vel in totũ, vel pro parte etiã
27 a non impedito possit, † *vt censuit Cam. Plant. in d rub. ff. de off. eius lib. 1. c. 13. n. 13 et* 14. quia verius est, Imo vtrunq; prohiberi: nam, quia in extraordinarijs iudicijs nõ differunt mandare iurisdictionẽ, & dare iudicẽ, *vt ostendimus in 1. c. q 6. n. 2. et 8.* ideo fit, vt, cùm magistratus iudicem dare prohibetur, censeatur etiam prohiberi mãdare iurisdictionem.

Minus est, quod alius putet,
Imo etiam hodie posse huiusmo-
di causas, tanquam iure magistra-
tus competentes, vel sine iusto im
28 pedimento delegari, † *vt censue-*
runt Mar. Salom in d.l.necquicquã.
9.§.vbi decretũ nu.2.ff. de off.proc.
& leg.& Vaco.a Vacu.d.lib 6.decl.
82.nu.3. Necobstare *l.2.C. de ped.*
29 *Iud.* quoniam† eius dispositio nõ
videtur generalis, nec ad omnes
causas referenda, sed ad eas tan-
tum, quas princeps rescribendo
præsidibus remittebat, *secundum*
l.sapè 8.& l.generaliter 9 ff. de off.
præsid.& ea,quæ diximus in 3. cap.
q.2.nu.24. nam in ijs præsidesolim
dabant iudices pedaneos, quod
prædicta constitutione facere pro-
hibentur, nisi sint publicis occu-
pationibus, aut multitudine cau-
sarum impediti, *vt interpretatur*
idem Vaco. d.lib.6. decl.82. num.3.
quia hunc sensum esse commen-
30 titium† ex ipsis constitutionis ver
bis intelligimus; nam, *Placet no-*
bis, inquit constitutio, *præsides de*
ijs causis, in quibus, quod ipsi non
possent cognoscere, antehac peda-
neos iudices dabant, notionis suæ
examen adhibere, ita tamen, vt, si,
vel per occupationes publicas, vel
per causarum multitudinem om-
nia huiusmodi negotia non potue-
rint cognoscere, iudices dandi ha-
beant potestatem. Itaque loquitur
de ijs causis, de quibus præsides
non poterant cognoscere, non
propter impedimentum facti, sed
propter impedimentum iuris, vt
indicant illa postrema verba de
ingenuitate loquentia, *super quæ*
poterant etiam ante cognoscere: nã,
cum eorum sensus sit, præsides e-
tiam antea potuisse iure cogno-
scere de causa ingenuitatis, intel-
ligimus præcedentia loqui de ijs
causis, de quibus antea præsides
non poterant iure cognoscere. At
qui huiusmodi non erant causæ,
quas princeps rescribendo præsi-
dibus remittebat, quia de ijs pote
rant etiam olim præsides cogno-
scere *d.l. sapè 8 d.l. generaliter 9.*
ff. de off. præsid. & nos diximus in
eod.3.cap. quæst.2. numer.24. Ne-
cessariò igitur est constitutio de
alijs ciuilibus causis accipienda,
idest de ijs, quarum notio non ad
magistratus, sed ad priuatos iudi-
ces in ordinarijs iudicijs pertine-
bat, *secundum ea, quæ diximus in*
d.cap.1.quæst.3.num.22. & d cap.
3.q 2.nu.1. Nec obstat, quod com-
petant iure magistratus, vt nos es-
se verius profitemur, & ea ratione
videantur sui natura delegabiles,
31 quia respondeo,† id obtinuisse in
ordinarijs iudicijs, in quibus ma-
gistratus poterant arbitrio suo
mandare iurisdictionem; Cœte-
rum in extraordinarijs iudicijs, in
quibus, qui iurisdictionem man-
dat, dat iudicem, aliud obseruari:
nam, licet causa competat iure ma
gistratus, & per consequentias sui
natura delegari possit, debet ta-
men hoc intelligi, si iustum subsit
publicarum occupationum, aut
multitudinis causarum impedi-
mentum *secundum d.l. 2.C. de pe-*
da. Iudic. & ea, quæ diximus supra
num.25.

Deniq; non est, quod alius pu-
32 tet, constitutionẽ illã esse † de cau
sis meri imperij, nõ de ciuilibus ac
cipiendã, quasi hoc velit, præsides
in huiusmodi causis non posse da-
re iudices ob qualecunq; impedi-
mentũ, vt antea solebant, sed tunc
demũ, quando per publicas occu-
pationes, aut multitudinẽ causarũ
omnia criminalia negotia expedi
re nequeunt, *vt censuit Alcia.lib.*
2. Parad. cap. 2. numer. 3. & in d.
l.Imperium 3.numer.233.vers. sed
verior

verior ff. *de Iurisd.* quia & hunc
sensum esse commentitium, meri-
33 tòq; † *ab Egn. Baro. lib. 1. var. quæst.*
fo. 32. & alijs reprobatũ ex ijsdẽ
colligimus constitutionis verbis:
nam, cum loquatur constitutio de
ijs causis, de quibus antea non po-
terant præsides iure cognoscere,
vti demonstrauimus supra num. 30.
facilè intelligimus eam non posse
de causis criminalibus accipi, vt-
pote, de quibus non solum pote-
rant, sed etiam necessariò debe-
bant cognoscere magistratus *l. 1.*
in prin. vers. &, si a familia ff. *de*
off. eius, l. solet 6. in prin. ff. *de off.*
proc. & leg. et latè ostendimus in hoc
cap. quæst. 2. numer. 34. & seqq. nec
poterant talem cognitionem alte-
ri committete ob qualecunq; im-
pedimentum, *vt supponit Alcia.*
sed tantum, si abesse cœpissent *d.*
l. 1. in prin. vers. huius ff. *de off. eius.*
Quamobrem verius est, loqui de
ciuilibus, & hoc significare, non
posse præsides in ijs dare iudices,
vt antea solebant, sed debere per
semet ipsos cognoscere, & iudica-
re, nisi publicis occupationibus
aut multitudine causarum impe-
diantur, *secundum ea, quæ supra di*
ximus.

Sanè hoc ita veteres putant ac-
cipiendum, vt procedat, si quis hu
iusmodi causas etiam, quoad de-
finitionem delegare velit. Cœte-
rum, si quoad solam cognitionem,
ita demum aiunt etiam ob publi-
cas occupationes posse delegari,
si ter ordinarius causam audiat, in
principio scilicet, medio, & fine;
idque tradunt Iustiniani constitu-
tione factum esse *in* §. *illud Auth.*
vt def. seu fun. cor. coll. 5. *& Auth.*
34 *ad hac C. de Iudic.* † *Ita glo. in d.*
Auth. ad hac, in verb. consiliarios,
& ibi Bart. Bald. Ang. Castr. Alex.
Ias. et alij, Bart. in d. §. *illud. in prin.*
& in d. l. necquicquam. 9. §. *vbi de-*
cretum num. 8. ff. *de off. proc. & leg.*
Ang. in d. l. &, quia 6. num. 11. ff. *de*
Iurisd. Et in hoc meliorem esse cõ
dictionẽ ordinarij, quã delegati
a principe, quia ordinarius potest
delegare causam, & sibi reseruare
sententiã, principis verò delega-
tus nõ potest, nisi in totũ deleget.
35 † §. *vlt. & ibi Bart. nu. 2. & 3. Auth.*
vt def. seu. fun. cor. coll. 5. et d. Auth.
ad hac in §. *vbi gl. in verb. delega-*
tus, & post eã Bart. Bal. Ang. Castr.
Alex. Ias. & alij C. de Iud. Azo in
summ. C. de Iurisd. omn. iud. nu. 12.
Alex. in rub. ff. *de off. eius n. 6. vers.*
& pro eius, & ibi Iac. de Nigr. n. 17.
Sed (pace illorum dixerim) grauis-
ter in hac re sunt allucinati: non
36 enim loquitur † ibi Iustinianus de
indicibus delegatis, sed de cõsilia-
rijs, & assessoribus: nam, quia mo-
ris erat, vt iudices, qui plerunq;
inris erant imperiti, suos haberent
assessores, ex quorũ consilio pro-
nnntiarent, Vnde & consiliarij di-
cti sunt, *vt ostendimus in 6. c. q. 5. n.*
3. & 4. paulatim inoleuerat, vt ijdẽ
ipsi indices audiendarũ causarum
onus, quantum possibile erar, refu
gientes, omnem iurisdicundi curã
relinquerent consiliarijs, & assesso
ribus ita, vt, quicquid authoritate
ipsorum iudicũ peragendum erat,
apud ipsosmet consiliarios expedi
retur, quod, quia mali exẽpli vide
batur, cũ multo sit decẽtius, & par-
tibus vtilius, causas apud ipsos iu-
dices agitari, quorum dignitas, &
maiestas potest hominibus aliquẽ
timorem incutere, quam coram
consiliarijs, qui non distant a peda
neis, *vt ait d.* §. *illud*, ideo mouit
Iustinianum ad constituendum,
ne huiusmodi consiliarijs liceat
causarum definitionem sibi vin-
dicare, sed hoc solum permitta-
tur, vt facta apud magistratum

litis cõteſtatione reliqua apud eos expediantur, ita tamen, vt magiſtratus ter cauſam audiat, in principio ſcilicet, medio, & fine litis, & ſententiam ipſemet cum eorumdem
37 aſſeſſorum conſilio proferat. † *Ita locum illum interpretati ſunt Petr. Cin. & omnes vltramõtani veteres: quorum intellectum veriorẽ eſſe ſcribit Bart. in d. §. vlt. num. 5. Auth. vt def. ſeu fun. cor. coll. 5. & in d. Auth. ad hac, nec ibi negant Bald. Ang. Alex. nu. 7. & Iaſ. nu. 1. & poſt illos ita ſunt interpretati Paul. Oria. in rub. ff. de off. eius, nu. 12. vers. ego credo, & ibi Mart. Mont. nu. 49. licet poſtea non ſequatur hanc ſententiam ob id, quod cõmuni refragatur. Idem ſcripſerunt Longo. in d. l. Imperium. 3. nu. 37. & ſeqq. ff. de iuriſd. Vac. à Vacu. lib. 6. declar. 83. nu. 1. & 4. Donell. lib. 17. comm. cap. 22. & lib. 18. cap. 2. verſ. nunc de officio.* Sed ex hoc nihil ad delegandi poteſtatem inferri poteſt, quia tales conſiliarij non ſunt delegati, nec cauſam audiunt, vt delegati (cum nec delegari poſſint, *vt diximus in 6. cap. q. 5. num. 7.*) ſed, vt aſſeſſores; Itaque, licet eis, nec quo ad ſententiam, nec quo ad audientiam poſſit in totum cauſa committi, non tamen ex hoc ſequitur, quin poſſit cauſa, vel quoad totam audientiã, vel etiam quoad ſententiam delegari, ſi iuſtum ſubſit publicarum occupationum, aut multitudinis cauſarum impedimentum. Denique principis delegatus poteſt cauſam ſibi commiſſam, aut in totum, aut pro parte ſubdelegare *cap. ſuper quaſtionum 27. in prin. verſ. quod ſi delegatus de off. & pot. iud. deleg.* & tamen eiuſdem cauſæ audientiam non poteſt etiam ſibi reſeruata ſententia ſuis aſſeſſoribus committere *§. vlt. Auth. vt def. ſeu fun. cor. coll. 5.* quia ceſſat in eo ratio, propter quam id eſt conceſſum ordinarijs, cum non ita continuo ſit publicis negotijs, & principis iuſſionibus occupatus, vt ſunt ordinarij, *vt ait d. §. vlt.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, Iuſtiniani conſtitutionem eſſe quidem de conſiliarijs, & aſſeſſoribus conceptam, ſed eius diſpoſitionem etiam ad delegatos pertinere, quo-
38 niam ibi † Iuſtinianus non obſcurè videtur innuere, parem in hoc eſſe conſiliariorum, & iudicum pedaneorum cauſam, vt apparet ex illis verbis. *Multò namq; melius, atque perfectius coram ipſis adminiſtratoribus præſentibus illis, quorum intereſt, cauſa mouentur terrore imminente, exhibitis teſtibus, & omnino cauſa propriam habente honeſtatem, quam, ſi apud pedaneos iudices talia decernantur, in nullo conſiliariorum officio diſtante ab illis.* Qua ratione *Alex. in d. Auth. ad hac nu. 7. & alij* pleriq; moti communem antiquorum ſententiam defendere conati ſunt, quia reſpondeo, Imo, nec Iuſtinianum de iudicibus delegatis loqui, nec eius conſtitutionem ad eos eſſe porrigendam: nã,
39 † licet loquatur de iudicibus pedaneis, quorum appellatione ſignificantur aliàs iudices delegati, *vt diximus in 1. c. q. 4. nu.* 8. ibi tamen eorum verbo denotantur ciuitatum defenſores, qui iure ſuo, & non expectato iuſſu præſidum humiliora negotia diſceptant, *§. vt iudicare Auth. de defen. ciuit. coll. 3. §. audite Auth. de iudicib. coll. 6.* Itaq; ſignificat Iuſtinianus, quemadmodũ vtilius eſt cauſas apud ipſos adminiſtratores, & rectores prouinciarum examinari, quam apud defenſores ciuitatum, qui tamquam pedanei non incutiunt partibus terrorem, ita etiam conſultius eſſe, eaſdẽ cauſas ab ipſiſmet adminiſtratoribus au-

audiri, quã ab eorum assessoribus,
qui in hac re non distant a defenso
ribus: Sed ob id non excludit, quo
minus in eisdem causis, si iustum
subsit publicarum occupationum,
aut multitudinis causarum impe-
dimẽtum iudices delegari possint,
tam, quo ad definitionem, quam,
quoad plenam causarum audien-
tiam, *secundum ea, quæ supra dixi-
mus*. Et hæc de mediocribus causis
dicuntur.

Magnas autem negant veteres
frequentius etiam propter publi-
cas occupationes, & multitudinem
40 causarum posse delegari, † *vti vide
re est apud gl. in d. l. placet 2. in verb.
placet C. de ped. Iud. Bart. in d. l. Im-
perium 3. nu. 24. ff. de Iurisd. Bald.
in rub. De off. & pot. iud. del. num. 3.
Ang. in d. l. & quia 6. nu. 9. ff. de Iu-
risd. Castr. in l. vn. num. 2. C. qui pro
sua iurisd. & in l. 1. in prin. nu. 9. ff.
de off. eius, Cam. Plant. in rub. ff. eod.
lib. 1. c. 13. nu. 8. & 12.* puta causas
ingenuitatis, & libertinitatis, *vt di
ximus in hoc c. q. 5. num. 16.* Et hoc
aiunt *in d. l. 2. C. de ped. iudic.* signifi
41 care illa verba. † *Quod non ita acci
pi conuenit, vt in ijs etiam causis, in
quibus solebant ex officio suo cogno-
scere, dandi iudices licentia eis per-
missa credatur, quod vsq; adeo in præ
sidum cognitione retinendum est, vt
eorum iudicia non diminuta videan
tur, dumtamen & de ingenuitate, su
per qua poterant etiam ante cogno-
scere, & de libertinitate præsides ip
si dijudicent.* Sed est verius ea, non
de magnis esse causis accipienda,
vt putarunt veteres, nec de causis
meri imperij, *vt censuit Paul. Oria.
in d. l. 1. in prin. nu. 36 ff. de off. eius*,
minus de causis imperij mixti, *vt
credidit Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 2.
nu. 3. & seqq. & in d. l. Imperium 3.
nu. 223. vers. sed verior ff. de Iurisd.*
sed de extraordinarijs cognitioni-
bus, siue de ijs causis, de quibus
etiam olim solebant magistratus
extraordinem cognoscere; Nam,
42 † cum antiquitus tria essent causa-
rum genera; quædam enim erant,
de quibus magistratus non pote-
rant cognoscere, sed necessariò de
bebant dare iudices, vt erant regu
lariter omnes causæ ciuiles, & pe-
cuniariæ, *secundum ea, quæ diximus
in 1. c. q. 3. nu. 22. & c. 3. q. 2. num. 1.*
quædam verò, de quibus ipsi co-
gnoscere, & iudicare debebant, vt
erant illæ causæ fauorabiles, quas
recẽsuimus *in d. q. 2. nu. 11. & seqq.*
quædam deniq;, quas arbitrio suo
poterant, vel propria sententia de-
finire, vel alteri cognoscendas, &
definiendas committere, *vt latius
ostendimus ibi nu. 25.* Diocletianus,
& Maximianus ius antiquum cor-
recturi statuunt in primis, debere
præsides de ciuilibus priuatorum
causis per semet ipsos cognoscere,
non verò dare iudices, nisi fortè
propter occupationes publicas, aut
causarum multitudinem non pos-
sint omnia huiusmodi negotia pro
pria sententia definire: tunc enim
eis permittunt, vt possint dare iu-
dices. Quamobrem, *Placet nobis*,
inquiunt, *præsides de ijs causis* ciui-
libus, *in quibus, quod ipsi non possent
iurè cognoscere* ob iudiciorum ordi
nem, qui dandi iudicis necessitatẽ
eis iniungebat, *antehac pedaneos
iudices dabant*, post hac *notionis suæ
examen adhibere*, & huiusmodi cau
sas per semet ipsos definire; *Ita ta-
men, vt, si, vel per occupationes publi
cas, vel per causarum multitudinem
omnia huiusmodi negotia non potue-
rint cognoscere, iudices dandi habe-
ant potestatem.* Secundo verò, quia
potuisset aliquis dubitare, nũquid
illam dandi iudicis potestatẽ, quã
præsidibus indulgent, quando sunt
occupati, sibi vindicare possint, etiã
in

in ijs causis fauorabilibus, de quibus antea solebant ex officio suo iudicare, pura de causis studiorũ, alimentorum, salarij, & id genus alijs, *quas retulimus in d.q.2. num. 11.& seqq.* declarant, se de ijs non loqui, quia propositi sui est, iudicia præsidum augere, non minuere, idest, efficere, vt præsides cognoscant, & iudicent etiam de causis, de quibus antea non poterant iudicare, non verò, vt in ijs, de quibus iam antea iudicabant, alios possint etiam occupari dare iudices. Quamobrem subijciũt, *Quod non ita accipi conuenit, vt in ijs etiã* fauorabilibus *causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere* extra ordinem, *dandi iudices licentia* ob supradictas publicarum occupationum, & multitudinis forensium negotiorum causas *eis permissa credatur*, quoniam hoc causarum genus, *quod* extraordinarium est, *vsq; adeo in præsidum cognitione retinendum est, vt eorum iudicia non diminuta videantur; dumtamen & de ingenuitate, super qua poterant etiam ante cognoscere, & de libertinitate præsides ipsi dijudicent.* Non loquuntur ergo Imperatores de causis magnis, sed de prætorijs, siue extraordinarijs cognitionibus. Ex quo intelligimus locum hunc (quatenus de huiusmodi causis agit) non pertinere ad quæstionem propositam, quia loquimur de causis simplicis iurisdictionis, eum alioquin illæ causæ fauorabiles, de quibus magistratus extra ordinem iudicabant, non censeantur iurisdictionis simplicis, sed meræ facultatis nominatim lege, vel S. C. vel constitutione principum tributæ, *vti diximus in hoc c.q.5.nu.1.& 5. & q.6.num. 25.* Nec est contrarium, quod inter prætorias cognitiones numerentur, in integrum restitutio, & cognitio suspecti tutoris, quas diximus competere iure magistratus *in hoc ipso c.q. 10.nu.7.et q. 22. nu.8.* quia, præter id, quod nec hæ sunt simplicis iurisdictionis, sed mixti imperij, *vt diximus in d.q. 10.num.1.& d.q.22.num.7.* verius etiam est, de ijs non posse prędictã constitutionem accipi, quia loquitur de ijs causis, de quibus ex officio suo debebant præsides cognoscere, nec poterant cognitionem in alium transferre, & sic non poterant, aut mandare iurisdictionẽ, aut dare iudicem, quia alterutrũ faciendo cognitionem in alium transtulissent. Atqui huiusmodi non sunt in integrum restitutio, & cognitio suspecti tutoris, quoniã in ijs, licet iudex dari non posset, mandari tamen poterat iurisdictio *l. cognitio 4. in princ.ff. de off. eius, l.vlt.C.vbi, & apud quem, & diximus in hoc c.q.5. nu. 4.& q.10. nu.16. & q. 22. nu.22.* & per consequẽtias poterat cognitio in aliũ transferri. De his ergo non loquitur, sed tantum de cęteris, quæ fuerant nominatim aliqua lege, vel simili constitutione tributæ, *secundum ea, quæ supra diximus.* Non sunt igitur magnæ causæ a mediis distinguendæ, sed omnes (si simplicis iurisdictionis sunt) eodem censendæ iure, vt scilicet hodie delegari nequeant, nisi iustum subsit publicarum occupationum, aut multitudinis causarum impedimẽtum, *secundum ea, quæ diximus supra nu.25.*

Sanè iure Pontificio rectè fatẽtur omnes, posse huiusmodi causas indistinctè delegari, siue medio
43 cres sint, siue magnæ, & graues, † *vti videre est apud Ang. ĩ d.l. et quia 6. nu.12.ff. de Iurisd. & eos omnes, quos retulimus in hoc c.q. 2. n.160.*

&,siue delegẽtur ab ordinario, si-
44 ue a delegato principis,† *vt de hoc
constat ex c. venerabili. 37. De off.
& pot. iud. deleg. & scribit Caccial.
in l more 5. nu. 11. ff. de Iurisd.* quo
niam eo iure, quicquid est cogno-
45 scibile, est etiam delegabile, † *vt
scribunt Ang in l. 1. in priu. nu. 2. &
ibi Iac. de Nig. nu. 32. ff. de off. eius,
Ang. in d. l. Imperium 3. num. 15. &
ibi Caccial. nu. 32. ff. de Iurisd. Dec.
in l. omnia 72 num. 8. ff. de reg. iur.
Cam, Plant. in rub. ff. de off. eius, lib.
1. c. 11. nu. 13.* Nec est cõtrarium,
quod dicitur *in cap. si pro debilita-
te 3. De off. & pot. iud. deleg.* causas
graues non posse commodè sine
præsentia delegati a S. P. termi-
46 nari, quia † debet hoc intelligi de
ijs causis, in quibus electa est in-
dustria personæ: nam illæ nõ pos-
sunt a delegato in alium transfer-
47 ri,† *c. fi. §. 1. & §. vlt. de off. & pot.
iud. deleg. & scribunt Bart. in d. l.
necquicquam 9 §. vbi decretum nu.
8. vers in 2. ff. de off. proc. & leg.
Alex. in l. more 5. nu. 20. & ibi Cac-
cial. num. 12. & seqq. ff. de Iurisd.
Alex. in l. a Iudice 5. num. 3. & ibi
Ias. nu. 11. vers. 5. C. de Iud. Alex.
in l. 1. in prin. n. 6 & ibi Paul. Oria.
num. 42. & Egu. Baro ff. de off. eius,
Egu. Baro ad l. legatus 12. ff. de off.
proc. et leg.* quia generale est; vt ea,
quæ industriæ certæ personæ com
mittuntur, per alium expediri ne-
queant, *vt diximus in hoc cap. q. 2.
nu. 100.* Et hæc de Octauo capite.

Qui sint mãdatę iurisdictionis effectus

Caput Nonum.



Ranseamus nunc ad Nonum caput, & videamus, Qui sint mandatę iurisdictionis effectus. Constat autem effectus omnes circa ea versari, quæ mandata iurisdictione transferuntur, De quibus duplex solet esse quæstio, vna, quæ transeant mandata iurisdictione, altera verò, an ea, quæ transferuntur, ita censeantur transire, vt propria fiant eius, in quem transferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictione generali mandata nõ transferuntur ea, quæ specialiter tribuuntur.*
2 *Mandari quæcumq; possunt, mandata etiã generali iurisdictione trãsferuntur. Sed contra nu. 4.*
3 *Declaratur l. 1. in princ. ff. de off. eius, & nu. 10.*
5 *Mandato generali non transferuntur omnia, quæ mandari possunt.*
6 *Declaratur l. cognitio 4. in princ. ff. de off eius.*
7 *Dictio, etiam, exprimit casum magis dubitabilem.*
8 *Declaratur l. vlt. C. vbi, & apud quem, & nu. 9.*
11 *Imperium mixtum, quodnam transferatur mandata generali iurisdictione.*
12 *Officium iusdicentis, & officiũ iurisdicendi differunt.*
13 *Executionem respicientia, an, & quando mandata generali iurisdictione transferantur.*

Quæ mandata iurisdictione transferantur.

Quæstio Prima.



RIOR autem inspectio videtur ex ijs dependere, quæ sub octauo capite fusius exposuimus: nam, quæ mandari nequeunt, vt sunt ea, quæ specialiter lege, vel S. C., vel constitutione principum tribuun-

buuntur, nec generali mandata iu
1 risdictione transferuntur, †*vt tradunt in l. 1. in prin. gl in verb. Iurisdictione, & in verb. non aliter, Bart. nu. 7. in fi. Ang. num. 1. & 5. in fin. Castr. nu. 6. in fin. Alex. num 7. Paul. Oria. nu. 64. Mar. Salom. num. 1. Coras. nu. 1. Egu. Baro, & Cuiac. in 1. lib. q. Papin. ff de off. cius, Iac. de Nigr. in l. 2 nu. 8. & in l. cognitio 4. in prin. nu. 3. ff. eod. Lud. Burg. in l. 1. nu. 14. ff. de Iudic. Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. c. 10. nu. 10. Coras. ad l. eum, qui 13. nu. 8. ff. de Iurisd. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. c. 7. Cam. Plant. ad rub. ff. de off. eius lib. 1. c. 13. nu. 9. Cuiac. ad l more 5. ff. de Iurisd. Petr. Fab. ad l. nemo potest 71. ff. de reg. iur. Don. lib. 17. comm. c. 8. Id ipsum scripsit Ang. in d. l. cognitio 4. in prin. ff. de off. cius, dum ait, imperium, quod specialiter mandari non potest, nec mandato generali transferri*. Itaq; nec merum imperium transit *d. l. 1. §. qui mandatam vers. verius ff. de off. eius, & diximus in 8. c. q. 2. nu. 79.* nec tutoris datio, *vt diximus in cod. 8. cap. q. 3. nu. 94.* nec id genus aliæ facultates, quæ nominatim lege, vel S.C. vel constitutione principum fuerunt magistratibus tributæ.

Quæ verò competunt iure magistratus, & mãdari posse diximus *in cod. 8. c. q. 1. nu. 27.* an etiã mãdata generali iurisdictione transferãtur, magna solet esse quæstio, propterea, quod licet multa sint, de quibus non ambigitur, alia tamen sunt, de quibus vehemens est inter recentiores controuersia: Non ambigitur enim de iurisdictione, quoniam ea sine dubio trãsit *l. 1. §. qui mandatam vers. verius ff. de off. cius.* Quamobrẽ dicimus eum, cui mandata est iurisdictio, habere iurisdictionem *l. obseruare 4. §. vlt. ff. de off. proc. et leg.* vti iurisdictione *d. §. qui mandatam*, siue ius dicere *l. etsi prætor 3. ff. de off. eius*, Et simili modo nõ dubitatur, quin transeant etiam ea, sine quibus iurisdictio expediri non potest *l. 2. ff. de Iurisd.* cuiusmodi est imperium, quod iurisdictioni cohæret *l. 1. §. vlt. ff. de off. cius*, idest, imperium non merum *l. vlt. §. vlt. ff. eod.* imperium mixtum, *vt diximus in 8. c. q 6. nu. 16.* siue modica coercitio, sine qua iurisdictio nulla est *d. l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius.* Quarõe dicimus, eũ, cui mandata est iurisdictio posse contumacẽ multa, vinculis, verberibusq; coercere *l. 2. ff quis, & a quo app. & fusius ostendimus in cod. 8. c. q. 15. & seqq.* suam exequi sententiam, *vt ostendimus in cod. c. 8. q. 14. nu. 8.* & id genus alia facere, sine quibus iurisdictio non potest expediri.

Dubitatur verò de nonnullis, quæ descendunt ex edictis prętorum, & sine quibus ea iurisdictio, quæ circa causarum ciuilium definitionem versatur, potest expediri, cuiusmodi sunt ea, quæ iudicis officio nobili explicãtur, vt iubere caueri prætoria stipulatione, in possessionem mittere, dare bonorum possessionem, iubere possideri, & similia: nam, etsi iuxta veram recentiorum opinionem possint hæc in specie demandari, magna tamen est contentio, an etiam mãdata generali iurisdictione trãsferantur. Fuerunt autem de hac re duę recentiorum Interpretum sententiæ (nam opinio veterum existimantium ea, neque mandari posse, neque mandata iurisdictione transferri, satis, superque fuit à nobis confutata *in 8. cap. q. 9. 11. 12. & 13.*) vna fuit eorum, qui arbitrantur, omnia, quę mixti sunt imperij, quæve cõpetunt iure magistratus, & verò etiam dationem

bono-

bonorum possessionis, missionem in possessionem, & id genus alia, vt mandari possunt, ita & mandata generali iurisdictione transferri.

2 † *Fuit hac sententia Io. Gill. lib. 1. de Iurisd. & Imp. cap. 4. num. 4. Cam. Plaut. ad rub. ff. de offic. eius, lib. 1. cap. 13. num. 9. Duar. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 7. & ad l. more. 5. & ibi Cuiac. ff. eod. Duar. in Apolog. nu. 18. Egu. Bar. ad l. 1. & ibi Cuiac. in 1. lib. q. Papin. ff. de offic. eius, Egu. Bar. in l. prætor. 17. ff. de Iurisd. Ant. Gou. lib. 1. de Iurisd. num. 27. & lib. 2. nu. 22. & ad l. 1. nu. 20. ff. eod. Pet. Fab. ad l. nemo potest. 71. ff. de reg. iur. Io. Vaud. lib. 2. quæst. iur. cap. 35. nu. 14. Eiusdem sententia videntur fuisse pleriq; antiquiores, vt Aug. in d. l. cognitio 4. in princ. ff. de offic. eius, dum ait, mixtum imperium, quod specialiter mandari potest, generaliter quoque transferri, & Iac. de Nigr. in d. l. cognitio, dum scribit, vbi causa sui natura est delegabilis, ita transire generaliter, vt specialiter.* Mouentur autem.

Primo *l. 1. in princ. ff. de off. eius,* vbi Papinianus, *Quacunque,* inquit, *specialiter lege, vel S. C. vel constitutione principum tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur; Quæ verò iure magistratus competunt, mandari possunt:* nam

3 ex his verbis † ita argumentantur. Si, quæ specialiter tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur, Ergo, quæ non tribuuntur specialiter, sed competunt iure magistratus, mandata iurisdictione trāsferuntur. *Ita Ant. Gou. d. lib. 1. de Iurisd. num. 28.* Et sanè Papinianus non videtur constituere discrimen inter hæc dicendi genera, mandari possunt, vel non possunt, & mandata iurisdictione transferuntur, vel non transferuntur: nam, & ex eo, quod prius dixerat, ea, quæ specialiter tribuuntur, mandata iurisdictione non transferri, infert, publici iudicij exercitionē non posse demandari, quæ illatio non esset probabilis, si plus esset mandata iurisdictione transferri, quam posse mandari, quia non sequeretur, mandata iurisdictione non transfertur, Ergo mandari non potest, & tamen ex eo, quod non transfertur, infert, mandari non posse. Omnimodo igitur significat in hac re nihil esse discriminis, vtrū quæramus, an aliquid mandari possit, an verò, mandata iurisdictione transferatur. Quo fit, vt, quoniam ait, ea, quæ competunt iure magistratus, posse mandari, hoc etiam sentiat, ea generali mandata iurisdictione transferri. Quamobrem, *& in §. qui mandatam,* subijcit, iurisdictionem more maiorum transire, & simili modo transire imperium, quod iurisdictioni cohęret, quæ res sunt ex earum genere, quę cōpetunt iure magistratus, & quas initio dixerat, mandari posse.

Secundo mouentur, quia mandata iurisdictione trāsit imperium mixtum, *l. 1. §. vlt. l. vlt. §. vlt. ff. de offic. eius, & diximus in 8. cap. quæst. 6. nu. 16.* Ergo quicquid est mixti imperij transire debet: Indefinita enim oratio æquipollet vniuersali, *l. si plures. 96. ff. de leg. 3.* Sed dare bonorum possessionem, in possessionē mittere, & id genus alia sunt mixti imperij, *l. Imperium. 3. l. iubere. 4. ff. de Iurisd. & nos ostendimus in 8. cap. quæst. 9. 11. 12. & 13.* Debent igitur hęc omnia mandata iurisdictione transferri. *Ita Ant. Gou. d. lib. 1. de Iurisd. num. 29.*

Tertio mouentur, quia mandata iurisdictione totum officium iurisdicundi transit, *l. 1. §. damus, ff. de susp. tut.* Ergo transire debent ea omnia, quę ad officium iurisdicun-

di

di spectant. Sed, quęcumque competunt iure magistratus, & verò etiam ea, de quibus loquimur, spectant ad officium iurisdicundi, *l. 1. ff. de Iurisd.* Debent igitur mandata iurisdictionem transferri. *Ita Ant. Gon. d. lib. 1. de Iurisd. num. 27.*

Quarto, quia mandatum vniuersale nullum omnino casum excludit *ex regula l. Iulianus 66. in prin. ff. de leg. 3.* Sed iurisdictionis mandatum, de quo loquimur, est vniuersale, *l. solet. 16. l. prætor. 17. ff. de Iurisd.* Nullum igitur omnino casum debet excludere.

Quinto fortissimum huius opinionis argumentum videtur ex eo posse deduci, quia mandata iurisdictione transferuntur omnia, sine quibus iurisdictio nulla est, *l. vlt. §. vlt. ff. de offic. eius, l. 2. ff. de Iurisd.* Sed sine ijs, de quibus loquimur, iurisdictio nulla est. Debent igitur ea omnia mandata iurisdictione transferri. Minor probatur, quia nulla est iurisdictio sine ijs, quæ ipsius executionem respiciũt, *l. 2. §. post originem, ff. de orig. iur.* Sed ea, de quibus loquimur, ipsius executionem respiciunt, scilicet, quia prętor ex sua iurisdictione introduxit bonorum possessiones, *§. sed eas Inst. de bon. poss.* stipulationes prætorias, *l. stipulationum 5. in princ. ff. de verb obligat. §. prætorias Inst. de diuis. stip* restitutiones in integrum, *l. 1. ff. de in integ. restitut. l. 1. §. 1. ff. de minor. l. 1. in princ. ff. quod met. caus. l. 2. §. 1. ff. de capit. min.* missiones in possessionem, *l. 1. ff. quibus ex caus. in poss. eat.* & id genus alia, ideoque, cum bonorum possessionem dat, vel iubet caueri, vel in integrum restituit, mittitve in possessionem, exequitur suam iurisdictionem. Est igitur sine his omnibus nulla prætoris iurisdictio.

Verum his non obstantibus veriorem esse puto sententiam existimantium, non omnia, quæ mandari possunt, mandata generali iurisdictione transferri, sed ea tantũ, sine quibus causarum ciuilium, seu priuatarum litium iurisdictio non potest expediri, ea verò, quæ principaliter, siue, vt vulgo dicimus, iudicis officio nobili expediuntur, vt dare bonorum possessionem, iubere caueri pretoria stipulatione, mittere in possessionem, & id genus alia, mandari quidem posse, sed mandata generali iurisdictione re-
4 gulariter non transferri. † *Fuit hæc opinio Dec. in l. cognitio. 4. in princ. num. 2. & ibi Purp. num. 1. ff. de offic. eius, Egu. Baro. lib. 1. variar. quæst. fol. 23. 25. & 29. Coras. ad l. 1. §. vlt. num. 13. ff. de offic. eius, Eduar. pro Egu. fol. 29. & 31. Men. de arb. iud. lib. 1. quæst. 74. nu. 20. & 21. Et fuit etiam de mente, glo. in l. 2. in verb. talem tu si ff. de offic. proc. & leg. Alcia. lib. 2. Parad. cap. 5. num. 7. & ad l. Imperium 3. num. 224. vers. 4 ff. de Iurisd. & Hoto. lib. 2. Amic. resp. cap. 2. licet in diuersis terminis loquãtur.* Probatur autem hæc sententia.

Primo, quia, quæ dicuntur de mãdatis aliarum causarum, eadem & de mandato iurisdictionis dicenda sunt, *l. & quia. 6. ff. de Iurisd. & diximus in 1. cap. quæst. 1. num. 1.* Sed in alijs causis non omnia, quæ mandari possunt, mandato gene-
5 rali continentur, † *l. illud 26. §. vlt. ff. de minor. l. trãsactionis placitum. 7. C. de transf. l. mãdato generali. 60. l. procurator totorum. 63. ff. de procu. cap. qui ad agendum. De procur. in 6. & in his terminis considerat Dec. in d. l. cognitio. 4. in princ. num. 2. ff. de offic. eius.* Nec igitur debent in mãdato iurisdictionis contineri.

Secundo, quia, cum dicimus, aliquid fieri posse, puta mandari, intelligimus specialiter, non generaliter

liter *d.l.procurator totorum* 3.ff. *de procur.* Sed ea, quæ competunt iure magistratus, quævè sunt magis imperij, quam iurisdictionis, dicimus posse mandari *l.* 1. *in prin.l. cognitio* 4.*in prin.* & §. *vt possessio* ff. *de off.eius.* Debent igitur ita intelligi, vt mandari possint specialiter, non etiam, vt mandata generali iurisdictione transferantur. *Ita Eduard.pro Egu.fo.*30.

Tertio probatur *l. cognitio* 4. *in*
6 *prin.*ff.*de off.eius.* vbi Macer, † *Co-*
gnitio de suspectis tutoribus manda-
ri potest, inquit, *Imo etiam ex man-*
data generali iurisdictione propter
vtilitatem pupillorum eam continge
re constitutum est: nam ex his ver-
bis tripliciter argumentum dedu-
ci potest; Primum enim diligenter
ponderanda sunt illa verba, *Imo*
etiam, quæ significant plus esse mã
data generali iurisdictione trans-
ferri, quam specialiter mandari
posse, *vt in his terminis considerãt*
*ibi Dec.nu.*2. & *Coras.n.* 3. propter
naturam illius implicatiuæ dictio-
nis, *etiam,* quæ est, vt exprimat ca
7 sum magis dubitabilem † *l. etiam*
inuitis 32. *l. etiam furtiuum.* 39. ff.
de aeq.rer.dom. l. etiam per interpo-
*sitam.*4.ff. *de donat.l. etiam ea mu-*
lier 141. *l. illa verba* 161. §. *pueri*
ff.*de verb.signi sit. C. etiam per pro-*
cu. Ex quo intelligimus, nõ sequi,
Mandari potest, Ergo mandata ge
nerali iurisdictione transfertur,
propterea, quod a casu minus du-
bitabili ad casum magis dubitabi-
lem non potest argumentum de-
duci. Secundo verò, si, quæcunq;
mandari possunt, mandata etiam
generali iurisdictione transferren
tur, frustratoria fuisset Dinorum
Seueri, & Antonini constitutio,
quæ cauit, vt cognitio suspecti tu
toris, quæ mandari poterat, con-
tingat etiam generali mandata iu-
risdictione. At hoc non est verisimile, quia constitutiones non nisi de rebus, quæ sine ijs fieri nequeunt, promulgari solent *l.* 1. *in fi.* ff. *ad municip.* cum frustra imploretur a lege, quod de iure communi conceditur *l.vn. C.de Thess. lib.* 10. Omnimodo igitur ex hoc intelligimus, licet cognitio suspecti tutoris mandari potuisset, non tamen contigisse mandata generali iurisdictione, nisi id a principibus fuisset constitutum.

Neq; est, quod causeris, constitutionem illam non induxisse ius aliquod nouum, sed vetus (de quo tamen dubitabatur) declarasse, ac eo modo dubitationem sustulisse, *vt ait Ant.Gou.in l.*1.*num.*15. ff. *de Iurisd.* & *videtur etiam fateri Egu. Baro in d.l. cognitio* 4. *in prin.* quia respondeo Primo, illa verba, *constitutum est,* non obscurè significare, ius ibi expressum non esse antiquum, sed nouum, & à sola constitutione principum inductum, vt est natura illorum verborum, constitutum est §. *responsa Inst. de iur. nat.* Secundo respõdeo, dato etiã, quod illa constitutio nihil induxisset noui, ex eo tamen, quod dubitabatur, an mandata generali iurisdictione transferretur suspecti cognitio, quæ specialiter mandari poterat, colligi plus esse, mandato generali transferri, quam specialiter mandari posse, & sic non esse probabilem huiusmodi consequẽtiam, Mandari potest, Ergo mandata generali iurisdictione transfertur. Tertio deduci potest argumentum, ex illis verbis, *propter vtilitatem pupillorum:* nam, quod singulari ratione constitutum est, nõ debet trahi in consequentiam *l. quod vero* 13.ff.*de legib.l. quod contra* 184.ff.*de reg. iur.* Sed, vt cognitio suspecti, quæ mandari poterat,

trans-

transferatur mandata generali iurisdictione, constitutum est ratione singulari, idest, propter vtilitatem pupillorum. Ergo non debet ad alias extendi causas, in quibus non subest par vtilitatis ratio.

Nec est, respondeas, verum esse, in specie *l. cognitio*, plus esse, mandata generali iurisdictione transferri, quam specialiter mādari posse, sed id habere rationem singularem: nam, quia cognitio suspecti tutoris specialiter est magistratibus tributa, *vt censent ij, quos retulimus in 8. c. q. 22. nu.* 3. ideo non videbatur posse mandari, &, quamuis receprum esset, vt mandari posset, non tñ videbatur posse inferri, Ergo generali quoq; mādata iurisdictione transferretur, quia in ijs, quæ specialiter tribuũtur, strictior est facienda interpretatio, vt s. eatenus fieri possint, quatenus nominatim permissa reperiũtur, *secūdū ea, quæ diximus in* 8. *c. q. 2. n. 55.* Cœterũ in ijs, quæ cōpetunt iure magistratus, &, de quibus nos loqmur, aliud videri dicendũ, quia, cũ sui natura mādari possint, nulla videtur subesse ratio, propter quam probabiliter quis dubitare possit, an mandata generali iurisdictione trāsferātur, Quia, præter id, quod eadē dubitatio, num ea, quæ mandari possunt, mandata etiam generali iurisdictione transferantur, sit etiam in ijs causis, quę descendunt ex edicto prætoris, quæq; proinde competunt iure magistratus, vt in restitutione in integrum, *de qua dicemus in seq. fundamento*, respondeo, Imo verius esse, cognitionem suspecti sui natura mandari posse, non aliquo iure singulari, propterea, quod & ipsa competit prætoribus, & præsidibus iure magistratus, non verò lege, vel S. C. vel constitutione, *vt demonstrauimus in* 8. *c. q. 22. nu. 8.*

8 Quarto probatur *l. vlt. C. vbi, & apud quem*, vbi Iustinianus † de in integrũ restitutione loqnens, *Scimus*, inquit, *non solum apud iudices pro tribunali huiusmodi causæ cognitionem proponi, sed etiam apud eos iudices, quos Augusta dederit maiestas, aut nostra Resp. administratores*, & paulo post, *Sic etenim non difficilis erit causarum examinatio*, & in fine, *Vt ijs tantum, quos supra enumerauimus, liceat de in integrũ restitutione disceptare, siue hoc specialiter eis fuerit mandatum (quod & veteribus non fuerat incognitũ) vel, si generaliter dati sunt iudices*: nam ex his verbis dupliciter argumentum deduci potest, & Primo ex illis, *quod & veteribus non fuerat incognitum*, ex quibus intelligimus etiam ante Iustinianum ex veterum sententia specialiter mandari potuisse restitutionem in integrum, & tamen dubitatum esse, an generaliter mandata iurisdictione transferretur, vt apparet ex primis eius constitutionis verbis, quibus, *Scimus*, inquit, *esse dubitatum de restitutionibus, quæ in integrum postulantur.* Ergo plus est, mandata generali iurisdictione transferri, quã specialiter mandari posse, nec sequitur, Mandari potest, Ergo mandata generali iurisdictione transfertur, quia restitutio in integrum poterat ante Iustinianum specialiter demandari, & tamen, si generalis iurisdictio mandata fuisset, non transferrebatur, nisi hoc Iustinianus constituisset, *vt declarat Egu. Baro d. lib. 1. varia. q. fo. 26.* Secundo deduci potest argumentum a cessante ratione legis: nam ideo causa restitutionis in integrum ex generali mandato iurisdictionis transfertur, quia hoc suadet vtilitas eorum, quibus hoc restitutionis benefi-

beneficium indulgetur, vt ſcilicet
huiuſmodi cauſa facilius examine
tur,celeriuſq; terminetur, vt appa-
ret ex illis verbis, *Sic etenim non
difficilis erit cauſarum examinatio;*
Ergo in alijs cauſis in quibus ceſ-
ſat hęc vtilitatis, & ęquitatis ratio,
intelligimus aliud eſſe iuris.

Nec eſt, quod aliquis reſpondeat,
ſingularitatem, quæ conſideratur
in d.l.vlt. non reſpicere eum, cui
mādata eſt iuriſdictio, quippe, cui
talis cognitio, non ſolum mandari
potuit, ſed etiam mandata genera-
li iuriſdictione cōtingebat iure ve
tere, & communi, ſed reſpicere iu-
dices datos, & pedaneos, de qui-
bus illa conſtitutio loquitur: nam
dubitatum eſt apud veteres, an ab
eis huiuſmodi cognitio poſſet exer
ceri, &, licet ſtricta ratione videre-
tur ſtatuendum, non licere, quia re
ſtitutio in integrum exigit tribu-
nal, quod pedaneus non habet, ta-
men Iuſtinianus iure ſingulari con
9 ſtituit, vt poſſit, † *Quomodo reſpon-
dent Duar. ad l.more 1.ff. de iuriſd.
& ad tit.C.vbi, & apud quem, Ant.
Gou.d.lib.1.de iuriſd. nu.35. & vi-
detur de mente Io.Vaud.lib.1.q.iur.
c. 22.nu. 1.* Quia verius eſt, Imo reſ
picere eos, quibus mandatur iuriſ-
dictio, vt ex duobus intelligimus,
& Primo ex illis verbis, *Quod &
veteribus nō fuerat incognitū*, quip
pe, quæ ſignificant, etiam olim po-
tuiſſe in integrum reſtitutionē hu-
iuſmodi iudicibus ſpecialiter com
mitti: nec enim poſsūt intelligi de
iudicibus pedaneis, quia in cauſa
minorum non poterat olim dari
iudex pedaneus, ſeu ſpecialis, cum
reſtitutio non aliqua actione, ſeu
formula (quæ alioquin erat in da-
tione iudicis neceſſaria) ſed cogni-
tione prætoria, & extraordinaria
expediretur *l.quod.ſi minor 23. vlt.
ff.de minor. & latè oſtendimus in 3.
c.q.2.nu.13.& 25.* ſed debent intel
ligi de eo, cui mandabatur iuriſdi-
ctio, ſcilicet, quia in huiuſmodi cau
ſa non poterat quidem dari iudex,
ſed mandari iuriſdictio poterat, *vt
diximus in 8.c.q.5.n.4.* Secundo id
ipſum intelligimus ex illis verbis,
vel, ſi generaliter dati ſunt iudices,
quæ ſignificant, dubitatū eſſe apud
veteres, an hæc cauſa poſſet exa-
minari apud eos, qui iudices dātur
generaliter: nam hi non ſunt iudi-
ces, qui dabantur in ordinarijs iu-
dicijs, & ab ijs, quibus mādabatur
iuriſdictio, differebant, quoniam
illi non dabantur generaliter, ſed
ad vnam tantum ſpeciem, & cauſā
ſiue litem, vnde & ſpeciales iudices
vocabantur, *vti diximus in 1.c.q.
2.nu.9.& in c.7.q. 2.nu.8.* ſed ſunt
ijdem ipſi, quibus generalis iuriſdi
ctio demandatur. Nec eſt contra-
rium, quod appellentur iudices da
ti, quia ita vocantur a Iuſtiniano
reſpiciente ad ſua tempora: nam in
extraordinarijs iudicijs, etiam ipſi
magiſtratus iudices nūcupatur, *vt
diximus in 1.c.q.6.nu.10.in fi.* Quo
fit, vt ēt ij, quibus mandata eſt iuriſ
dictio, debeant iudices appellari,
quia fungūtur vice magiſtratuū in
officio iudicādi, quod ad eos trāſ-
latum eſt, *vt ibidē oſtendimus n.8.*

Neq; huic ſentētiæ aduerſantur
contraria: nam ad Primum reſpon
10 deo, illa verba, † *mandata iuriſdi-
ctione non transferuntur*, non eſſe
accipienda de mandato generali,
ſed de ſpeciali, quia Papinianus
hoc ſignificat, ea, quæ ſpecialiter le
ge, vel S.C. vel conſtitutione prin
cipum tribuuntur, non transferri, ſi
de ijs mandetur iuriſdictio, *vt ele-
ganter animaduerterunt Caſtr.in d.
l.1.in prin.nu.6.& ibi Purp. n.468.
ff.de off.eius, & poſt eos Eduar. pro
Egn.fo.30.et 33.* nec enim manda-
ri ſolū dicitur iuriſdictio, cū gene-

X ra-

ralitet, siue vniuersa mandatur, sed
etiã, cũ de vna specie *l. solet eo d.*
prætor e7. ff. de iurisd. Quamobrem
& *in d. l. 1. in prin. vers. & ideo*, Pa-
pinianus, dũ scribit, errare magi-
stratus, qui cũ publici iudicij habe-
ant exercitionẽ, lege, vel S. C. dele
gatã, iurisdictionẽ suã mãdant, nõ
loquitur de mandato generali, sed
de speciali, *vt obseruarunt Castr. &*
Eduar. in relatis locis, scilicet, quia
magistratus, qui talem exercitionẽ
habent, non rectè mandant eo no-
mine iurisdictionem. Et simili mo-
do Vlpianus *in l. cum hi. §. sed nec*
mandare ff. de transf. loquens de co
gnitione causę, quæ specialiter ora
tione Diui Marci tributa est præto
ri, quoties transactio fit de futuris
alimentis, vtitur eodem dicẽdi ge-
nere, significando nõ posse mãdata
iurisdictione trãsferri: nã, *Sed nec*
mandare ex hac causa iurisdictio-
nẽ, inquit, *vel præses prouinciæ, vel*
prætor poterit. Hinc intelligimus
Papinianum *in d. l. 1. in prin. ff. de*
off. eius, non constituere, tamquam
opposita, mandata generali iurisdi
ctione non transferri, & mandari
posse, sed mandata in specie iurisdi
ctione non transferri, & mandari
posse, quia, qui dicit, mãdata iuris-
dictione nõ trãsferri, hoc dicit, mã
dari nõ posse, cui rectè postea oppo
nuntur illa verba, *mandari possunt.*

Ad secundum verò respondeo,
mandata iurisdictione trãsferri im
11 perium mixtũ, † non quidem om-
ne, sed id tantum, sine quo iurisdi-
ctio non potest expediri: nam Pau
lus *in l. 1. §. vlt. ff. de off. eius*, loqui-
tur de imperio, quod iurisdictioni
cohæret, & quamuis *in l. vlt. §. vlt.*
ff. eod. scribat simpliciter trãsire im-
perium, quod non est merum, &
hoc modo significet, transire mix-
tum, *vt ostendimus in 8. c. q. 13. n. 5.*
subijciendo tñ, *quia iurisdictio, sine*
modica coercitione nulla est, nõ obs-
curè significat, se loqui de eo mix-
to imperio, sine quo vana, & illuso
ria est iurisdictio, cuiusmodi nõ est
illud imperiũ, quod consistit in dã-
da bonorũ possessione, in iubendo
caueri prætoria stipulatione, & id
genus alia faciẽdo, quæ dicũtur es-
se magis imperij, quã iurisdictio-
nis: nam sine ijs potest iurisdictio,
quæ mandatur expediri, scilicet,
quia mãdatur iurisdictio, quæ cõsi
stit in ciuiliũ causarũ, & litiũ defini
tione, quę nec dationẽ bonorũ pos
sessionis, nec missionẽ in possessio-
nẽ, nec id genus alia, quæ supra e-
numerauimus requirit: sufficit n.
eũ, qui ius dicit, posse inobediẽtes
multa, vinculis, pignoribus coerce
re, vt iurisdictio suũ effectũ conse-
quatur. Itaq; fateor, mãdata iuris-
dictone transferri modicã coerci-
tionẽ, sed nego trãsferri omne mix
tũ imperiũ, quod a modica coerci-
tione eo differt, quo genus a spe-
cie, *vt scribit Duar. in d. l. more 5. ff.*
de iurisd. nam modica coercitio
transit, quia sine ea iurisdictio nul-
la est, cętera verò, de quibus supra
locuti sumus, nõ trãseunt, quia sine
ijs mandata iurisdictio potest ex-
pediri. *Ita Eduar. pro Egu. fo. 31.*

Ad tertium respondeo, transfer
ri totum officium iurisdicundi, sed
non totum officiũ iusdicentis; sunt
enim hæc inter se diuersa, *vt la-*
tius ostendimus in 8. cap. q. 3. num.
12 *54.* scilicet, quia † iusdicentis, id-
est magistratus officium non so-
lum complectitur ea, quæ sunt iu-
risdictionis, & consequenter per-
tinent ad officium iurisdicundi,
sed etiam ea, quæ magis imperij
sunt, quam iurisdictionis, vt in pos
sessionem mittere, & similia, quini-
mo complectitur etiã ea, quæ neq;
imperij sunt, neq; iurisdictionis, vt
tutoris dationẽ, quã neq; imperij,
neq;

neq; iurisdictionis esse cōstat *ex l. mute 6. §. tutoru datio ff. de tutel. & nos latius ostēdimus in 8. c q. 3. n. 24* Itaq; fateor, transire totū officiū iurisdicundi, idest, trāsire ea oīa, quæ sūt iurisdictionis, & imperij iurisdictioni cohærentis, sine quo iurisdictio nulla est, & illusoria, *secundum ea, quæ supra diximus*, sed nego trāsire ea, quę sunt magis imperij, quā iurisdictionis, & multo minus ea, quæ neq; sunt imperij, neq; iurisdictionis, quia, licet hæc pertineant ad officiū iusdicentis, nō tamē pertinent ad officiū iurisdicundi, cū is, qui dat bonorū possessionē, aut iubet caueri, aut mittit in possessionē non dicat ius, sed imperet, & magis imperium, quam iurisdictionem exerceat.

Ad quartum respondeo, quod dicimus, mandatū vniuersale nullū omnino casum excludere, intelligi de ijs casibus, qui sunt de genere illius vniuersitatis, quæ mandatur. Dare autē bonorū possessionē, iubere caueri prætoria stipulatione, in possessionē mittere, & id genus alia, quæ nos dicimus mādato generali non transferri, non esse huiusmodi, quia mandatur vniuersitas iurisdictionis, cū alioquin hæc magis imperij sint, quā iurisdictionis *l. iubere 4. ff. de iurisd. l. ea, quæ 26. §. 1. ff. ad municip.* ideoque mandato vniuersali non includi; Nec est contrarium, quod includatur etiam modica coercitio, quę tamen non est iurisdictionis, sed imperij, quia nō ideo includitur, quod sit de genere vniuersitatis, quæ mādatur, idest de genere iurisdictionis, nā modica coercitio nec iurisdictio est, nec iurisdictionis verbo continetur, sed, quia ita cohæret iurisdictioni, vt ab ea diuelli nullo modo possit, propterea, quod sine ea iurisdictio nulla est, & mandata iurisdictione censentur etiam mandata ea omnia, sine quibus iurisdictio expediri non potest *l. 2. ff. de iurisd.* At hæc, de quibus nos loquimur, possunt a iurisdictione demandata separari, quoniam sine illis iurisdictio consistere, & expediri potest, *vt supra ostendimus*; Nil mirum igitur, si non transeant, nisi nominatim mandentur.

Ad quintum deniq; respondeo, transferri ea omnia, quæ respiciūt
13 executionem iurisdictionis, † non eius, quæ consistit in iuris ciuilis asperitate mitiganda, & emendanda, sed eius dumtaxat, quæ mandatur, idest, quæ consistit in iure de priuatorum causis dicundo: nam prætor, qui mandat iurisdictionē, vtiq; mandat officium iurisdicundi *l. 1. § damus ff. de susp. tut.* quod nihil habet cum iuris ciuilis emendandi potestate cōmune; Dare autem bonorum possessionem, & id genus alia facere, quæ magis imperij sunt, quam iurisdictionis, respiciunt quidem executionem iurisdictionis, sed eius, quæ versatur in emendanda asperitate iuris ciuilis, non etiam eius, quæ consistit in iure dicundo; Quamobrem, & a nobis dicta sunt respicere executionem edicti *in 8. c. q. 8. nu. 1.* Non debent igitur hæc mandata generali iurisdictione transferri.

SVMMARIVM.

1 *Iudex datus habet notionem.*
2 *Iudex datus habet cognoscendi, & iudicandi facultatem.*
3 *Iudex datus facere potest ea, sine quibus causa cognitio nō pōt expediri.*
4 *Iudex datus quæ facere possit.*
5 *Iudex datus habet iurisdictionem, Sed contra nu. 9.*
6 *Iudex præest iurisdictioni, Declara, vt nu. 11.*
7 *Iudex præest tribunali, Declara, vt nu. 11.*

8 *Declaratur l si idem 11. ff. de iurisd. & nu. 13.*
9 *Declaratur l. ait prætor 5. in prin. ff. de re iud.*
10 *Iudex datus fungitur munere iudicario.*
11 *Magistratus plerunq; iudices appellantur.*
12 *Iudex datus non habet tribunal.*
14 *Fideicommissorum cognitio interdũ erat consulum, interdum prætoris fideicommissary.*
15 *Iudex datus non habet mixtũ imperium.*
16 *Iudex datus nõ potest mittere in possessionem.*
17 *Iudex datus cur non possit exequi suam sententiam.*
18 *Iudex datus statim atq; pronunciauit, functus est officio suo.*
19 *Iudex datus nõ põt iterũ pronũtiare*
20 *Iudex datus potest emendare verba sententia.*

Quæ in iudicem datum transferantur.

Quæstio Secunda.



IN iudicem autem datũ,
quæ transferantur, si quæ
ramus, constat in ordina-
rijs iudicijs haud dubiè
1 transferri notionem † *l. ait prætor 5.
in prin. ff. de re iud. l. vlt. §. vlt. ff. qd
met. caus. & scribũt Duar. li. 1. disp.
anu. c. 53. ad l. iubere 4. ff. de iurisd.
& ad tit. ff. de iud. c. de iudicibus da-
tis Coras. ad l. more 5. n. 5. et ibi Egu.
Bar. ff. de iurisd. Cam. Plaut. ad rub.
ff. de off. eius lib. 1. c. 5. n. 5. Ant. Gou.
lib. 1. de iurisd. n. 35. Edua. adu. Gou.
lib. 2. de iurisd. fo. 40. Rauard. c. 6. de
praiud. Cuiac. ad l. 1. ff. de off. eius in
1. lib. q. Pap. et ibi Lesc. n. n. 144. Don.
lib. 17. comm. c. 6. & 23.* idest cogno
2 scendi & iudicãdi facultatẽ † *l. vlt.
C. vbi & apud quẽ & scribũt Duar.
ad tit. ff. de iurisd. c. 8. & ad d. tit. ff.
de iudic. c. de iudicibus datis & d.
lib. 1. disp. anu. c. 53. Coras. ad d. l. mo
re 5. n. 5. & ibi Egu. Bar. ff. de iurisd.
Cam. Plaut. in d. rub. ff. de off. eius li.
1. c. 5. nu. 5. c. 12. nu. 3. & c. 13. n. 19.
Io. Gill. lib. 2. de iurisd. & imp. c. 24.
Egu. Bar. lib. 1. var. q. fo. 33. Cuiac.
ad l. cũ prætor 12. ff. de iud. & ad l.
aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in
1. lib. q. Pap. Don. d. lib. 17. comm. c. 6.
Vand. lib. 1. q. iuris c. 10. nu. 5. & c.
22. nu. 2.* Et pariter transferri ea, si-
ne quibus talis cognitio, & pronũ-
3 tiatio nõ potest expediri, † *vt scri-
bunt Alcia. lib. 2. Parad. c. 5. nu. 2.
Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. c. 2. nu.
1. Ant. Gou. ad l. 2. nu. 1. & 6. ff. de iu
risd.* nã quemadmodũ concessa iu-
risdictione censentur concessa ea
omnia, sine quibus iurisdictio ex-
plicari non potest *l. 2. ff. de iurisd.
l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius,* ita etiã da-
ta notione cẽsẽtur data ea omnia,
sine quibus talis notio non potest
4 expediri. Quãobrẽ poterit† iudex
datus iubere coram se adesse, *l. 3. §.
pen. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. est.
vi exim.* vel caueri iudiciali stipula
tione *l. stipulationũ 5. in prin. ff. de
verb. oblig. §. iudiciales inst. de diu.
stip.* vel edi nomina testium, vel iẽ
restitui *l. qui restituere 68. ff. de rei
vind.* vel id genus alia fieri, quæ ad
id, quod agitur, explicãdũ videtur
esse necessaria. *vt rectè docet Ant.
Gou. in d. l. 2. nu. 3. & 4. ff. de iurisd.*
Sed, an illa notio sit iurisdictio,
ita, vt iudex datus dici possit habe-
re iurisdictionem, an verò sit sim-
plex cognitio, dubitari potest. Et
nonnulli quidem eam iurisdictio-
5 nem appellant, † *vt Alciat. d. lib. 2.
Parad. cap. 5. nu. 2. Claud. Cantiun.
d. lib. 0. de off. iud. cap. 2. num. 1.
Men. lib. 1. de arb. iud q. 2. n. 24. Ant.
Gou. ad l. & quia 6. num. 1. 2. 3. & 6.
ff. de iurisd. & Rauard. lib. 3 vario.
c. vlt. nu. 4.* Quorũ sententia vide-
tur

tur ijs locis adiuuari, in quibus iu-
dex dicitur præesse iurisdictioni,
6 † vt apud Harmen. lib. 1. iuris Epit.
7 tit. 4. vel tribunali, † vt in l. 1. ff. de
ind. maximèq; l. si idem 11. ff. de iu-
8 risd. vbi † fit mentio de iurisdictio-
ne iudicis ad certam summá iudi-
cantis, quæ res non de magistratu
videtur accipienda, sed de peda-
neo, seu dato iudice, vt arbitratus
est Ant. Gou. lib. 1. de iurisd. nu. 3. et
lib. 2. nu. 5. & ad d. l. si idem 11. in
prin. ff. eo. quippe cui certa solebat
præscribi quantitas, ad quá vsq; iu
dicaret l. de qua re 74. §. 1. ff. de iud.
& nos diximus in 7. c. q. 3. nu. 4.

Sed est verius iudicum datorũ
notionem esse, non iurisdictionẽ,
9 † vt scribunt Alcia. ad l. stipulatio-
nũ 5. in prin. nu. 14. & ibi Duar. ff.
de verb. obl. Duar. d. lib. 1. disp. ann.
c. 53. & ad d. tit. ff. de iurisd. c. 2. &
8, & ad l. iubere 4. ff. eo. & ad tit. C.
vbi, & apud quem, Coras. ad d. l. mo-
re 5. nu. 5. & ibi Egu. Bar. & Cuiac.
ff. de iurisd. Coras. ad l. legatus 12.
nu. 3. ff. de off. proc. & leg. & ad rub.
ff. de off. eius nu. 9. & ibi Cam. Plant.
lib. 1. c. 5. n. 5. et c. 13. n. 19. Coras. ad
l. 1. nu. 24. ff. de iurisd. Egu. Baro. d.
lib. 1. var. q. fo. 33. & ad l. 2. ff. de iu-
risd. Ant. Gou. lib. 2. de iurisd. nu. 60.
et ad l. 2. nu. 1. ff. eo. Eduard. adu. Go-
uea. in 2. lib. de iurisd. fo. 40. Ranard.
d. c. 6. de præiud. Cuiac. lib. 10. obser.
c. 10. & ad l. cum prætor 12. ff. de iu-
dic. ad l. aliquando 5. ff. de off. proc.
& leg. in 1. lib. q. Pap. & ad l. 1. ff. de
off. eius in eund. lib. et ibi Lescu. nu.
144. Ant. Gub. c. 9. q. iuris num. 15.
Don. d. lib. 17. commen. cap. 6. et 23.
Petr. Fab. ad d. l. nemo potest 71. ff.
de reg. iur. Vaud. d. lib. 1. q. iuris cap.
22. nu. 2. Andr. Fach. lib. 9. contro. c.
96. Bret. c. 22. de ord. iud. Nam ad
eos referẽda sũt in l. ait prætor 5. in
prin. ff. de re iud. illa Vlpiani ver-
ba, Etenim notionis nomen ẽt ad eos
pertineret, qui iurisdictionẽ non ha-
bent, sed habent de quauis alia cau-
sa notionem, non verò ad arbitros
ex compromisso sumptos, vt incõ-
sulto gl. ibi. in verb. non habent, &
Bart. nu. 3. Ang. vers. in gl. nõ habẽt,
Imol. nu. 1. Castr. n. 2. vers. in gl. ibi,
Alex. nu. 5. Ias. nu. 8. Ang. in l. Impe-
rium 3. nu. 10. ff. de iurisd. Castr. in
l. 1. §. qui mandatam nu. 1. ff. de off.
eius, & in l. 2. nu. 4. ff. de iurisd. & a-
lij veteres arbitrati sunt, scilicet,
quia iudex datus nõ potest dici ha
bere iurisdictionẽ, cũ ius nõ dicat:
ius enim dicit Prætor, qui formulã
ei præscribit, a qua ne latum quidẽ
vnguem ei licet recedere, vti latè
ostendimus in 1. c. q. 6. nu. 4. Quam-
obrem, qui ad iudicẽ datũ voca-
tus est, non dicitur in ius vocatus,
vt diximus in d. c. 1. q. 4. nu. 20. nec
eum eximens incidit in pœná pro-
positam aduersus eximentes in ius
vocatos l. 3. §. si quis eum ff. ne quis
eũ, qui in ius voc. est vi ex. quia in
ius vocare est vocare ad eũ, qui ius
dicturus sit, §. vlt. inst. de pœn. teme
re litig., Quod de iudice dato dici
nequit, quippe, qui nõ dicit ius, sed
iudicat, vt diximus ibi nu. 17. eaq;
ratione dicitur fungi munere iudi
10 ciario † l. a iudice 5. C. de iudic. &
scribunt Alcia. d. lib. 2. parad. cap. 5.
nu. 2. Cam. Plant. d. lib. 1. c. 12. nu. 3.

Nec obstãt loci, in quibus iudex
dicitur præesse iurisdictioni, seu tri
bunali, quia respondeo, non esse
eos accipiẽdos de iudicibus datis,
de quibus nos loquimur, sed de ma
gistratibus ipsis, qui plerunque iu-
11 dices appellantur, † vt in tit. ff. de
de iurisd. omn. iud. tit. ff. de reb. auth.
iud. poss. l. omnia 11. ff. de off. præs.
l. nõ distinguemus 37. §. de liberali ff.
de arbitr. l. 1. ff. de iud. l. 1. C. de off.
præf. præt. Aph. l. a iudice 5. C. de iu-
dic. l. vlt. C. vbi & apud quẽ, & scri-
bũt Coras. ad l. 1. n. 7. ff. de iurisd. Ant.

Gou.ad rub.ff.de iurisd. nu.8.Cuiac.
ad l.in priuatis 77.ff.de iudic.tract.
3.ad African.Ant.Guib.cap.9.q. iuris nu.7. & Don.d. lib.17.comment.
c.6. Nam iudices dati, nec iurisdi-
12 ctionem habent, nec tribunal, †
vt scribunt Cuiac. ad l. omnia 72.
ff.de reg.iur.et d.lib.10.obser.c.10.
Vaud.lib.1.q.iur.c.10.n. 4. & Bret.
d.c.22.de ord.iudic.

Minus obstat l.si idē 11.ff. de iu-
risd.quia Respondeo,nec eam esse
de iudicibus datis accipiendā, sed
13 †de ijs magistratibus, quorum iu-
risdictio erat ad certam quantita-
tem limitata,vt erat iurisdictio ma
gistratuum municipalium l.inter
28.ff.ad municip.l.vlt. ff. de iurisd.
Imo & prætoris fideicommissarij,
qui non nisi de minoris summæ fi-
deicōmissis ius dicere poterat, ma-
iorum cognitionem sibi vindican
14 tibus consulibus † vt scribit Cuiac.
lib.21.obs.c.34.Vnde Quint.lib.3.
inst. Non debes inquit apud pratorē
petere fideicommissum,sed apud con
sules:maior enim prætoria iurisdi-
ctione summa est.

Verum igitur est, quod supra di
ximus, iudices datos habere notio
nem,non iurisdictionem. Quo fit,
vt nec habeant imperium mixtū,
quippe,quod sine iurisdictione nō
15 consistit. † Ita Claud. Cant.lib.2. de
de off.iud.c.3.nu.28.Duar. ad d.tit.
ff.de iurisd.c.8. ad l.iubere 4.& ibi
Ant.Gou.n.24.ff.eod. Duar.ad rub.
ff.de iudic.c.de iudic.datis Egu.Bar.
lib.1.var.q.fo.35.& 36.& ad l.vlt.
ff.de off.eius. Bret. de ord.iud. c.47.
Quamobrem nec possunt dare iu-
dicem,vt diximus in 5.c. q.3.n.30.
quoniam hæc res fit propter vim
imperij l. cum prætor 12. §. item hi
ff. de iudic. nec mittere in posses-
16 sionem, † vt diximus in 8.c.q. 12.n.
35. quoniā & hoc magis est impe-
rij,quā iurisdictionis l. iubere 4. ff.
de iurisd. Minus possunt contuma-
ces, multa, vinculis verberibusve
coercere, vt scribūt Alcia.lib.2. Pa
rad.c.1.nu.10.& c.4.nu.3.Egu. Ba
ro in l.vlt. ff.de off.eius, & nos dixi-
mus in 8.c.q.16.nu.94. q.19.nu.27.
& q.20.n.12.quoniā & hoc ius est
imperij non meri l.vlt. §. vlt.ff. de
off.eius. Deniq. nō possunt exequi
suā sententiā, vt diximus in 8. c.q.
14.n.9. quia talis executio est mix
ti imperij, vt diximus ibi n.1.quod,
vt dictū est, nō solet in iudicē da-
17 tū transire. † Ita Duar,ad d. tit.ff.de
iurisd.c.8. Bret. de ord.iud. cap.47.
Hinc dicimus iudicem statim,atq;
iudicauit, functum esse officio suo
18 nec amplius quicquā posse † l. iu-
dex posteaquā 55.ff.de re iud.et scri
bunt Coras.in d.l.more 5. nu.5.ff.de
iurisd.Anto.Guib.d.c.9.q. iur. nu.5.
adeo, vt etiā, si tulerit sententiam
iniquā,aut nullā,nō tamen, aut eā
corrigere, aut iterū pronūtiare pos
19 sit † d.l.iudex posteaquā 55.& l. cū
quærebatur 62.ff. de re iud. & scri-
bit Petr. Fab. in l. si librarius 92.ff.
de reg.iur.quoniam ea res pertinet
ad magistratū, qui eū iudicē dedit
l.2.ff.a quibus app.non lic. solum ei
permissū est,vt actorū verba emen
dare tenore sententiæ perseueran-
20 te possit † l.actorū 46.ff. de re iud.et
scribunt Bern. Vual.lib.2. miscell.c.
23.Petr. Fab. in d.l. si librarius 92.
ff.de reg.iur.

S V M M A R I V M.

1 Delegat⁹ a principe hēt iurisdictionē
2 Delegatus a principe habet ea, sine
quibus iurisdictio nō potest expediri
3 Delegatus a principe potest coercere
contumaces, & iurisdictioni resisten
tes nu.4.& cur.nu.6.
5 Delegatus a principe potest coercere
etiam ordinarios.
7 Delegatus a principe potest ordina-
rio committere, vt suam sententiā
exequatur.

8 De-

8 *Delegatus a principe, quando dicatur functus officio suo.*
9 *Delegatus ad vniuersitatem causarum, qua consequatur.*
10 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest citare per edicta.*
11 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest iterũ iudicare, si nulliter pronuntiauerit.*
12 *Delegatus ad vnam causam habet iurisdictionem.*
13 *Iurisdictio delegata nihil aliud est, quam vsus ordinaria.*
14 *Delegatus ad vnam causam non habet maiora expresse.*
15 *Delegatus ad vnã causam non potest facere ea, quæ sunt mixti imperij.*
16 *Delegatus ad vnam causam potest verbo citare.*
17 *Delegatus ad vnam causam non potest citare per edicta.*
18 *Delegatus ad vnam causam, quæ facere possit.*
19 *Delegatus ad vnã causã statim atq; pronuntiauit, functus est officio suo*
20 *Delegatus ad vnam causam non potest iterum iudicare, si nulliter pronuntiauerit.*

Quænam hodie transferantur in iudicem delegatum.

Quæstio Tertia.


Lanè in extraordinarijs iu-
dicijs, qbus vtimur, si quę-
ramus, quæ in iudicē dele-
gatũ transferantur, cõstat
multum referre, vtrũ de eo loqua-
mur, quē princeps, an verò de eo,
quem magistratus delegauit: nã in
delegatum a principe certi iuris est,
1 transferri iurisdictionē † *c. in literis 9. c. quærenti 26. c. suspicionis 39. de off. & pot. iud. deleg. & scribunt Ias. in l. ait prætor 5. in prin. nu. 2. ff. de re iud. Ant. Gou. ad l. 2. nu. 4. ff. de iurisd. Donell. lib. 17. comm. c. 23.* & ea
omnia, sine quibus iurisdictio, siue
2 causa cõmissa nõ potest expediri †
c. præterea 5. c. suspicionis 39. de off. & pot. iud. del. vt est imperiũ, quod
iurisdictioni cohæret, siue cõsistat
in coercendo, siue in exequẽdo: Po-
test enim huiusmodi delegatus co-
3 ercere cõtumaces, & inobediẽtes †
c. de causis 4. §. vlt. c. præterea 5. c. sanè 11. c. quærenti 26. c. pastoralis 28. in prin. de off. & pot. iud. deleg. ac iu-
4 risdictioni resistentes † *c. c. c. signifi-*
5 *casti 7. eo. tit.* Et, si sint ordinarij † *c. si quando 8. eo. tit.* scilicet, quia sine ta-
li coercitione, nulla esset eius iuris-
6 dictio † *d. c. pastoralis 28. ĩ prin. eo. ti.*
Itaq; potest multare, *vt esse verius ostendimus in 8. c. q. 16. nu. 97.* citare
realiter, *vt diximus in eod. c. 8. q. 19. n. 40.* & id genus alia facere, quibus
ordinarij, quorũ est instar, *vt dicemus in hoc c. q. 8. n. 3.* suã iurisdictio-
nẽ defendunt. Deniq; potest eorũ
exẽplo suã exequi sententiã, *vt ostẽdimus in eo. c. 8. q. 14. nu. 16.* Qui-
nimo potest ordinario cõmittere,
& eũ cogere, vt sententiã a se latã
7 exequatur † *c. significasti 7. c. in literis 9. c. Pastoralis 28. §. quia verò de off. & pot. iud. deleg. & scribũt Bart. in l. a Diuo Pio 15. in prin. nu. 2. & ibi Ias. nu. 6. ff. de re iudic. Alciat. in rub. ff. de off. eius nu. 32.* Quamobrẽ
dicimus, eum non statim atq; pro-
nuntiauit esse functum officio suo,
sed tunc demũ, cũ per se, vel per a-
liũ sententiã executioni demanda-
8 uit, vel exequendã cõmisit † *d. c. in literis 9. de off. & pot. iud. deleg. et scribunt Ias. in d. l. a Diuo Pio 15. in prin. num. 23. ff. de re Iud. Mart. Mont. in rub. ff. de off. eius n. 54. & ibi Camill. Plant. lib. 1. c. 15. nu. 20.* Et, si nullã
protulerit sententiam, posse iterum
exemplo magistratuum iudicare,
vt verius esse demonstrabimus in hoc c. q. 10. nu. 39.

In delegatũ verò ab ordinario va-

ria ꝑ delegatorũ varietate trãsferũ
tur: nã, si iudex ad vniuersitatẽ cau
sarum delegatus sit, magis est, vt
trã ferãtur ea omnia, quæ diximus
in hoc c.q. 1. num. 1. vers. qua verò
transire consueuisse in eũ, cui man-
dabatur in ordinarijs iudicijs iuris-
9 dictio, quippe cuius imaginẽ in om
nibus videtur huiusmodi delegatus
retinuisse, *vt diximus in 1.c.q. 6.n.*
9. vers. sanè. Quamobrẽ trãsfertur
iurisdictio *l. 1. §. qui mandatã vers.*
verius ff. *de off. eius*, cũ ijs omnibus,
sine quibus ea non potest expediri
l. 2. ff. *de Iurisd.* vt est ius multandi,
vt diximus in 8. c. q. 16. nu. 95. ius
citandi realiter, *vt diximus in eod.*
10 *c.q. 19.n. 28.* vel per edicta, † *vt scri*
bit Alcia. in l. Imperium 3. nu. 206.
vers. nec obstat text. ff. *de Iurisd. &*
lib. 2. Parad. c. 4. nu. 2. ius mittendi
in possessionem, *secundum ea qua di*
ximus in 8. c.q. 12. nu. 37. & verò ẽt
ius exequendi, *vt diximus in eod. c.*
q. 14. n. 15. Vnde fit, vt, nec huius-
modi delegatus dici possit functus
officio suo statim atque iudicauit,
sed tunc demum, cum sententiam
executioni demandauit, adeo, ut, si
nullam protulerit sententiam, pos-
sit, & ipse exemplo magistratuum
11 iterum pronuntiare, † *vt rectè Bal.*
in l. si vt proponis 4. num. 10. & ibi
Alex. in add. ad Bart. in verb. extin-
guit C. quom. & quand. iud. Ang. in l.
iudex posteaquam 55. nu. 6. ff. *de re*
iudic. Mart. Mont. in rub. ff. *de off.*
eius num. 46. 47. & 71. vers. vlt. &
alij pleriq; tradiderunt, Imol. in d. l.
iudex posteaquam 55. nu. 6. & alijs
frustra contradicentibus: quippe,
quibus in pleriq; iuris partibus cõ
paratur, *vt dicemus in hoc c.q. 7. nu.*
24. & in his terminis cõsiderat Ang.
in d. l. iudex posteaquam 55. nu. 6. ff.
de re iud.

At, si fuerit ad vnam tantũ cau-
sam delegatus, verius est, ea tantũ
transferri, quæ transibant olim in
iudicem specialem, quippe cuius
refert imaginem in omnibus eo ex
cepto, quod ille nõ dicebat ius, sed
ex formulæ præscripto iudicabat,
hic verò, cum iudicat, ius etiã di-
cit, *vt ostendimus in 1.c. q. 6. nu. 2.*
& 9. vers. sanè. Quamobrem, licet
ille non haberet iurisdictionẽ, sed
simplicem notionem, *vt diximus in*
q. praced. nu. 9. hic tamen etiam iu-
12 risdictionẽ habet † vt *scribũt Azo*
in sum. C. de iurisd. om. iud. nu. 4. glo.
in l. ait prator 5. in prin. in verbo non
habens & ibi Bart. nu. 2. Ang. vers.
in gl. nõ habens, Alex. nu. 5. Ias. n. 2.
ff. *de re iudic. Bart. in l. 1. §. qui man-*
datam, & ibi Ang. in prin. & nu. 1.
Castr. nu. 1. ff. *de off. eius, Castr. in l. 2.*
nu. 4. ff. *de iurisd. Cagn. in rub.* ff. *de*
off. eius nu. 5. & ibi Cam. Plaut. lib. 1.
c. 15. nu. 1. & nos esse verius profi-
temur *ex l. vlt. C. vbi & apud quem:*
Habet enim, nõ propriam, sed alie-
nam, *vt dicemus in hoc c. q. 7. nu. 6.*
Nec est contraria *l. ait prator 5. in*
prin. ff. *de re iud.* quia loquitur (nõ
de arbitro ex cõpromisso sumpto,
vt putabant veteres, *sicuti retulimus*
in q. praced. num. 9. vers. nam ad eos
sed) de Iudice dato ex ordine, idest
cũ formula, cũ alioquin nos de eo
loquamur, qui extra ordinẽ ab or-
dinario delegatur. Minus est cõtra
rium, quod dicitur fungi munere
iudiciario *l. a iudice 5. C. de iud.* &
habere iudicandi tantũmodo facul
tatem *d. l. vlt. C. vbi, & apud quem,*
quia in extraordinarijs iudicijs nõ
potest iudicandi munus a iurisdicũ-
di officio separari, cum is, qui sine
formula cognoscit, & iudicat, vti-
que & ius dicat, *vt latè ostendimus*
in 1.c. q. 6. nu. 2. Deniq; non obstat,
quod dicitur, habere solum iurisdi-
ctionis vsũ, & exercituũ, *vt refere-*
mus in hoc c. q. 7. nu. 2. quia non im-
pedit hoc, quominus dicatur habe

re

re iurisdictionem alienam, siue de
legatam: Nam paria sunt dicere,
quem habere iurisdictionē alienā,
seu delegatam, vel habere solū iu-
risdictionis vsum, quia, cum non
habeat proprietatem, consequens
13 est, vt habeat solum vsum, † *vt ele-
ganter explicant Bart. in d. l. ait præ
tor 5. in princ. num. 2. & ibi Castr.
num. 2. vers. in glo. ibi, ff. de re indic.
Castr. in d. l. 1. §. qui mandatam,
num. 1. ff. de offic. eius, & in l. 1. nu.
3. ff. de iurisd.*

Sanè, quamquam huiusmodi
delegati dicantur habere iurisdi-
ctionem, effectu tamen non ha-
bent maiorem potestatem, quam
haberent olim iudices dati, quia
differentia versatur tantum in no-
mine iurisdictionis, cum ea, quæ
in persona iudicum datorum erāt
simplicis notionis ob formulæ præ
scriptum, hodiè sint etiam iurisdi-
ctionis, quia formulis nō vtimur.
Itaque in huiusmodi delegatos nō
14 trāseunt maiora expressis, † *vt scri
bunt Alcia. in d. l. Imperium 3. num.
210. ff. de Iurisd. & lib. 2. Parad. cap.
2. nu. 9. Claud. Cantiun. lib. 2. de offi.
iud. cap. 3. num. 28.* idest non tran-
seunt ea, quæ sunt maioris potesta-
tis, quam, cuius est causa principa-
liter cōmissa, *vt diximus in 8. cap.
quæst. 12. nu. 48.* Quamobrem non
transeunt ea, quæ sunt mixti impe-
15 rij, † *vt scribunt glo. in l. 1. §. vlt. in
verbo cohaeret, ff. de offic. eius, & in
§. nulla, in verbo iurisdictione Auth.
de def. ciuit. coll. 3. Castr. in l. 1. nu.
3. ff. de iurisd. Ias. in l. à Diuo Pio 15.
in princ. num. 3. ff. de re iud.* vt ius
multandi, *sicuti ostendimus in 8.
cap. quæst. 16. num. 98.* ius citandi
realiter, *vt diximus in d. cap. 8. q. 19.
num. 32.* ius mittendi in possessio-
nem, *vt demonstrauimus in d. cap. 8.
quæst. 12. num. 38. & 43.* Denique
non transit ius exequendæ senten-
tiæ, *vt ostendimus in d. cap. 8. quæst.
14. num. 12.* quoniam hæc omnia
sunt mixti imperij, quod, vt dictū
est, in huiusmodi delegatos nō trās
fertur. Nec est contrarium, quod
in eos transeat modica coercitio,
sine qua iurisdictio nec esse, nec
expediri potest, *l. vlt. §. vlt. ff. de of-
fic. eius, cap. ex literis 29. de offic. &
pot. iud. deleg.* quia non est hoc ac-
cipiendum de coercitione reali, aut
personali, sed tantum de verbali,
vt rectè (si de hoc intelligātur) scrip
serunt veteres, *quos retulimus in 8.
cap. quæst. 15. num. 55. & diximus
etiam in eodem cap. quæst. 12. in fin.*
Potest enim delegatus verbo cita-
16 re, † *vt scribunt Bart. in l. 2. num. 1.
& ibi Castr. nu. 4. ff. de iurisd. Alex.
in l. iubere 4. num. 5. ff. eod. Dec. in l.
cognitio 4. §. vt possess. num. 1. ff. de
17 off. eius,* (nō tamē per edicta, † *§. si
vero etiam quidā Auth. de exh. reis
coll. 5. Auth qui semel, C. quomodo, &
quando iud. & scribit Alcia. in d. l.
Imperium, num. 206. vers. nec obstat
ten. ff. de iurisd. & lib. 2. Parad. c. 4.
num. 2.*) potest audientiam dene-
gare, condemnare in expensis, ha-
bere quem pro confesso, & id ge-
nus alijs modis coercere, qui ver-
18 bo fiunt, † *vt tradunt Bart. in l. Ma-
gistratibus 12. num. 2. ff. de iurisd.
Ang. in l. 2. num. 4. & ibi Alex. nu. 5.
ff. eod. Ang. in l. vni. in princ. num. 2.
ff. si quis iusd. non obt. Castr. in l. 1.
in princ. num. 4. & in §. qui manda-
tam, num. 6. ff. de offic. eius.*

Hinc intelligimus ea, quæ de iu-
dicibus delegatis tradiderunt ve-
teres ad eos contorquentes Dige-
storum leges, quamquam inepta
sint, & commentitia, si ad veterum
iudiciorum ordinem respicias, esse
tamen vera, si respicias ad iudicia
extraordinaria, siue ad eos iudices,
qui ad vnam tantum causam extra
ordinem delegantur, *vt diximus in*

8.

1.cap.quæst.6.nu.9.verf. ex quibus. Quamobrem, & illud verum eſt iudicem ad vnam cauſam delegatũ ſtatim, atque pronũtiauit functum
19 eſſe officio ſuo, † *l.ſi vt proponis 4. & ibi Bald. num.7. C. quomodo, & quando iud. Bart. in l. à Diuo Pio 15. in prin.num. 14. verſ. mihi videtur, & ibi Imol. num.2. Iaſ. num. 3. 5. & 23. ff. de re Iud. Iaſ. in l. more 5. nu. 19. ff. de Iuriſd. Dec. in l. cognitio 4. §. vt poſſeſsio, num. 1. ff. de offic. eius;* tam quoad poteſtatem iudicandi, quam quoad poteſtatem exequendi; Nam quoad poteſtatem iudicandi, ideo dicitur functus officio, quia, licet nullam protulerit ſententiam, non tamen iterum pronun-
20 tiare poteſt, † *d. l. ſi vt proponis 4. & ibi Bart. nu. 1. & 3. Bald. in prin. Caſtr. nu. 1. C. quomodo, & quando, iud. gl. in d. l. iudex poſtea quam 55. in verb. non poſsit, & ibi Ang. nu. 1. & 6. Imol. nu 4. ff. de re iudic. Bart. in d. l. à Diuo Pio 15. in princ. nu. 14. & ibi Iaſ. nu. 23. ff. eod. Bald. in rub. de offic. & pot. iud. deleg. nu. 2. Imol. in l. ſi expreſsim 19. nu. 12. & 13. ff. de appell. Alex. in rub. ff. de offi. eius, nu. 5. vbi teſtatur, hanc eſſe communem, & ibi Alb. num. 9. Mart. Mont. nu. 7. verſ. vlt. Purp. num. 39. Iaſ. in d. l. more 5. nu. 4. ff. de Iuriſ. & in l. qui per ſalutem 33. num. 6. ff. de iure iuran. Nicol. Bell. lib. 3. ſup. cap. 18. nu. 1.* Quoad poteſtatem verò exequendi, quia ſententiæ executio, non ad ipſum ſpectat, ſed ad ordinarium, à quo delegatus eſt, *l. pen. C. de Agric. & cenſ. lib. 11. & diximus in eod. cap. 8. q. 14. nu. 12. & 14.* Idque procedit etiam in eo, quem delegatus à Principe ſubdelegauit, quippe, qui non differt à delegatis ab ordinarijs; Quamobrem, nec ipſe ſuam exequitur ſententiam, *vt diximus in eod. cap. 8. q. 14. n. 18.* Et hęc de priore inſpectione.

SVMMARIVM.

1 *Proprium nihil habet is, cui mandata eſt iuriſdictio.*
2 *Iuriſdictionem mandans non appellatur ab eo, cui mandata eſt, & cur. num. 7.*
3 *Iuriſdictionem mandans videtur ius dicere, cum ius dicit is, cui mandauit;*
4 *Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur.*
5 *Appellari à ſe ipſo nemo poteſt.*
6 *Appellatio fit ab inferiore ad ſuperiorem.*

An is, cui mandata eſt iuriſdictio proprium habeat.

Quæſtio quarta.


VNC tranſeamus ad alteram inſpectionem, & videamus, an ea, quæ mandata iuriſdictione transferantur, ita cenſeantur tranſire, vt propria fiant eius, in quem transferuntur; Conſtat autem regulariter nõ fieri propria: nam qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit proprium nihil habet, ſed eius qui
1 mandauit iuriſdictione vtitur, † *l. 1. §. qui mandatam, ff. de offic. eius.* Quamobrem dicitur exequi alienã iuriſdictionẽ, *l. & ſi prætor 3. ff. eod.* & agere, non pro ſuo imperio, ſed pro imperio mandantis, *d. l. & ſi prætor,* quippe, cuius partibus, & vice fungitur, *l. ſolet 16. in fin. ff. de Iuriſd.* etiam ſi prætor ſit, *d. l. & ſi prætor 3. ff. de offic. eius.* Vnde infertur.

Primò ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, non poſſe mandantem appellari, ſed ſuperiorem, ideſt eũ,
2 qui à mandante appellaretur, † *l. 1. §. 1. ff. quis & à quo app. & ſcribunt Purp.*

Purpu. ad rub. ff. de off. eius nu. 6. & ibi Cam. Plaut. lib. 1. c. 11. num. 11. c. 12. nu. 2. c. 13. nu. 14. & c. 14. nu. 7. Vaco. a Vacu. lib. 6. decla. 84. num. 8. Io. Gill. lib. 2. de iurisd. & imp. c. 22. nu. 2. Longo. in l. imperium 3. nu. 24. ff. de iurisd. Duar. ad tit. ff. de iurisd. c. 8. & ad l. more 5. ff. eod. Ant. Gou. lib. 1. de iurisd. nu. 37. & ad l. 1. num. 10. ff. eo. Cuiac. ad l. & quia 6. ff. de iurisd. in 2. lib. Paul. ad edict. & ad l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Pap. & ad l. 1. ff. de off. eius, in eund. lib. & lib. 7. obs. c. 21. Hoto. lib. 3. obs. c. 4. Bret. de ord. iud. cap. 10. Andr. Fach. lib. 1. contr. c. 78. ideo, ideo quia, cum is, cui mandata est iurisdictio fungatur partibus man dantis, *vt dictum est*, & ea ratione videatur mandans ipse quodam-
3 modo ius dicere † *l. vlt. C. vbi & apud quem & scribunt gl. in l. in causa 17. §. vlt. in verbo pro iurisdictione ff. de minor. Castr. in l. vlt. nu. 3. C. vbi & apud quem Coras. ad rub. ff. de off. eius nu. 2. Ant. Gou. ad l. 1. nu. 5. & 15. ff. de iurisd. Cuiac. ad l. aliquando 5. ff. do off. proc. & leg. in 1. lib. q. Pap. Don. lib. 17. com. cap. 8. Vues. ad prin. tit. Inst. de susp. tut. Andr. Fach. d. lib. 1. contr. c. 78.* ex regula qui per alium facit per se ip
4 sum facere videtur † *l. ita autem 5. §. gessisse ff. de adm. tut. l. 2. ff. de fid. & nom. tut.* si ab eo, cui mãdata est iurisdictio, magistratus ipse posset appellari, idem a semet ipso appel lari videretur, quod iuris ratio nõ
5 pmittit† *c. 2. de cõsuetud. in 6. c. Romana 3. in prin. de appell. in 6.* scilicet, quia requirit appellatio personarum distinctionem, nec ab eodẽ ad eundem fieri potest, sed ab infe
6 riore ad superiorem † *§. illo videlicet obseruando Auth. de app. & in-*
7 *tr. qua temp. coll. 4. Ita* † *Vaco a Vacu. d. lib. 6. decl. 84. num. 8. Duar. ad d. tit. ff. de iurisd. c. 8. & ad l. more 5. ff. eod. Cuiac. ad d. l. & quia 6. ff. de iurisd. in 2. lib. Paul. ad edict. & ad d. l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Pap. & d. lib. 7. obs. c. 21. Hoto. d. lib. 3. obs. c. 4. And. Fach. d. lib. 1. contr. c. 78.*

Secundo infertur nõ posse quẽ iurisdictionem sibi mandatam alteri mandare *l. vlt. in prin. ff. de off. eius, & diximus in 5. c. q. 1. num. 9.* quia more maiorum comparatum est, vt is demum iurisdictionẽ mãdare possit, qui eam iure suo, non alieno beneficio habet *l. more 5. ff. de iurisd. & diximus ibidem nu. 1.*

Sanè in ordinarijs iudicijs, licet mandare iurisdictionem non posset, poterat tamen dare iudicem *l. cum prætor 12. §. is quoq; ff. de iud.* secundum ea, quæ diximus *in eod. 5. c. 3. nu. 10. & seq. & q. 4. per tot.* Vbi demonstrauimus etiam; quid hodie iuris sit in extraordinarijs iudicijs, vt proinde minus sit necesse hic ea repetere, quæ latius ibi retulimus.

Tertio infertur morte magistratus, si res integra sit, extingui iurisdictionem demandatam *l. & quia 6. ff. de iurisd.* quoniam hæc est eadem ipsa iurisdictio magistratus, quæ illius morte haud dubiè extinguitur, *vti latius dicemus in 10. c. q. 1. nu. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus proconsulis habet propriam iurisdictionem, Sed contra nu. 15.*
2 *Declaratur l. legati 13. ff. de off. proc. & leg. & nu. 7. 8. 31. & seqq. vsq; ad nu. 38.*
3 *Declaratur l. cognitio 4. in prin. ff. de off. eius, & nu. 38.*
4 *Iurisdictio, quam quis habet a principe, est propria.*
5 *Legatus proconsulis habet iurisdictionẽ a principe, siue, a lege nu. 6.*

Sed

An legatus procõsulis habeat propriã.

Quæstio Quinta.

ED hæc regulariter vera sunt, & in ijs, quibus arbitrio magistratus iurisdictio demandatur, sine dubio procedant. Cœterum in legato proconsulis, quẽ olim princeps, aut senatus profecturo dabat, an habeant locum, magna solet esse quæstio in duas potissimum diuisa sententias, quarum.

Prima fuit existimãtium in hoc legatum proconsulis a cæteris differre, quod hic mandata iurisdictione proprium habet, cum alioquin illi iurisdictionem tantũ alie-
1 nã exequantur. † *Fuit hæc sentẽtia gl. in l. more 5. in verbõ alieno beneficio & ibi Dec. nu. 16. vers. in ead. gl. & Cuiac. ff. de iurisd. Iac. de Nig. in l. fin. nu. 2. ff. de off. eius, Mart. Mont. ad rub. ff. de off. eius nu. 69. vers. circa primum, & nu. 71. vers. 5. Nico. Bell. lib. 1. supp. c. 1. nu. 5. & lib. 3. c. 10. nu. 3. Vaco. a Vacu. lib. 6. decl. iuris decl. 84. nu. 5. & 9. 10. Gill. lib. 1. de iurisd. & impe. c. 10. nu. 1. & lib. 2. cap. 7. 23. & 24. Coras. ad l. legati 13. nu. 2. ff. de off. proc. & leg. ad l. 1. §. qui mandatam nu. 3. ff de off. eius, & ad l. eum, qui 13. nu. 5. & ibi Cuiac. ff. de iurisd. Eduard. aduers. Gon. in l. 1. ff. de iurisd. fo. 48. & 49. & Cuiac. lib. 7. obs. c. 21. & lib. 8. c. 38. ad l. & quia 6. ff. de iurisd. in 2. lib. Paul. ad edictum ad l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Papin. & in d. l. 1. ff. de off. eius in eundem lib.* Mouentur autem, vt ita sentiant.

Primo

Primo *l. legati 13. ff. de off. proc.*
2 *& leg.* vbi † Pomponius *legati proconsulis,* inquit, *nihil proprium habent, nisi a proconsule eis mandata sit iurisdictio:* nã ex his verbis ita a cõtrario sensu (quod argumentũ fortissimum est in iure ciuili *l. 1. §. huius ff. de off. eius*) argumentantur. Ergo, si a proconsule mandata sit eis iurisdictio, proprium habent. *Ita Dec. in d. l. more num. 16. vers. in eadem gl. Io. Gill. d. lib. 2. c. 23. Vaco. a Vacu. d. decl. 84. nu. 5. Cuiac. d. lib. 7. obser. c. 21. & ad l. & quia 6. ff. de iurisd. in 2. lib. Pauli ad edict. & fatentur etiam Hoto. lib. 3. obser. ca. 4. Cam. Plant. in d. rub. ff. de off. eius, lib. 1. c. 9. nu. 1.*

Secundo mouentur *l. cognitio 4.*
3 *in prin. ff. de off. eius,* vbi Macer † hęc rescripti Diuorũ Seueri, & Antonini ad proconsulem missi verba refert, *Cum propriam iurisdictionem legatis tuis dederis,* ex quibus ita deducunt argumentum; Dare est proprietatem transferre *l. vbi autẽ nõ apparet 75. §. vlt. ff. de verb. oblig. § sic itaq; inst. de act.* Datur autem à proconsule iurisdictio legatis. Transfertur ergo in eos iurisdictionis proprietas: ergo propriam iurisdictionem habent. *Ita gl. in d. l. more 5. in verb. alieno beneficio ff. de iurisd. Vaco a Vacu. d. lib. 6. decl. 84. nu. 5. Io. Gill. d. lib. 2. c. 23. Lud. Burgh. in l. 1. nu. 72. vers. ego ff. de iudic.*

Tertio mouentur, quia, qui iurisdictionem habent, non ex mandato magistratus, sed a principe, vel a senatu, dicuntur eam habere pro-
4 priam † *l. & quia 6. ff. de iurisd.* Vnde Cassiod. lib. 6. de Vicario vrbis Romæ, *Tu autem Vicarius diceris,* inquit, *& tua priuilegia non relinquis, quando propria est iurisdictio, quæ datur a principe.* Sed legatus proconsulis non habet iurisdictionem ex mandato proconsulis, sed a principe, vel a senatu, a quo pro
5 consuli dari solebat, † *vt tradunt Petr. de Bellap. in d. l. more nu. 6. & ibi Cuiac. Coras. ad d. l. legati 13. nu. 3. ff. de off. proc. & leg. Cuiac. ad d. l. & quia 6. ff. de iurisd. in 2. lib. Paul. ad edic.* siue, vt alij loquuntur, a le-
6 ge, † *vt videre est apud Alcia. in d. rub. ff. de off. eius nu. 40.* Habet igitur propriam iurisdictionem.

Nec aduersari videtur, quod expectet mandatum proconsulis, vt habeat iurisdictionẽ *d. l. legati 13. ff. de off. proc. et leg.* eaq; ratione videatur eam habere non a principe, sed ex mandato proconsulis, quia respondent, Imo iurisdictionem ei dari, vel a principe, vel a senatu, sed sub cõditione, si ei mãdetur a proconsule; Ideoq; proconsulis mandatum, non tribuere iurisdictionem, sed implere conditionem, sub qua legato fuit a principe, vel a senatu tributa. Et hoc
7 esse, quod scribit † Pomponius *in d. l. legati 13. ff. de off. proc.* non habere scilicet proconsulis legatos propriam iurisdictionem, id est eam, quam eis dedit princeps, vel senatus, nisi postea quam proconsul iurisdictionem mãdauit, ac eo mo-
8 do conditionem impleuit, † *Ita explicant Graci interpretes referente, & probante Cuiac. in d. l. 1. & in d. l. more 5. & in d. l. cum qui 13. ff. de iurisd.* nam & simili ratione magistratus municipales habent ex lege Iulia, & Titia tutoris dationem *l. 3. ff. de tut. & cur. dat. ab ijs.* non tamen purè, sed expectato iussu præsidum *§. nos autẽ inst. de Attil. tut.* Itaque præsidum iussus non tribuit nec mandat tutoris dationem (nec enim potest *l. nec mandante 8. in prin. ff. de tut. & cur.*) Sed implet conditionem, sub qua duumuiris fuit lege data. Et sanè legatum nõ habere iurisdictionem a proconsu

le,

le, neq; ex eius mandato, & benefi
cio, videtur ea ratione probari,
quia, quæ necessariò fiunt non di-
cuntur ex voluntate, ex beneficio
facientis proficisci *l. rem legatā 18.*
ff. de adim. leg. Sed iurisdictio neces
sariò mandatur a proconsule lega-
to, quippe, quę ideo dat princeps,
vt ei mandetur iurisdictio. Nō di-
citur ergo mandari ex voluntate,
9 & beneficio proconsulis. † *Ita Co-*
rasiu d. l. cum qui 13. nu. 5. ff. de iu-
risd. & Cuiac. ad d. l. aliquando 5. ff.
de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Papin. et
ad d. l. & quia 6. ff. de iurisd. in 2. li.
Paul. ad edict.

Quarto videtur superius argu-
mentum ex eo posse confirmari,
quia iurisdictio, quæ non est pro-
pria, sed aliena, potest arbitrio mā
dantis reuocari, *vt not. in l. & quia*
6. ff. de iurisd. & nos dicemus in 10.
c. q. 6. nu. 1. Sed a legato non potest
mandata iurisdictio procōsulis ar-
bitrio reuocari *l. solet 6. §. sicut ff. de*
off. proc. & leg. Non est igitur alie-
na, sed propria.

Quinto fortissimum huius opi-
nionis argumētum ducitur ex eo,
quia ab eo, qui non propriam, sed
alienam iurisdictionē exercet ex
mandato, non potest is appellari,
cuius exercetur iurisdictio *l. 1. § 1.*
ff. quis, & a quo app. et diximus in q.
praced. n. 2. Sed a legato proconsu
lis ipsemet proconsul appellatur
10 † *l. 2. ff. eod & scribunt Longon. ad l.*
imperiū 3. n. 26. ff. de iurisd. Eduar.
adu. Gon lib. 2. de iurisd. f. 48. Cuiac.
ad l. aliqñ 5. ff. de off. proc. et leg. in 1.
lib. q Pap. ad l. 1. ff. de off eius in eād.
li. ad l. et quia 6. ff. de iurisd. in 2. lib.
Paul. ad edict. & d. lib. 7. obser. c. 21.
et lib. 8. c. 38. Hoto. li. 3. obs. c. 4. Bret.
de ord. iud. c. 10. Ergo legatus nō alie
nā, idest proconsulis iurisdictionē
exercet ex mandato, sed propriam.

Sexto facit, quia magistratus, si-
ue, vt nostri loquuntur, iudex ordi
narius, sine dubio propriam iuris-
dictionē habet *l. cognitio 4. in prin.*
vers. cum propriam ff. de off. eius l.
more 5. ff. de iurisd. Sed legatus pro
consulis magistratus, siue ordina-
11 rius est, † *vt tradunt Petr. de Bellap.*
in d l more nu. 6. Claud. Caus. lib. 2.
de off. iud c. c. n. 13. in fin. Nic. Bello.
lib. 3. Supput. c. 10. nu. 3. Eduar. ad-
uer. Gon. lib. 2. fo. 49. & habet vim
ordinarij, *vt scribit Alb. in rub. ff.*
de off. eius nu. 27. Quamobrem a no
stris æquiparantur Episcopi vica-
12 rio, † *vt tradit Bell. d. lib. 3. Supp. c.*
10. nu. 4. quem omnes fatentur es-
se ordinarium, *vt dicemus in hoc c.*
q 7. nu. 48. & hac ratione dabātur
13 ei comites, siue assessores † *l si quis*
forte 6. §. pen. ff. de pa n. & scribit Cu
iac. ad d. l. & quia 6. ff. de iurisd in
2. lib. Paul. ad ed. & d lib. 7. obser. c.
21. qui magistratibus dari solebāt
l. dicm functo 4. ff. de off. assess. Qui-
nimo in quibusdam locis dabātur
14 lictores & fasces, vt in Africa, † te-
ste Sparriano in Seuero, *& scribūt*
Alex. ab Alex. d lib. 6. Gen. dier. c. 3.
Cuiac. d. lib. 7. obs. c. 21. in d. l more
5. ff. de iurisd. & ad d. l. & quia 6. ff.
eod in 2. lib. Paul ad edict. Hoto. lib.
2. Amic. resp. c. [illegible]. Petr. Fab. ad l. ne-
mo potest 71. ff. de reg. iur. Vnde Ci[illegible].
lib. 12. Epist. fam. epist. vlt. *Illud,* in
quit, *non nimium probo. quod scribis,*
quo illi animo æquiore ferrēt, te tuis
etiam legatis lictores ademisse. Ha-
bet igitur legatus propriam, non
alienam iurisdictionem.

Verum h[illegible] minimè mouentibus
veriorem arbitror sententiam exi-
stimantium parem in hoc esse le-
gati procōsulis, & al[illegible]orum, qui[illegible]us
iurisdictio demandatur, causam,
quia nec ipse propriam iuri[illegible]ctio
nem habet, sed eius qui man[illegible]auit
15 iurisdictione vtitur. † *Fuit ha. sen-*
tentia Fenest. de magist. c. 12. Paul.

Oria. in l. 1. in prin. nu. 4. & ibi Iac. de Nigr. nu. 118. ff. de off. eius. Et ex recentioribus Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. c. 2. num. 13. Cam. Plant. ad d. rub. ff. de off. eius lib. 1. c. 9. num. 2. vbi testatur, hanc esse communem, et c. 11. nu. 7. & lib. 2. c. 13. n. 12. Duar. ad l. more 5. & ibi Coras. nu. 4. ff. de iurisd. Duar. ad tit. ff. de off. proc. & leg. c. 3. Coras. ad l. obseruare 4. §. fin. nu. 5. & ibi Egu. Baro ff. eod. Egu. Baro d. lib. 1. varia. q. fo. 38. & 42. & ad l. legati 13. ff. de off. proc. & leg. Ant. Gou. lib. 2. de iurisd. num. 50. & ad l. 1. nu. 5. & 15. ff. eod. Donell. lib. 17. cōm. c. 8. Muret. ad l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius Petr. Fab. ad l. nemo potest 71. ff. de reg. iur. Hoto. lib. 3. obser. c. 4. Probatur autē hæc sententia.

Primo *l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius*, vbi Papinianus. *Qui mandatam iurisdictionem suscepit*, inquit, *Proprium nihil habet, sed eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur*:
16 nam hic locus † dupliciter probat hanc sententiam, Primo, dum ait, indefinitè, *qui mandatam iurisdictionem suscepit*, nam, quia indefinita æquipollet vniuersali *l. si plures 96. ff. de leg. 3.* ideo per consequentias debet omnem, qui suscipit mandatam iurisdictionem, & verò etiam legatum proconsulis complecti, quippe, qui & ipse iurisdictionem suscipit mandatam.

Secundo, quia Papinianus in sequentibus verbis apertè ostendit, se loqui, non solum de ijs quibus a prætore mādatur iusisdictio, sed etiam de legato proconsulis nam subijcit, *Verius est enim more maiorum iurisdictionem quidem trāsferri, merum autem imperium, quod lege datur, non posse transire*, quæ verba, etiam ad proconsulis legatum pertinere, clarissimè demonstrant subsequentia, quibus inferēdo Papinianus, *Quare nemo dicit*, inquit, *animaduersionem legatum proconsulis habere mandata iurisdictione*. Si igitur sequentia, quæ & ipsa indefinita sunt, & ad præcedentia continuatiuè veniunt, pertinent etiā ad legatum proconsulis, cur non et præcedentia? cum ex sequentibus præcedentia declarentur *l. si seruus plurium 53. §. vlt. ff. de leg. 1.*

Secūdo probatur, quia propria non dicitur iurisdictio, quam quis habet ex mandato *d. l. 1. §. qui mandatā ff. de off. eius*. Sed legatus proconsulis iurisdictionem habet ex mandato *l. obseruare 4. §. vlt. l. legati 13. ff. de off. proc. & leg.* Non habet igitur propriam iurisdictionē.

Nec est, quod aliquis respōdeat, legatū proconsulis expectare quidem mandatum, vt habeat iurisdictionem, sed eo subsecuto non habere iurisdictionem ex vi mandati, sed ex beneficio principis, qui eum veluti socium dedit proconsu-
17 li, † *vt respondent Mart. Mont. in rub. ff. de off. eius nu. 69. vers. circa primum Cuiac. in d. l. 1. & d. l. more 5. & d. l. eum qui 13. ff. de iurisd. & in d. l. & quia 6. ff. eod. in 2. lib. Paul. ad ed.* quia verius est, imo habere iurisdictionem ex vi mandati, vt probat *l. solet 6. §. sicut ff. de off. proc. & leg.* vbi Vlpianus, *sicut mandare iurisdictionem, vel non mandare est in arbitrio proconsulis*, inquit, *ita adimere mandatam iurisdictionem licet quidem proconsuli, non autem debet incōsulto principe hoc facere*:
18 nam, cum arguat † a voluntate proconsulis in mandando ad voluntatem in adimendo, scilicet, quia, quemadmodum legatus ex volūtate, & mandato procōsulis habet iurisdictionem, ita etiam ex contraria eius voluntate, & reuocatione mandati eam habere definit, nō obscurè significat, totum hoc a volunta-

luntate, & mandato proconsulis dependere, & sic legatum etiam, post mandatum habere iurisdictionem ex mera voluntate, & beneficio proconsulis. Nec est contrariũ quod in reuocatione debeat procõsul principem consulere, quia non ideo minus dicitur iurisdictio proconsulis arbitrio reuocari, vt indicant illa verba, *est in arbitrio procõsulis*, quorum nomine fit comparatio, sed hoc ideo fit, quia debet aliquid ei deferri, a quo legatus proconsuli datus est, ne alioquin eius authoritas omnimodo sperni videatur.

Tertio probatur ex eo, quia iurisdictio, quæ transfertur in legatũ

19 est iurisdictio proconsulis, † vt probant illa *l. cognitio 4. in prin. ff. de off. eius*, verba, *cum propriam iurisdictionem legatis tuis dederis*, & nõ obscurè significat Vlpianus *in l. obseruare 4. §. vlt. ff. de off. proc. & leg.* dum, *Post hæc ingressus prouinciam* inquit, *mandare iurisdictionem legato suo debet, neque ante hoc facere, quam fuerit prouinciam ingressus: est enim per quam absurdũ antequam ipse iurisdictionem nanciscatur (nec enim prius ei competit quam in prouinciam venerit) alij eã mandare quam non habet.* nam his

20 verbis † ostendit iurisdictionem, quæ transfertur in legatum, esse eã dem ipsam iurisdictionem, quam proconsul habet. Est igitur aliena, non propria legati. Probatur autẽ consequentia, quia, si esset propria legati, siue, vt aiunt nostri, si proprietas iurisdictionis in eum transferretur, non haberet amplius proconsul propriam iurisdictionem, siue iurisdictionis proprietatem, vt euenit in ijs casibus in quibus is, qui proprietatem habet, eã transfert in alium. Atqui proconsul non obstante mandato suam adhuc iurisdictionem, & iurisdictionis proprietatem habet, exemplo aliorũ magistratuum, qui iurisdictionis proprietatem, nec abdicant a se, nec abdicare possunt, *vt diximus in 1. c. q. 1. nu. 6. & c. 5. q. 4. nu. 45.* Non transfertur igitur proprietas in legatum, & sic non fit propria legati.

Nec est quod respondeas, transferri proprietatem iurisdictionis in legatũ, eandemq; apud proconsulem remanere, neq; id esse absurdum, cum iurisdictio, tamquam res indiuidua possit apud duos, aut

21 plures esse insolidum, † *l. vn. vers. sanè ff. de off. cons. l. imperatores 2. §. si magistratus ff. de appellat.* quia verius est in proconsulis legatum nec priuatiuè iurisdictionem transferri, nec cumulatiuè, non priuatiuè, quia, *vt dictum est*, proconsul eam retinet, neq; cumulatiuè, quia retinet eam insolidum, ne alias incipiat legatus esse par suo proconsuli, & parem cum eo iurisdictionẽ habere, quod, vt non iuris ratio, ita nec priscus mos Romanorum patiebatur: nam, vt appareret, legatos esse multo inferiores proconsule, sine equo prouinciã ingrediebãtur, licet procõsul vteretur sella cu-

22 rulli † vt constat ex Spartiano in Seuero, *& scribunt Alex. ab Alex. lib. 6. Gen. dier. c. 3. & Coras. ad rub. ff. de off. proc. & leg. nu. 4.* transfertur ergo in legatum iurisdictio nõ cumulatiuè, sed executiuè, exẽplo aliorum quibus iurisdictio demandatur, *secundum ea, quæ diximus in 1. c. q. 1. nu. 6. & in hoc c. q. 4. nu. 1.*

Quarto probatur, quia propria tantũ dicitur iurisdictio, quæ principaliter datur, aut lege defertur *l. & quia 6. ff. de iurisd.* Sed legato proconsulis, nec principaliter datur iurisdictio, nec lege defertur,

23 sed solum mandata confirmatur, †

vt

vt in specie de legato procõsulis scribit Egn.Bar.in d.l.more 5. ff. de iurisd. eo scilicet ipso, quod lex dando legatũ proconsuli permittit, vt ad similitudinẽ vrbanorũ, possit ei
24 iurisdictionẽ demandare,† *vt scribit Duar.ad tit.ff.de iudic.c. de iudice,& probat d.l.& quia,qua,vti latius dicemus in 10.c.q.2.nu.5. de legato proconsulis est accipienda.* Non est igitur iurisdictio propria legati.

Quinto probatur, quia iurisdictio, quæ alterius morte extinguitur, non est propria, sed aliena *d.l.& quia*, sed iurisdictio legati extinguitur morte proconsulis, *vt nos latius ostendemus in eod. 10.c.q.2.n.4.* Non est igitur eius propria, sed aliena, idest proconsulis.

Sexto, si legatus propriam iurisdictionem haberet, vtiq; eam mandare posset *l.more 5.ff.de iurisd.* At-
25 qui non potest† *vt scribunt Claud. Cantiun.d.lib.2 de off.iud.c.2.n.16.& 17.Cam.Plant.in d.rub. ff. de off. eius lib.2.c.13.n.12.& fatetur etiã Cuiac.in d.l.more,et rectè(licet Pet. de Bellap.in d.l.more num.6. Vaco a Vacu lib.6.decl. 84.n.5.& 9. Mart. Mõt.in rub.ff.de off.eius n.69. vers. circa primum, & alij pleriq; contrariũ censuerint, & videatur de mente eorum quos retulimus in 5.c.q.4. nu.53.dum aiunt esse speciale in legato proconsulis, vt iudicẽ delegare possit, sicuti declarauimus ibi n.58.)* nam hoc apertè probat regula *l.more 5.ff.de iurisd.* quã etiam ad proconsulis legatum pertinere constat ex lege sequẽti, vtpote quæ de proconsulis legato est accipienda propter illa verba, lex confirmat, *secũdum ea,qua dicemus in d.c.10. q.2. nu.5.* Non habet igitur legatus propriam iurisdictionem.

Nec est quod obijcias, imo legatum posse dare iudicẽ *l. legatus 12. ff.de off.proc.& leg.l.cum prætor 12. §.is quoq;ff.de iud.quo argumẽto vtitur Io.Gill.lib.1.de iurisd.c.10.nu.8.* quia respondeo in ordinarijs iudicijs nihil hoc habere cũ mãdato iurisdictionis cõmune, *vti diximus in 1.c.q.2.nu.7.& q.5.nu.13.* Poterat enim legatus dare iudicem, sed nõ mandare iurisdictionem: In extraordinarijs verò iudicijs, in quibus is, qui dat iudicẽ, mandat iurisdictionẽ, potest quidẽ iudicem in vna causa delegare, sed non ipsam causarum vniuersitatẽ, *vt ostendimus in 5.c.q.4.nu.50.& 54.*

Minus est, quod obijcias, licet legatus iurisdictionem mandare nequeat, nõ tamen ex hoc sequi, non habere eũ propriã iurisdictionem, quia & iudices dati propriã notionẽ habent, *vt dicemus in q.seq.n.1.* & tamen eã in aliũ transferre nequeunt, *vt ostẽdimus in 5.c.q.3.nu. 30.& in his terminis considerat Cuiac. in d.l.more 5. ff. de iurisd.* quia respondeo, imo sequi, Propriam iurisdictionem habet. Potest igitur eã in aliũ transferre, *vti diximus in 5.c.q.1.n.1.& 4.& probat d.l.more,* Nec a iudicis dandi licentia ad iurisdictionis mandandæ facultatem rectè ducitur argumẽtũ, quoniã illa est mixti imperij, *vt diximus in 5.c. q.2.n.10.et in c.8.q.8.n.6.* quod iudicibus datis nõ cõpetit, *vt ostẽdimus in hoc c.q.2.n.15.* ideoq; nil mirũ si iudicẽ dare nequeant, tametsi propriã notionẽ habeãt, At potestas iurisdictionis mãdãdę, neq; est imperij, neq; est iurisdictionis, sed est cuiusdã facultatis ex iurisdictionis proprietate prouenientis, vt more cõparatũ est *d.l.more,* ideoq; debet oĩbus cõpetere, q propriã iurisdictionẽ hẽnt, *secũdũ ea,q̃ diximus*

Septimo probatur hęc sẽtẽtia, qa si legatus haberet propriã iurisdictionẽ, vtiq; magistratus, aut potestas esset; iurisdictio enim dr̃ pro-

pria magiſtratuū, aut poteſtatuū *d. l. cognitio 4. in prin. verſ. cum propriam ff. de off. eius & dicemus in 10. cap. q. 1. num. 3.* Atqui, neque magiſtratus eſt, neq; poteſtas, non
36 magiſtratus, † *vt ſcribunt Cuiac. ad l. 1. ff. de off. eius in 1. lib qu. Papin. Petr. Fab. in d. l. nemo poteſt 71. ff. de reg. iur.* quia non eſt creatus in comitijs, & populi ſuffragijs, moreq; maiorum, vt magiſtratus populi Romani creari ſolent, *ſicuti diximus in 2. c. q. 1. nu. 17. & 18.* Neq;
37 eſt poteſtas† *vt ſcribit Ant. Gou. ad l. eum qui 13. n. 10. ff. de iuriſd.* quia non mittitur a ſenatu, vel à principe tamquam rector prouinciæ, ſed tamquam proconſulis adiutor & oneris ſummi, cui vix proconſul ſufficere poſſet, ſub leuator Quamobrem diſtinguuntur eſſe cum po-
38 teſtate, vel cum legatione † Cic. Verr. 3. *Pertinere hoc ad eorum vtilitatem, qui in prouincijs cum poteſtate, aut cum legatione futuros ſe aliquando arbitrentur*, & ea ratione factum eſt, vt legatus olim non vteretur inſignibus magiſtratuum, neq; veheretur ſella curruli ſed pedibus ingrederetur ciuitatē, vt oſtenderet ſe neq; magiſtratum eſſe, neq; poteſtatē, *vt diximus ſup. nu. 22.* Et quamuis aliquãdo cœperit
39 vti vehiculo, † *vt ſcribunt Spartia. in Seuero, Alex. ab Alex. lib. 6. Gen. dier. c. 3. Petr. Fab. ad l. 2. fo. 387. ff. de orig. iur.* nō tñ id pro curuli ſella, qua ſoli magiſtratus, aut poteſtates vtebantur, accipiēdū eſt, *quicquid ſcripſerit Cuiac. in d. l. & quia 6. ff. de iuriſd. in 2. lib. Pauli ad Edict.* Nō habet igitur propriā iuriſdictionē.

Octauo probatur, quia legatus proconſulis, non niſi in paucis diſtinguitur a cęteris, quibus arbitrio magiſtratus iuriſdictio demandatur, ideſt in ijs quæ retulimus *in 4. c. q. 1. nu. 5.* regulariter enim cenſetur iure cœterorum. Quamobrē,
30 † & à legato proconſulis ad alios trahitur argumentū ab Vlpiano *in l. 1. §. damus verſ. an autē ff. de ſuſp. tut.* & ab alijs ad legatū proconſulis a Papiniano *in l. 1. §. qui mandatā verſ. quare ff de off. eius, & fieri poſſe ſcribunt Alcia. lib. 2. parad. c. 5. nu. 1. Claud. Cant. d. lib. 2. de off. iud. c. 2. num. 12. & 17. in fi. & Ant. Gou. lib. 1. de iuriſd. nu. 37.* Cum igitur alij, quibus mandatur iuriſdictio proprium nihil habeant *d. l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius*, Conſeqnens eſt, vt nec legatus proconſulis proprium habere intelligatur.

Neq; huic ſentētiæ aduerſantur contraria: nam ad primū reſpondent nonnulli, non hoc dicere Pō-
31 ponium † proconſulis legatos nihil habere propriū, niſi a proconſule mandetur eis iuriſdictio, ſed legatos nihil habere propriū proconſulis, niſi eis mandetur iuriſdictio, ideſt nō babere iuriſdictionē, quæ eſt propria proconſulis ante, quam eis mandetur, quaſi dictio, proconſulis, primo loco poſita nō reſpiciat verbum, legari, ſed verbū proprium. *Ita Donell. lib. 17. comm. c. 8.* Acutè ſanè & ingenioſè, ſed nō ita tutò, quin aliquem dubitationis ſcrupulū relinquant; nam procon-
32 ſulis dictionē primo loco prolatā† verbum, legati reſpicere ex eo intelligimus, quia alioquin Pōponius nō niſi fruſtra, & perperam idē nomen proconſul repetijſſet: ita n. ſcripſiſſet, Legati nihil proconſulis habent propriū, niſi ab eo mādetur iuriſdictio, & tñ ait, Legati proconſulis proprium nihil habent, niſi a proconſule eis mandetur iuriſdictio. Itaque hæc proconſulis repetitio diligenter conſiderantibus indicat, primam eius mentionem reſpicere nomē illud, legati, quod erat initio poſitū, & hoc ſignificare

Pom-

Pomponium, proconsulis legatos
nihil habere propriũ, nisi eis a pro
consule mandetur iurisdictio.
33 Quamobrẽ probabilius est, † quod
*Cam. Plaut. ad rub. ff. de off. eius lib.
1. c. 9. nu. 3. & c. 11. nu. 13. & lib. 2.
c. 13. nu. 4. Pet. Fab. ad l. nemo potest
71. ff. de reg. iur* & alij pleriq; tradi
derunt, scilicet, legatũ proconsulis
nihil habere propriũ ante, quam ei
mandata sit iurisdictio, sed postea,
quam mandata fuit, habere pro-
prium, non quidem id, quod man-
data iurisdictione transfertur ex
ipsa vi mandari, idest, non iurisdi-
ctionem, & ei cohęrens imperium;
nam hæc habet, vt proconsulis vi-
ces gerens, non, vt sua, sed id tan-
tum, quod vi mandari nõ transfer-
tur, &, vt ab eo fieri possit aliqua
principis constitutione factum est.
Itaq; habebit proprium, quia pote
rit dare tutorem ex oratione Diui
Marci *l. 1. §. legatus ff. de tut. & cur.*
poterit cognoscere causas crimina
les ex constitutione Constantini *l.
vn. C de off. proc. & leg.* & id genus
alia facere, quæ specialiter ei per-
missa sunt. Et sanè, licet principum
constitutionibus quædam speciali-
ter tributa sint proconsulis legato,
non tamen ea facere potest ante,
quam a proconsule mandetur ei
iurisdictio, & ex tali mandato to-
tum officiũ iurisdicundi consequa-
tur, quia constitutiones illæ sunt
accipiendæ de legato, qui procon-
sulis vices gerit, quæ res ante, quã
ei mandata sit iurisdictio, dici ne-
quit. Itaq; prædicta non habet, ni-
si post mandatum, sed, vbi id factũ
est, habet iure proprio, & ex pro-
pria persona, non ex persona pro-
consulis, & sic propter mandatum,
34 non ex mandato † *vt eleganter ex-
plicat Cam Plaut. in d. rub. de off. ei*[9]
lib. 1. c. 9 nu. 3. & lib. 2. c. 13. nu. 4.
Hoc igitur est, quod scribit Põpo-
nius, dũ ait, legatos proconsulis ni-
hil habere proprium nisi a procon
sule mandata sit eis iurisdictio: si-
gnificat enim eos nihil habere ex
ijs, quæ specialiter eis tributa sunt,
nisi à proconsule fuerit eis manda
ta iurisdictio.

Nec est, quod obijcias, ea, quæ
specialiter tribuũtur, non dici pro-
pria eorum, quibus conceduntur,
vt diximus in 8. c. q. 1. nu. 31. scili-
cet, quia non, nisi alieno beneficio
habentur. Quamobrem, ne magi-
stratus quidem ipsi dicuntur ea ha
bere iure suo, id est iure magistra-
tus *l. 1. in prin. ff. de off. eius.* Quia
respondeo, id, quod specialiter tri-
buitur legato, non ideo dici pro-
prium ipsius, quia competat ei iu-
35 re suo, † vt propria magistratuum
dicitur iurisdictio *in d. l. cognitio 4.
in prin. vers. cum propriam ff. de off.
eius*, quæ ipsorum est, & quam ha-
bent iure suo *l. more 5. ff. de iurisd.
l. & si prætor 3. ff. de off. eius*, idest iu
re magistratus *l. 1. in prin. ff. de off.
eius*, & proprij verbum sumitur *in
l. 1. §. qui mandatam ff. eod.* Sed dici
proprium, idest a iurisdictione pro
consulis separatum, & legato com-
petens, non vi mandati, nec quia
proconsulis vices gerat, sed, quia
specialiter ei fuit constitutione tri
butum, & sic proprium, idest spe-
ciale, & peculiare, nõ cum alijs cõ-
36 mune, † *vt et in §. illud inst. de adop.
l. ius ciuile 6. ff. de iust. & iur. & ex-
plicans Claud. Cant. lib. 2. de off. iud.
c. 2. n. 14. Duar. ad l. more 5. ff. de iu
risd. Edu. adu. Gou. lib. 2. fo. 39. et Mu
ret ad l. 1. §. qui mandatã ff. de off.
eius*, quæ explicatio haud dubiè
37 probabilior est, quã illa † Antonij
Vaccæ, *quẽ nõ improbat Coras. ad l.
legati 13. n. 3. ff. de off. pc. & leg.* vel
lectionẽ mutãtis, & loco illorũ ver
borum, *nisi a procõsule eis mãdetur
iurisdictio* legentis, *nec, si a procon-*

sule cũ mandetur iurisdictio , vel
propriũ idest certũ interpretantis
eo sensu, quo sumitur apud Virg.
lib. 7. Aen. dũ ait, *Hũc mihi da pro-
prium virgo sata nocte laborem.*

Ad secundũ verò respondeo, da
re in iurisdictionis materia solere
plerunq; sumi prò mandare, & de-
38 legare, † *l. 2. ff. de iurisd. et in his ter
minis declarant Castr. in l. e. §. qui
mandatã nu. 1. & ibi Ias. nu. 2. ff. de
off. eius Cam Plant ad rub. ff. de off.
eius lib. 1. c. 8. nu. 7. Muret. in d. l. co-
gnitio 4. in prin. ff. de off eius, & nos
diximus in 1. c. q. 1. nu.* 4. & ita ne-
cessariò sumi *in d. l. cognitio* · quia
alioquin si procõsul dando suis le-
gatis iurisdictionẽ censeretur pro-
prietatẽ in eos transferre , nõ reti-
neret eã, quod iuris ratio nõ patiẽ,
vt diximus sup. n. 20. circa medium.

Ad tertiũ respõdeo, Imo legatũ
nõ a principe iurisdictionẽ habere
sed a proconsule, & ex eius volun-
39 tate, & mandato·, † *vti demonstra-
uimus in secundo fundamento, & in
specie scribit Carol. Sigo. lib. 2. de an
tiq. in. prou. c. 3.* Nec obstare, quod
a principe detur proconsuli , vt ei
mandetur iurisdictio , quia ex hoc
nõ sequitur, quin iurisdictionis mã
datũ pendeat ab eiusdẽ proconsu-
lis voluntate, & arbitrio, tã vt fiat,
quã, vt reuocetur *l. solet 6. §. sicut
ff. de off. proc. et leg. & diximus in 7.
c. q. 1. nu. 3. & dicemus in c. seq. q. 6.
nu.* 4. Nam princeps assignat perso
nã, cui mandetur iurisdictio, si con
tingat proconsulem eam velle mã
dare, non etiã, vt ei mãdetur neces
sario, *vt diximus in 4. c. q. 1. num. 4.*
Itaq; non potest ex hoc legatus di
ci habere iurisdictionẽ a principe,
sed potius a procõsule , & tamquã
eius vicesgerens, *secundum ea, qua
diximus* , cũ & iudex a magistratu
delegatus ex iussu, & authoritate
principis nõ censeatur ob id datus
a principe, sed a magistratu, nec a
cęteris iudicibus datis distinguatur
*l. vlt. ff. quis & a quo app. l. e. § si
quis in appellatione vers. deniq; ff.
de appell. & scribit Cam Plant. in d.
rub. ff. de off. eius lib. 1. c. 11. nu. 18.*

Ad quartũ respondeo imo pro-
consulis arbitrio reuocari, *vt aper-
tè significatur in d. l. solet 6. § sicut;*
Nec esse contrarium , quod prius
40 debeat consuli princeps, quia † nõ
ideo hoc fit, quia legatus post man
datũ habeat propriã iurisdictionẽ,
sed, quia, cũ datus sit ab ipso prin-
cipe , videretur quodã modo eius
maiestas sperni, si mandata iurisdi
ctio reuocaretur; Quamobrẽ factũ
est, vt possit quidẽ proconsul arbi-
trio suo reuocare, sed, vt personæ,
quæ legatũ adiũxit, aliquid desera
tur, debeat prius cõsulere principẽ

Ad quintũ autem, in quo maior
dubitatio continetur respondeo,
negando, legatũ procõsulis in hoc
a cœteris, quibus mandatur iurisdi
ctio differre; nam, quemadmodum
ab alijs non appellatur mandans,
sed superior, *vt dictum est in q pra
ced.* ita, nec a legato proconsul ap-
pellatur, sed superior , idest impe-
rator, ne alioquin idem proconsul
41 a se ipso appellari videretur.† *Ita
Cam. Plant. ad rub. ff. de off. eius lib.
1. cap. 12. num 13. cap. 14. num. 8.
& ibi Martin. Mont. n. 71. Ant. Gou.
lib. 1. de iurisd. nu. 37. & lib. 2. n. 50.
& ad l. 1. nu. 6. & 10. ff. eod. Muret.
in l. e. § qui mãdatam ff. de off. eius.*
Nec obstat *l. 2. ff. quis, & a quo app.*
quia respondent pleriq; non ita le
42 gendum esse, quomodo † legitur
in vulgatis codicibus, *a legato pro-
consul,* sed , *a legato proconsulis ap-
pellatur* , quasi Venuleius non de-
finiat quæstionem illam , ad quem
deuoluatur appellatio , sed tan-
tum illam , a quo possit appellari.
*Ita censuerunt Ant. Gou. lib. 1. de
iurisd.*

iurisd. nu. 37. & lib. 2. n. 50. & ad l. 1. n. 6. & lib. 1. var. lect. c. 46. & eo tacito Martin. Mont. in rub. ff. de off. eius nu. 71.

Verum hæc sententia, vt est cõmentitia ita & merito fuit a plerisq; recentioribus, *vt ab Eduard aduers. Gou. lib. 2. de iurisd. fo. 48. & alijs* improbata: Primum enim quis vnquam dubitare potuit, quin a legato proconsulis appellari possit? si enim potest a proconsule *l. a proconsulibus 19. C. de appell.* cur non sine dubio & ab eius legato? Secundò verò repugnat vetus, & Florentina lectio, quę *Proconsul* habet, non *Proconsulis*. Tertio imperfecta remaneret Venulei sentẽtia, nec titulo, cęterisq; sub eo positis capitibus responderet: nam, cum duo sint, quæ titulus inquirenda proponit, quis scilicet, & a quo appelletur, solum posterius & perperam exposuisset Venuleius.

Quamobrem verius est, cũ quęrimus, an proconsul appelletur a
44 legato, multum referre † vtrũ tractemus de ijs rebus, quæ transferũtur in legatum ex vi mandati, an verò de ijs, quæ legato tributa sũt lege, vel senatus consulto, vel constitutione principis: nam si de ijs, quæ legatus habet a proconsule ex vi mandati, magis est, vt ab eo, non proconsul, sed princeps debeat appellari, quia, cum in ijs legatus nihil habeat proprium, sed gerat vices proconsulis, ac eo modo videatur proconsul ipse cognoscere, & pronuntiare, cum legatus pronuntiat, si ab eo procõsul appellaretur, idem a semet ipso appellari videretur, quod iuris ratio non patitur. Et in his terminis nos loquimur, *et procedũt dicta eorũ, quos retulimus sup. nu. 41.* At, cũ tractamus de ijs, quæ sũt propria legati, i. quæ facit, non ex vi mandati, sed beneficio alicuius legis, vel cõstitutionis, verius est, ab eo proconsulẽ appellari, quia, cum ea nõ habeat legatus a proconsule, non potest per consequẽtias in ijs dici gerere vices proconsulis; Quo fit, vt licet ab eo proconsul appelletur, non tamẽ idẽ a se ipso videatur appellari, sed superior ab inferiore; Et in his terminis
45 accipiendus est Venuleius † *in d. l. 2. ff. quis & a quo, ut rectè docuit Cam. Plant. in d. rub. ff. de off. eius lib. 1. c. 12. nu. 13. & c. 14. nu. 8. licet erret in exemplo.*

At verò, dixerit aliquis, imo quod ait Venuleius, a legato procõsulẽ appellari, procedere etiã in ijs, quæ legatus habet à proconsule, & quæ vi mãdati in eũ transferũtur; nã etiã in multa proconsul appella-
46 tur a legato, † vt indicant illa, quæ sequuntur verba, *& si multã dixerit, potest de iniquitate eius proconsul cognoscere, & quod optimũ iudicauerit, statuere*, & tamẽ multæ dictionẽ non habet legatus beneficio legis, nec vt propriã, *ut censuit Cã. Plant. d. lib. 1. c. 12. nu. 13. & c. 14. nu. 7. & retulimus in 8. c. q. 16. n. 89.* Sed vi mandati, &, vt alienam, scilicet, quia in multæ dictione consistit modica coercitio, quæ mandata iurisdictione transfertur ob id, quod sine ea nulla est iurisdictio *l. vlt. §. vlt. ff. de off. eius. & nos latè ostendimus in 8. c. q. 16. nu. 66.* Verũ Respondeo, quod subijcit Venuleius posse proconsulem cognoscere de iniquitate legati, si multã dixe-
47 rit nõ esse intelligẽdũ, † si fuerit appellatũ, (*tametsi Men. lib. 1. de arb. iud. q. 74. n. 16. contrariũ putet esse verum,*) sed, si proconsul hoc faciat ex officio, scilicet, quia, cũ multa dicitur iniqua, & immoderata, potest sine remedio appellationis idẽmet qui multã dixit, eius iniquitatem emẽdare, & ad bonum, & æquum

48 redigere,† *l. certa 5. C. quando pro*
voc. non est nec l. illicitas 6. §. vlt. ff.
de off. præsid. Quo fit vt idem face-
re possit magistratus, cum eius vi-
carius multam dixit, quo casu ipse
met dixisse videtur. Hinc intelligi-
mus Venuleiũ *in d. l. 2.* ff. *quis, & a*
49 *quo app.* hoc dicere,† A legato pro-
consulem appellari, videlicet in ijs
causis, in quibus legatus non gerit
vices proconsulis, in ijs verò; in qui
bus eius partibus fungitur, nõ ap-
pellari procõsulem, sed, si legatus
multam dixerit, posse proconsulẽ
sine appellatione de eius iniquita-
te cognoscere, & quod optimum
erit statuere. Non dico autem non
loqui Venuleium de appellatione,
quia tractat de multa, in qua non
50 licet appellare,† *vt ait Ant. Gou. ad*
d. l. 1. num. 7. ff. *de iurisd. & d. lib. 1.*
var. lect. c. 46. quia verius est etiã
51 in multis appellari posse † *l. & in*
multis 25. C. de appellat. l. si qua pœ-
na 244. ff. *de verb. signi.* Nec respon-
deas hoc esse intelligendũ de mul-
tis, quæ propter crimina irrogan-
tur, non etiam de ijs, quæ propter
52 contumaciam, † *vt ait idem Ant.*
Gou. in d. l. 1. nu. 8. ff. *de iurisd. & d.*
53 *lib. 1. var. lect. c. 46.* quia,† quæ pro
criminibus indicitur, pœna est non
multa *l. aliud est fraus 131. §. 1. et d.*
l. si qua pœna 244. ff. *de verb. signi.* Mi
nus dico, ideo non tractari de ap-
pellatione, quia, cum legatus non
possit dicere multam, si dixerit, ini
què agit, & idcirco potest procon-
sul de eius iniquitate cognoscere,
54 † *vt respondet Martin. Mont. in d.*
rub. ff. *de off. eius nu. 71.* quia verius
55 est, Imo † legatum posse dicere
multam, quippe, quæ cõpetit pro-
consuli iure magistratus, ideoque
mandata iurisdictione transfertur
in legatum, *vt ostendimus in 8. c. q.*
16. nu. 87. Sed dico non tractari de
appellatione quoniam agitur de
multa, cuius iniquitas sine appella
tione potest ab eodem magistratu
emendari, *vt dictum est.*

Ad sextum deniq; respondeo,
Imo non esse magistratum, siue, vt
56 vulgo dicimus, ordinarium,† *vt de*
magistratu diximus supra nu. 26. de
ordinario verò scribit Claud. Cant.
lib. 2. de off. iud. c. 2. n. 13. Cam. Plaut.
ad rub. ff. *de off. eius lib. 1. c. 6. nu. 3.*
& 8. Sed dici similem ordinario,
57 † *vt ait Claud. Cãt. d. c. 2. n. 13.* quia
vicẽ ordinarij refert, *vt scribit Cu-*
iac. ad l. 1. ff. *de off. eius in 1. lib. q. Pap.*

Nec obstat, quod ei darẽtur co-
mites, quia præter id, quod hi non
dabantur a Rep. sed a magistrati-
bus ipsis, & ijs, qui magistratuũ vi-
58 cem obtinebant, sumebantur,† *vti*
fatetur idem Cuiac. d. lib. 7. obser. c.
25. constat etiam ex hoc nõ rectè
inferri legatum fuisse magistratũ,
quia comites, idest, assessores erãt
omnibus necessarij, qui, vel suo,
vel alieno nomine iurisdicundi of
ficium exercebant ob id, quod tan
quam legum imperiti non poterãt
ea, quæ iuris sunt, sine consilio pe-
ritorum statuere, *vti latè ostendi-*
mus in 6. c. q. 5. nu. 3.

Minus obstat, quod ei pariter da
rentur lictores, & fasces, quæ vidẽ
tur insignia magistratuũ, quia res-
pondeo ex hoc nõ sequi eos fuisse
magistratus, *vti rectè animaduertit*
Petr. Fab. ad l. nemo potest 71. ff. *de*
reg. iur. nã lictores concedebantur
59 etiã ijs qui nõ erant magistratus, †
vt putà legatis, qui nõ Reipublicæ
causa, sed gratia rerũ priuatarũ libe
ras legationes obibant, & senatori-
60 bus,† qui non erãt magistratus, sed
ab ijs distinguebantur *l. amissione*
5. §. vlt. ff. *de cap. minu. et diximus in*
8. c. q. 3. n. 71. vnde Cic. li. 12. Epist.
fam. ep. 21. *Caius Auisius familiaris*
meus, inquit, *vir omnibus rebus or-*
natus, negotiorum suorum causa
lega-

legatus est in Aphricam legatione libera; Eum velim rebus omnibus adiuues, operamq; des, vt quam commodissimè sua negocia conficiat, In primisque, quod ei carissimum est, dignitatem eius sibi commendo, idque a te peto, quod ipse in prouincia facere sum solitus non rogatus, vt omnibus senatoribus lictores darem, quod idem acceperam, & cognoueram a summis viris factitatum.

SVMMARIVM.

1 *Iudices dati propriam habent notionem.*
2 *Iudices dati habent notionem a lege, Declara, vt nu. 3.*
4 *Appellatur a iudice dato magistratus, qui eum dedit, & cur nu. 5.*
6 *Iudex datus non fungitur partibus magistratus, sed suis.*
7 *Appellatur a iudice dato magistratus, qui dedit, etiamsi dederit ex iussione sacra.*
8 *Iudices dati ex sacra iussione nihil vlterius habent, quam cæteri pedanei.*

An iudices dati proprium habeant

Quæstio Sexta.

IVDICES autem dati,
an notionem, quæ in eos
transfertur, propriam ha
beant, si quæramus, con-
stat inspecto veterum iudiciorum
1 ordine habere propriam,† *vt scri-
bunt Cam. Plaut. ad d. tit. ff. de off.
eius lib. 1. c. 14. nu. 11. & 15. & Cu-
iac. in d. l. more 5. ff. de iuris. tametsi
Ranar. lib. 3. vario. cap. vlt. num. 4.
contrarium censuerit, & malè*, quia
non habent eam a magistratu, sed
2 a lege,† *vt scribit Cam. Plaut. d. lib.
1. c. 14. nu. 11.* quippe, quæ iudicia
modo transtulit ad senatum, modo ad equites, *vti latissimè ostendimus in 7. cap. q. 1. nu. 7.* Nec est contrarium, quod iudicare nequeant, nisi a magistratu dentur *l. pen. ff. de iudic.* quia talis datio, non tribuit notionem, sed implet conditionē, sub qua fuit lege data: lex enim tribuit senatoribus, & equitibus iudicandi potestatem, sed expecta-
3 to demum prætoris iussu † *vt scri-
bit Cam. Plaut. d. lib. 1. c. 13. nu. 20.
& c. 14. num. 2. & 11. & nos diximus in primo c. q. 5. num. 5.* Quo fit, vt, cum prætor aliquem iudicare iubet, non dicatur ei tribuere potestatem, sed implere conditionem, sub qua data fuit, vt dicimus de præside, qui iubet magistratui municipali, vt det tutorem; Nam eo modo, nō censetur dare tutoris dationem, sed implere conditionem, sub qua magistratibus municipalibus fuit lege tributa, *vt diximus in 8. c. q. 3. nu. 92.* Hinc infertur.

Primo a iudice dato non alium
4 appellari, quā eum, qui dedit, † *l.
1. in prin. l. vlt. ff. quis & a quo app. l. 1. §. si quis in appellatione l. imperatores 21. in prin. ff. de appell. & scribunt Alcia. lib. 2. Parad. cap. 5. num. 2. Claud. Cantiunc. lib. 2. de off. iud. cap. 2. num. 1. Purp. in rub. ff. de off. eius num. 6. & ibi Camill. Plaut. lib. 1. cap. 12. num. 2. cap. 13. num. 14. & cap. 14. nu. 7. Io. Gill. lib. 2. de iurisd. & imp. cap. 22. num. 2. Longou. ad l. imperium 3. num. 24. ff. de iurisd. Duar. ad tit. ff. de iurisd. c. 8. & ad l. more 5. ff. eo. Ant. Gou. ad l. 1. nu. 10. ff. eod. Egu. Baro ad l. 2. ff. eo. Cuiac. ad l. aliquando 5. ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Papin. Don. lib. 17. comm. c. 8. Andr. Fach. d. lib. 1. contro. c. 78.* quia hoc modo non videtur idem a se appellari, vt dicimus de eo, cui mādata est iurisdictio, sed superior ab inferiore, ma-
5 gistratus a priuato, † *vt scribit Cu-*

tac.in d.l.aliqñ §. *ff. de off. pc. et leg. in 1. lib. q. Papin.* Nã, cũ iudex datus iudicat, non vt ipsemet magistratus iudicare, quia in hac re iudex non fungitur vice, & partibus ma-
6 gistratus, sed suis, † *vt elegãter scribunt Cam. Plant. d. lib. 1. c. 13. nu. 20. & cap. 14. nu. 11. & 15. Duar. ad d. tit. ff. de iurisd. c. 8. & ad d. l. more* §. *ff. eo. Ant. Gon. ad l. 1. n. 11. ff. eod. Cutac. ad d. l. aliquando* §. *ff. de off. proc. & leg. in 1. lib. q. Pap. Don. d. lib. 17. comment. c. 8.* partes enim magistratus non consistunt in iudicando, sed in iure dicundo, *vt ostendimus in 1. c. q. 3. num. 22. et cap. 3. q. 2. nu. 8.* Idque adeo verum est, vt procedat etiam, si iudex datus sit a magistratu ex rescripto principis, siue ex sacra iussione: nam ab eo non princeps appellatur, sed magistratus,
7 qui eum dedit † *l. vlt. ff. quis, & a quo app. l. 1. §. si quis in appellatione vers. denique ff. de app. & scribunt Alcia. d. lib. 2. Parad. cap. 5. num. 4. Claud Cantiun. d. lib. 2. de off. iud. c. 2. nu. 9. Cam. Plant. d. lib. 1. c. 13. nu. 27. Lescu. in d. l. 1. in prin. num. 139. ff. de off. eius*, scilicet, quia huiusmodi iudex nihil vlterius, quam alij iudices pedanei, habere intelligi-
8 tur, † *vt scribunt Alcia. d. lib. 2. Parad. c. 5. nu. 4. & Claud. Cantiun. d. lib. 2. c. 2. nu. 9. & nos diximus in 4. c. q. 2. nu. 6.* Quinimo magistratus, qui dedit iudicem potest eius sententiam etiã sine appellatione corrigere *l. 2. ff. a quibus app. non lic.* Hoc enim operatur formula, quã ei magistratus in datione præscribit, *vt diximus in 1. c. q. 3. nu. 23. & c. 7. q. 3. nu. 6.*

Secundo infertur, morte magistratus, qui dedit iudicem, non solui dationem, tametsi res integra sit, *vt latius ostendemus in cap. seq. q. 3. nu. 5.* quia tali morte non extinguũtur, nisi, quæ sunt illius propria *l. et quia 6. ff. de iurisd.* iudicis autẽ notio non est propria ipsius magistratus, sed iudicis, quippe qui datione secuta, & eo modo impleta conditione incipit habere notionem a lege, non ab homine, &, vt propriã non, vt alienam, *vt supra dictũ est.* Non debet igitur ea morte magistratus extingui.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ad vnam causam nihil habet proprium.*
2 *Delegatus ad vnam causam non habet, nisi iurisdictionis vsum, et exercitium.*
3 *Delegatus ad vnam causam vtitur iurisdictione delegantis.*
4 *Delegatus ad vnam causam exercet iurisdictionem nomine delegantis.*
5 *Delegatus ad vnam causam fungitur vice delegantis.*
6 *Delegatus ad vnam causam habet iurisdictionẽ delegatã, non propriã*
7 *Delegatus ad vnam causam habet iurisdictionem delegatam propriã, Sed contra nu. 8.*
9 *Appellatur delegans a delegato ad vnam causam, & cur nu. 10.*
11 *Delegatus ad vnam causam non reddit ius in tribunali delegantis.*
12 *Delegatus ad vniuersitatem causarum subdelegãdo nihil sibi retinet, & ideo non appellatur ad eum, sed ad primum delegantem.*
13 *Delegatus a principe nõ appellatur a subdelegato, si propter suspicionẽ subdelegauerit, & cur nu. 14.*
15 *Delegatus a principe iure ciuili non appellatur a subdelegato, Sed contra nu. 17.*
16 *Declaratur l. vn. C. qui pro sua iurisd. & nu. 18. & 22.*
19 *Delegatus a principe quando appelletur a subdelegato iure canonico, & nu. seqq. vsq; ad nu. 24.*
24 *Delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparatur ordinario, & cur*

An hodie iudex delegatus habeat propriam iurisdictionem.

Quæstio Septima.



SED hęc quidem de ijs iudicibus dicuntur, quos olim dabant magistratus in ordinarijs iudicijs. Qui verò extraordinem hodiè delegantur, an proprium quicquam habeant, dubitari potest; Sed, cum eorum duo sint genera: quidam enim delegantur à principe, quidam verò à magistratu, &, qui à magistratu, vel delegantur ad vnã causam, vel ad causarum vniuersitatem, *vti docuimus in* 4. *cap*. *q*. 2. *num*. 4. *& seqq*. si loquamur de ijs, qui ad vnam causam à magistratu delegantur, res caret dubio: nam certi iuris est, eos proprium nihil
1 habere, † *l*. 1. § *qui mandatam*, *ff*. *de offic*. *tim*, *& scribunt Ang*. *in l*. *more* 5. *nu*. 1. *& ibi Ias*. *nu*. 1. *Caccial*. *nu*. 3. *Dec*. *nu*. 3. ff. *de iurisd*. *Castr*. *in l*. 1 *num*. 5. ff. *de damn*. *inf*. *Ias*. *in l*. *ait prætor* 5. *in princ*. *nu*. 4. ff. *de re ind*. *Paul*. *Oria*. *in rubr*. ff. *de offic*. *eius*, *nu*. 6. *& ibi Alb*. *nu*. 3. *Purp*. *num*. 15. *Mart*. *Mont*. *nu*. 69. *vers*. *circa primum*, *& Cam*. *Plaut*. *lib*. 1. *cap*. 1. *nu*. 9. *& cap*. 9. *nu*. 1. *Io*. *Gill*. *lib*. 2. *de iurisd*. *& Imp*. *cap*. 22. *nu*. 1. *Coras lib*. 3. *Miscell*. *cap*. 19. *nu*. 1. *Andr*. *Fach*. *lib*. 1. *contr*. *cap*. 45. *&* 78. Nec obstat, quod dicantur habere iurisdictionem, *vt diximus in hoc cap*. *quæst*. 3. *num*. 12. vtpote, quæ eis datur

datur l.cognitio 4.in princ. vers.cum
propriam, ff. de offic. eius, & in eos
transfertur, l. 1. §. qui mandatam,
vers.verius,ff.eod. quia non intelli-
gitur id, quoad proprietatem, sed
tantum, quo ad vsum,& exercitiũ,
2 † d.l.1.§.qui mandatam, & ibi Cast.
nu.1.Ias.nu.2.& 4.ff.de offic. eius.
Bald. in l. à iudice 5. in princ. & ibi
Castr.nu.1.Ias.nu.4.C.de Iudi. Bal.
in rubr.de off. & pot.iud.del. num.1.
Ang.in d.l.more 5.nu.1.& ibi Castr.
nu.1.Alex.nu.1.Ias.num.1.Caccial.
nu.3.Dec.nu.3.ff.de iurisd. Castr.in
l.1.nu.5. ff de damn.inf.Ias. in l.ait
prator 5.in prin.num.4. ff.de re iud.
Paul.Oria. in d.rubr. ff.de offic.eius,
nu.14.& ibi Alb.nu. 4. Cagn. nu.8.
Cam.Plant.lib.1.cap.8.nu.1. Iac.de
Nig.in l.vlt.n.2.& 3.& ibi Sob.Sap.
num.1.ff.de offic.eius,Vaco à Vacn.
lib.6.declar.84.num.1. Andr.Fach.
d.lib.1.contro.cap.40. nam proprie-
tas iurisdictionis remanet apud de
legantem, vt diximus in 1.cap.q.1.
num.6. quippe, qui eam à se abdi-
care nõ potest, vt diximus in 5.cap.
quaest.4. nu.45. Vnde dicimus de-
legatum vti iurisdictione delegan-
3 tis, † d.l.1.§.qui mandatam, & ibi
Ias.num.2.ff.de offic.eius,Castr.in l.
vlt.nu.3.C.vbi, & apud quem, Ias.
in d.l.ait prator 5.in prin.num.4.ff.
de re indic. Dec.in d.rubr. ff.de offic.
eius,nu.10.vers. non obstant allega-
ta,& ibi Cam.Plant.lib.1.cap. 2.nu.
1.vers.2.& lib 2.cap.3.nu.5. Coras.
d.lib.3.miscell.cap.19 nu.1. & eius
nomine iudicere, siue iurisdictio-
4 nem exercere, † l. & si prator 3. ff.
de offic.eius,& scribũt Bar.in l.Im-
perium 3.in fi.ff.de iurisd. Dec.in d.
l.more 5.nu.6 ff.eod. eiusque parti-
5 bus,& vice fungi, † l.solet 16.& ibi
not.Bart.& Castr.ff.de iuris.& scri-
bunt gl.in l.in causa 17.§.fi.in verb.
pro iurisdictione,ff de minor.Bar. in
d.l.1.§.qui mandatam, & ibi Castr.
nu.4.Ias.nu.8. ff.de offic.eius, Alex.
in d.l.à Iudice 5.num.14.& ibi Ias.
nu.4. C.de Iudic. Ias.in d.l.ait pra-
tor 5.in princ.nu 6. ff.de re iud.Iac.
de Nig.in d l vlt nu.1.ff.de off.eius,
Alb.in rubr. ff.de offic.eius, nu.1.&
ibi Purp. num.16. Cam.Plant. lib.1.
cap.2.nu.1. vers.2. & cap.15.nu.3.
& lib.2.cap.3.nu.5. Vaco à Vacn.d.
lib.6.decl.84.num.7. Aemil. Ferr. in
rub. C.de mand.prin.num.11.Andr.
Fach. d.lib. 1.contr. cap.40. etiamsi
sit ordinarius, l.& si prator 3.& ibi
not.Bart.& Ias.nu.1.ff.de offic.eius;
scilicet, quia hoc vnum est, quod
agitur, cum iurisdictio delegatur,
cum delegare, nihil aliud fit, quam
vices suas committere, vt diximus
in 1.cap.quaest.2.nu.5. Habent igi-
tur delegati iurisdictionem delega-
6 tam, non propriam, † l.vlt. & ibi
not.Cast. nu.3. C.vbi,& apud quem,
& scribunt Bald. in d.l.à iudice 5. in
prin.& ibi Castr.nu.1. Ias.nu.4.C.de
Iudic.Bal.in rubr.De off. & pot.iud.
del.nu.1. Ang.in d l.1.§.qui manda-
tam,in prin.& nu.1. & ibi Cast.nu.
1.Ias nu.2.ff.de offic.eius, Ias.in d.l.
ait prator 5.in princ.num.4. ff.de re
ind.Dec.in rub. ff.de offic.eius, num.
10.vers. non obstans allegata, & ibi
Purp.nu.4. Cagn.nu.8. Sob. Sap. nu.
21.Marc. Mont. num.69.vers.circa
primũ,& nu.71.vers.9. Cam.Plant.
lib.1.cap.1. nu.9.cap.4. nu. 2.cap.9.
nu.1.& cap.12.nu.11. & lib.2.cap.
4.n.8.Vaco à Vacn d.lib.6.decl.84.
nu.7.Aem.Ferr. in d. rub.C.de mãd.
princ. num. 11. & alieno beneficio,
non proprio iure, l.more 5.ff.de iu-
risd. & diximus in 5.cap. q.4. nu.9.
Nec est,quod causeris, imò habere
eos propriam iurisdictionem, non
quidem ordinariam, sed delegatã,
7 † vt consuerunt Bart. in d.l.1.§.qui
mandatam, & alij, quia sunt con-
traria, siue, vt verius dixerim, in-
8 compatibilia, † habere delegatam,
& ha-

& habere propriam: nam delegata iurisdictio nihil aliud est, quam iurisdictionis vsus, qui à proprietate distinguitur. Itaque paria sunt dicere, quem habere iurisdictionem delegatam, vel non habere iurisdictionem, sed solum eius vsum, & exercitium, *vt rectè docuerunt ij, quos retulimus in hoc cap. q. 3. nu. 13.* Hinc infertur.

Primo, delegatum nō posse subdelegare *l. à iudice 5. C. de iudic. & diximus in 5. cap. q. 4. nu. 7.* quia is tantum delegare potest, qui iurisdictionem habet iure suo, non, qui alieno beneficio, *vt diximus ibi, num. 8.*

Secundo infertur morte delegantis extingui iurisdictionem delegati, si res integra sit, *vt dicemus in 10. cap. quæst. 3. num. 10.* quia delegati iurisdictio est eadem ipsa iurisdictio delegantis, quæ ipsius morte haud dubiè extinguitur, *vt ibidem ostendemus.*

Tertio ex hoc etiam videretur necessario sequi, à iudice delegato non ipsum delegantem appellari, sed eius superiorem, ne idem à se ipso contra iuris rationem appellari videretur, *secundum ea, quæ de eo diximus, cui mandata est iurisdictio in hoc cap. quæst. 4. nu. 2. et seqq.* Sed in hac iuris parte delegatio, quæ fit in extraordinarijs iudicijs, retinuit naturam pristinę dationis, quæ fiebat in ordinarijs: nā, quemadmodum olim à iudice dato appellabatur is, qui dederat, *vt diximus in quæst. præced. num. 5.* ita etiā hodie à iudice delegato ad ipsum
9 delegantem appellatur, † *l. vlt. C. de Iudic. l. præcipimus 32. C. de appell. & ibi not. glo. in verb. iudicandas, & scribūt glo. in l. 1. §. 1. in verb. ab eo, & ibi Bart. num. 2. ff. quis, & à quo appell. glo. in cap. 2. in verb. officiali De consuetud. in 6. Castr. in l. 2. nu. 3. ff. de offic. eius, Ias. in l. vlt. nu. 10. C. de Iudic. in l. & si prætor 3. nu. 1. ff. de offic. eius, in l. si vni. 36. nu. 8. vers. tamen aduerte, ff. de re iudic. & in l. more 5. num. 19. ff. de Iurisd. Alb. in rubr. ff. de offic. eius, nu. 9 & ibi Mart. Mont. nu. 71. Claud. Cant. lib. 2. de offic. iud. cap. 2. nu. 20. et 21. Io. Gill. lib. 2. de Iurisd. & Imp. cap. 22. num. 2. Andr. Fach. lib. 1. contro.*
10 *cap. 78.* scilicet, quia, † licet huiusmodi delegatus gerat vices delegantis, non tamen ita gerit, vt in omnibus pro eadem persona reputetur, *vt scribit Mart. Mont. in d. rubr. ff. de offi. eius, nu. 71.* cum non
11 reddat ius in eodem tribunali, † *vt scribit Cam. Plaut. in d. rub. ff. de offic. eius, lib. 1. cap. 13. nu. 14. & dicemus infra nu. 44. et seqq.* Quo fit, vt, licet à sententia delegati ad delegantem appelletur, non tamen censeatur idem à semetipso appellari.

Planè, si delegatus subdelegauerit (quod certis casibus ei facere permissum est, *vt ostendimus in 5. cap. 4. nu. 5. et 54.*) an à sententia subdelegati ad ipsum subdelegantem, an verò ad primum delegantem appelletur, dubitari solet. Sed constat referre, vtrum subdelegatio facta sit à delegato ab ordinario, puta à delegato ad vniuersitatem causarum, an verò à delegato principis: nam, si ab illo, receptum est, ad primum delegantem appellari, propterea, quod huiusmodi delegatus subdelegando nihil cen-
12 setur sibi retinere; † *Ita glo. in l. 1. §. 1. in verb. ab eo, & ibi Bart. nu. 1. et 2. ff. quis, et à quo appell. glo. in l. vlt. in verb. trutinata, & ibi Angel. nu. 5. Ias. nu. 10. C. de Iudic. glo. in l. vni. in verb. ad eos, & ibi Cast. nu. 1. C. qui pro sua iurisd. Bart. in l. 1. nu. 2. & ibi Ang. nu. 3. in fi. Imol. nu. 3. Castr. num. 5. ff. de damn. inf. Alex. in l. more 5. num. 26. vers. imo glo. & ibi Ias.*

Iaf.num 19. ff.de Iurifd. Iaf. in l. fi
vni. 36. nu.8. verf. tu aduerse, ff.de
re iudic. Claud. Caut. lib. 2. de offi iu-
dic. cap. 2. nu. 21. Et ita etiam videntur accipiendi, qui fimpliciter aiunt,
à fubdelegato ad primum delegātem
appellari, vt Alb. in rubr. ff. de offic.
eius. nu. 9. Quod, fi facta fit à dele-
gato principis, refert, vtrum facta
fit propter caufam fufpicionis, an
verò propter aliam caufam; nam, fi
propter caufam fufpicionis, dubiū
non eft, quin à fententia fubdele-
gati debeat ad principem, non ad
ipfum fubdelegantem appellari,
13 † *l. vlt. & ibi glo. in verb. trutinata,*
Bald. nu. 1. 4. & 9. Aug. nu. 5. Caftr.
num. 1. et 4. C. de Iudic. Abfurdum
enim effet, ad eum redire caufam
in fecunda inftantia, qui propter
fufpicionem non potuit in prima
14 iudicare, † *vt fcribit Aug. in d. l. vlt.*
num. 5. C. de Iudic. cum, & maior in
fecunda fubfit caufa fufpicionis ob
id, quod iudicem in prima fufpectū
allegauit, & maius etiam parti pof-
fit in fecunda iudex afferre præiu-
dicium. Cœterum, fi facta fit pro-
pter aliam caufam, quam propter
caufam fufpicionis, & loquamur
de iure ciuili, plerique cenfent, ad
principem non ad fubdelegantem
15 appellari, † *vt Vaco. à Vacu. lib. 6.*
declar. 84. nu. 9. & alij in hanc rem
adducentes, *l. vni. C. qui pro fua iu-*
rifd. vbi Theodofius, & Valenti-
16 nianus † de caufis à delegato prin-
cipis fubdelegatis loquētes, *appel-*
lationum, inquiunt, *ad nos* (vt ipfi
legendum putant) *iure iudicia re-*
manebunt. Sed eft verius, & recep-
tius, ad ipfum fubdelegantem, non
17 ad principem appellari; † *Ita enim*
confuerunt glo. in l. 1. §. 1. in verb. ab
eo, & ibi Bart. nu. 1. ff. quis, & à quo
appell. glo. in d. l. vlt. in verb trutina-
ta, & ibi Aug. nu. 5. C. de Iudic. glo. in
d. l. vni. in verb. ad eos, & ibi Bart. in
prin. Bald. nu. 1. Aug. nu. 5. C. qui pro
fua iurifd. Angel. in l. 1. num. 3. & ibi
Caftr num. 5 ff. de damn. inf. Eduar.
adu. Gou. lib. 2. de Iurifd. fol. 49. Do-
nell. lib. 17. comm. cap. 8. Andr. Fach.
lib. 1. contron. cap. 78. nam Impera-
tores *in d. l. vnica.* non, *ad nos,* in-
quiunt, fed, *ad eos,* (vt legitur in
emendatis codicibus, *& legendum*
recte præfati authores cenfuerunt)
18 fignificātes † appellationes ad ipfos
fubdelegantes redire, quod fpecia-
liter in eis videtur receptum, *fecun-*
dum Bart. in d. l. vni. nu. 2. C. qui pro
fua iurifd. ob id, quod ordinarijs
comparantur, *vt dicemus in quæft.*
feq. nu. 3. ideoque pari cum eis de-
bent cēferi iure; Quo fit, vt, quem-
admodum ordinarius appellatur à
fuo delegato, ita etiam debeat ap-
pellari delegatus principis à fuo
fubdelegato.

Iure verò Pontificio certum eft,
ita demum ad fubdelegantem ap-
pellari, fi non in totum fubdelega-
19 uerit, † *cap. cum te confulente 18.*
cap. fuper quæftionum 27. in princ.
& §. porrò De offic. & pot. iud deleg.
nam, fi in totū, magis eft, vt ad pri-
mum delegātem debeat appellari,
20 † *d. cap. fuper quæftionum 27. §. por-*
rò, & §. fi verò de offi. & pot. iud. de-
leg. & fcribunt Bart. in d. l. 1. §. 1. nu.
1. & 2. ff. quis, et à quo appell. Caftr.
in d. l. vni. nu. 1. C. qui pro fua iurifd.
Longo. in d. l. Imperium 3. num. 27. ff.
de iurifd. Andr. Fach. d. lib. 1. contro.
21 *cap. 78.* quia, † cum delegatus in
totum alteri vices fuas committit,
cenfetur à fe iurifdictionem abdi-
care, & eam in fubdelegatum pri-
uatiuè transferre, *cap. quamuis 6. de*
offic. et pot. iud. deleg. in 6. Quo fit,
vt ad eum, tāquam ad non haben-
tem iurifdictionem non poffit ap-
pellari. At, cum partem tantum iu-
rifdictionis committit, non cenfe-
tur à fe iurifdictionem abdicare,

d. cap.

d. cap quamuis, ideoque nil mirum,
si ad eum tamquam ad habentem
iurisdictionem à suo subdelegato
appelletur. Quam distinctionem,
tametsi Pontificio iure traditã ple-
rique ad ius etiã ciuile reuocarunt,
hoc modo defendentes vtramque
lecturam, *l. vni. C. qui pro sua iurisd.*
22 nam, † si causa in totum fuerit sub-
delegata, procedet lectio, quæ ha-
bet, ad nos; si verò pro parte, pro-
cedet ea, quæ habet, ad eos, *secun-
dum Castr. in d. l. vni. nu. 1. C. qui pro
sua iurisd. Longo. in d. l. Imperium,
nu. 28. & fuit etiam de mente Imol.
in d. l. 1. num. 3. & 4. ff. de damn. inf.*
Sed est verius, quod ibi à S. P. sta-
tutum est, in ijs solis terris obtine-
re, quæ sunt Ecclesiasticæ potestati
subiectæ, in terris verò imperij ser-
23 uandum, quod supra diximus, † *vt
in specie tradunt Bart. in d. l. 1. § 1.
num. 1. et 2. ff. quis, & à quo appell.
Andr. Facb. d. lib. 1. contro. cap. 78.*
Et hæc quidem de eo dicuntur,
qui ad vnam tantum causam ab or
dinario delegatur, Qui verò dele-
gatur ad vniuersitatem causarum,
an proprium quicquã habeat, ma-
ior potest esse dubitatio propterea,
24 quod est instar ordinarij, † *vt scri-
bunt glo. in d. l. vlt. in verb. cum spe-
cialis, & ibi Bald. nu. 5. Ias. nu. 10.
C. de Iud. gl. in cap. cum causam 62.
in verb. delegatus de appell. Bart. in
l. more 5. nu. 5. vers. venio, et ibi Ale-
xan. nu. 26. vers. imo glo. & vers. non
obstat, Purp. nu. 99. vers. 5. ff. de iu-
risd. Bart. in l. legatus 12. num. 3. ff.
de offic. proc. & leg. Bald. in l. à Iudi-
ce 5. nu. 2. & ibi Castr. num. 3. Alex.
nu. 6. & 11. Ias. nu. 7. vers. 2. fallit,
& nu 10 vers. 6. C. de Iudic. Ang. in
l. index postea quam 55. nu. 6. & ibi
Imol. num. 6. ff. de re ind. Imol in l. à
Dino Pio 15. in princ. num. 6. ff. eod.
Alex. in l. vni. in princ. num. 13. ff. si
quis iusd. non obt. & cons. 12. num. 5.
vol. 6. Ias. in l. apertissimi 14. num. 8.
C. de Iudic. & in l si vni. 36. num. 6.
ff. de re indi. Paul. Oria. in rubr. ff. de
offic. eius, nu. 7. & ibi Seb. Sap. nu. 1.
Iac. de Nig. nu. 5. Mart. Mont. nu. 46.
47. & 69. vers. circa primum, Petr.
Calef. in l. 1. n. 62 & ibi Lud. Burgh.
num. 86. ff. de Iudic. Claud. Cant. lib.
2. de offic. ind. cap. 2. nu. 19.* imo or-
25 dinarius appellatur † *à glo. in cap.
statutum 11. §. insuper, in verb. mo-
deratas de rescrip. in 6. Mart. Mont.
in d rubr. ff de offic eius, nu. 21.* eo,
quod remanet in essentia iurisdi-
26 ctionis vniuersalis, † *l 1. §. damus,
ff. de susp. tut. & considerant Bald. in
l. si, vt proponis 4. nu. 11. C. quomodo,
& quando ind. Ias. in d. l. si vni. 36.
num. 7. ff. de re ind. & in d. l. more 5.
nu. 19. ff. de iurisd.* qualis est ordi-
27 nariorum iurisdictio, † *l. si in ali-
quam 7. §. vlt. ff. de offic. proc. & leg.
l. de omnibus 10 ff. de offic. præsid.
cap. studuisti 2. de offic. leg.* Quam-
obrem dicitur idem posse, quod
28 ordinarius † *à Bald. in d. l. si, vt pro-
ponis 4. nu. 11. C. quomodo. & quan-
do ind. Ias. in d. l. si vni. 36. nu. 7. ff.
de re ind. & in d. l. more 5. nu. 19. ff.
de iurisd.* puta delegare, *vt diximus
in 5. cap. quæst. 4. nu. 54.* mulctam in-
dicere, *vt diximus in 8. cap. q. 16.
num 95.* suam exequi sententiam,
vt diximus in eod. cap. 8. q. 14. nu. 15.
iterum pronuntiare, si nulliter iu-
dicarit, *vt diximus in hoc cap. q. 3.
nu. 11.* & id genus alia facere, quæ
regulariter ordinarijs tantummo-
do permittuntur. Quinimo, si sint
plures ad vniuersitatem causarum
delegati, censentur omnes ad ordi-
nariorum exemplum habere iuris-
dictionem insolidum, & habitu, &
29 exercitio, † *vt scribunt glo. in l. si
vni. 36. in verb. proferre, & ibi Bar.
nu. 3. Imol. n. 3. vers. in ead. gl Alex.
nu. 6. vers. non recedo, Ias. nu. 6. vbi
testatur, hanc esse communem (licet*

subijciat,

subijciat, contrariam in puncto iuris
videri veriorem) ff. de re ind. Claud.
Cant. d. lib. 2. de offi. ind. cap. 2. n. 20.
cum alioquin alij delegati habeant
quidem eam insolidum habitu, sed
30 non exercitio, † l. duo ex tribus 39.
ff. de re indic. cap. prudentiam 21. in
prin. de offic. & pot. ind. deleg. et scri-
bunt glo. in d. l. si vni. 36. in verb. pro-
ferre, & ibi Bart. nu. 7. Imol. num. 3.
vers. in ea glo. ibi, Ias. nu. 10. vers. in
ea glo. ibi, Bald. in l. falsus 19. nu. 16.
C. de furt. Ias. in d. l. more 5. num. 19.
ff. de iurisd. & in d. l. duo ex tribus
39. nu. 1. ff. de re indic. Dec. in d. ru-
br. ff. de offic. eius, nu. 5. Petr. Calef.
in d. l. 1. num. 24. ff. de indic. Quem-
admodum igitur ordinarius habet
propriam iurisdictionem, l. cogni-
tio 4. in princ. ff. de offic. eius, ita etiã
censeri debet habere propriam iu-
dex ad vniuersitatem causarum de
legatus.

Sed est verius, ne huiusmodi
quidem delegatum habere propriã
iurisdictionem, & proprio iure, sed
31 alieno tãtum beneficio. † Ita enim
scripserũt Alex. in d. l. si vni. 36. nu.
6. & ibi Ias. nu. 8. ff. de re ind. Ias. in
d. l. more 5. num. 2. & 19. in fi. & ibi
Dec. nu. 3. ff. de iurisd. Paul. Oria. in
d. rubr. ff. de offic. eius, num. 7. & ibi
Purp. num. 4. Cagn. nu. 21. in fi. Seb.
Sap. nu. 2. Mart. Mont. num. 69. vers.
circa primum, Claud. Cant. d. lib. 2.
de offic. ind. cap. 2. nu. 13. Vaco. à Va-
cu. d. lib. 6. decl. 84. nu. 7. quia, cum
is, cui generalis olim mandabatur
iurisdictio, & verò etiam legatus
proconsulis nihil haberet propriũ,
ut ostendimus in hoc cap. q. 4. nu. 1.
& q. 5. nu. 15. cõsequens est, vt nec
censeri possit habere proprium iu-
dex ad vniuersitatẽ causarum dele
gatus, quippe, qui idem est cũ eo,
cui generalis iurisdictio demanda-
tur, ut diximus in 1. cap. q. 6. num. 9.
vers. sanè, nec à legato proconsulis
videtur in aliquo differre, ut scribit
Mart. Mont. in d. rubr. ff. de offi. eius,
num. 71. præterquam in identitate
tribunalis, secundum ea, quæ dice-
mus infra num. 44. et seqq. Quam-
obrem, & ipse dicitur fungi vice, &
32 partibus delegantis, † l. solet 16. &
ibi not. Bart. ff. de iurisd.

Nec obstat contrarium, quia re-
spondeo, huiusmodi delegatum nõ
33 esse ordinarium, † ut ait Ias. in d. l.
si vni. 36. num. 8. vers. tu aduerto, ff.
de re ind. & in d. l. more 5. nu. 19. ff.
de iurisd. nec passim cẽseri iure or-
dinarij, sed quibusdam tantum re-
34 spectibus, † ut scribunt Paul. Oria.
in d. rubr. ff. de offic. eius, nu. 7. & ibi
Seb. Sap. nu. 2. puta quoad potesta-
tem subdelegandi, ut ait Imol. in d.
l. à Diuo Pio 15. in prin. nu. 6. ff. de re
ind. & id genus alia faciendi, quæ
supra enumerauimus. Cæterum,
quoad alia, & maximè, quoad iu-
risdictionis proprietatem, magis
esse, vt delegatorum, non ordina-
35 riorum iure censeatur, † ut scribũt
Alexan. in d. l. si vni. 36. nu. 6. & ibi
Ias. nu. 8. ff. de re ind. Ias. in d. l. more
5. nu. 19. ff. de iurisd. Quamobrem,
& ipse potest etiam inspecto iure
ciuili recusari tamquam suspectus,
ad exemplum aliorum delegatorũ,
36 † ut rectè censuerunt Bald. in l. vlt.
nu. 5. C. de indic. Ias. in l. apertissimi
14. num. 3. C. eod. & in d. l. si vni 36.
nu. 10. ff. de re ind. et in d. l. more 5.
num. 19. ff. de iurisd. Claud. Cant. d.
lib. 2. de offic. ind. cap. 2. num. 22. re-
probata glo. in d. l. vlt. in verb. cũ spe-
cialis, C. de indic. cum alioquin iu-
dex ordinarius recusari nequeat, ut
dicemus in hoc cap. q. 10. nu. 31.

Planè de illo dubitari potest, an
quemadmodum ab alijs delegatis
ad ipsum delegantem appellatur,
ita etiam ad eundem appellari de-
beat ab eo, qui ad vniuersitatem
causarum delegatus est. Et veteri-
bus

bus quidem visum est, in hac re
multum referre, vtrum loquamur
de ijs, qui sunt propriè iudices de-
legati, an verò de ijs, qui vicarij
nuncupantur: nam eos, qui ab or-
dinario ita deputantur, vt reddant
ius in eodem tribunali, vocant vi-
37 carios, † vti videre est apud Bart.
in d.l.1.§.1.nu.1.& 2.ff.quis, & à
quo appell. Ang. in l. præcipimus 32.
nu.1.C.de appell. Castr.in l.2.nu.3.
ff.de offi eius,& in l.vni.nu.8.vers.
in glo.vlt. C.qui pro sua iurisd. Alb.
in rubr. ff.de offic.eius, nu.12.& ibi
Mart.Mont.num.71.vers.quare, &
38 aiunt esse ordinarios, † vti videre
licet apud Bart.in d.l.e.§.e.nu.1.ff.
quis,& à quo appell. Alex.in d.rubr.
ff. de offic.eius, nu.15. & habere iu-
39 risdictionem ordinariam: † Ita
enim scribunt Alex in d.rubr. ff.de
offic.eius,nu.16.& 17.& ibi Alciat.
nu.50.Alb.nu.13.Ludo.Burg.in l.1.
nu.142. ff.de iudic. idest, eandem,
quam habent ij, quorum vices ge-
40 runt; † Ita Bart.in d.l.1.§.e.nu.1.
ff. quis, & à quo appell. Castr. in d.l.
vni.num.8.vers.in vltima glo.C.qui
pro sua iurisd.eiusque rei exemplū
afferunt in Episcopi vicario, quem
certum est, ius reddere in eodē tri-
41 bunali, † cap.2.de consuet. in 6.cap.
Romana 3.in princ. de appell. in 6.&
scribunt glo.in clem.& si principalis
2.in verb. foraneo de rescript. Alex.
in d.rub.ff.de offic.eius, nu.17.& ibi
Alb.nu.10. Cam.Plant.lib.1.cap.12.
nu.9.& 19.Andr.Fach.lib 1.cōtro.
cap.78. nam eum appellant ordi-
42 narium, † vti videre est apud glo.in
d.cap.Romana 3.in prin.in verb.ge-
nerali. de appell.in 6. Alex.in d.rub.
ff.de offic.eius, num.15 & 17.& ibi
Ias.nu.2.Alb.nu.10. Alexan in d.l.
more 5.n 43.ff.de iurisd.Nicol.Bello.
lib.1.Suppu.cap.11.nu.2. & ordina-
riam aiunt habere iurisdictionem.
43 † Ita Castr. in d.l.vni. nu. 8.vers.in
vltima glo.C.qui pro sua iurisd.& in
l.iudicium soluitur 58.nu.6.ff.de iu-
dic. Alex in d.l.more 5.num.4.& ibi
Purp num.92.ff. de iurisd. Alex.in d.
rub.ff.de offic.eius,n.17.& ibi Purp.
nu.10.Alb.nu.10. Alciat.nu.50.52.
& 53. Iac. de Neg.in l.1.in prin.nu.
32.ff. eod Petr.Calef.in d.l.1.nu.11.
& ibi Ludo.Burgh. nu.141. ff.de iu-
dic. Cœterum eos, qui reddunt ius
in alio loco, censent non esse vica-
rios, sed delegatos ad vniuersitatē
44 causarum. † Ita Bart. in d.l.1.§.1.
nu.2.ff.quis,& à quo appell.Castr.in
d.l.vni.num.8.vers.in vltima glo.C.
qui pro sua iurisd. & in d.l.2.nu.3.
ff.de offic.eius, Mart.Mont. in d.rub.
ff.de offic.eius,nu.71. vers. Quare,
& per consequentias non habere
iurisdictionem propriam, & ordi-
nariam, sed alienam, seu delegatā,
secundum ea, quæ diximus supra nu.
31. Huiusmodi autem esse vicariū
foraneum, cui causarum vniuersi-
tas cōmittitur; nam, quia non red-
dit ius in eodem Episcopi tribuna-
li, ideo (secundum eos) non est vi-
carius, & sic ordinarius, sed dele-
45 gatus. † Ita glo. in d.clem. & si prin
cipalis 2.in verb. Foraneo de rescr.
Castr.in l.à Iudice 5.nu.4. C.de iud.
Alex.in d.rub.ff.de offic.eius, nu.17.
& ibi Purp.num.10. Alcia.num.50.
Alb.nu.10. Ex his igitur delegatos
ad vniuersitatem causarum aiunt
in hac parte censeri eodem iure,
quo cœteri delegati, scilicet, quia,
& ab eis appellatur ad delegantem
46 non ad superiorem. † Ita Bart. in
d.l.1.§.1.n.2.ff.quis, & à quo appell.
Ang.in d.l.præcipimus 32.nu.1.C.de
appellat. puta à vicario foraneo ad
Episcopum, non ad eius superiorē,
47 † vt scribunt gl in d.clem. &, si prin
cipalis 2.in verb. foraneo de rescrip.
Castr.in d l. à Iudice 5. num.4. C. de
iud. & in d.l. 2.nu.3. ff.de offic.eius.
Alcia. in d.rub.ff.eod.num.54.& ibi

Mart. Mont.nu.21.quia, cum idem
non sit tribunal, non videtur per
consequentias idem a se ipso ap-
48 pellari,sed superior ab inferiore; †
Ita Bart.in d.l.1.§. e.nu.2.ff. quis,
& a quo app.Castr.in d.l.a iudice 5.
n.4.C.de indic. Mart. Mōt. in d.rub.
ff.de off.eius,n.2e. At vicarios aiūt
in hoc a delegatis differre,quoniā
ab eis non appellatur is, cuius vi-
49 ces gerūt,sed superior, † vt videre
est apud Bart.in d.l. 1.§.1.nu.1. &
2.ff.quis,et a quo app.Aug.in d.l.pra
cipimus 32.nu.1. C. de appell. Castr.
in d.l.2.nu.3.ff.de off. eius,& in d.l.
vn.n.8.vers. in vltima gl.C. qui pro
sua iurisd. & de Episcopi vicario
50 constat † ex cap.Romana 3. in prin.
de appell.in 6. & scribunt Castr. in
d l.a iudice 5.nu.4.C.de indic.& in
d.l.vn.nu.8.vers in vltima gl.C.qui
pro sua iurisd. Paul. Oria.in d.rub.
ff.de off.eius,nu.14.et ibi Alcia.nu.
54. Mart. Mont.nu.21.Camill. Plau.
d.lib.1.c.11.nu.9.11.& 19. Longo.
in d.l.imperiū 3.nu.24 ff.de iurisd.
Andr.Fach d.lib.1.contr.c.78.quia,
cum idem sit tribunal, videretur
idem a se ipso appellari,si a vicario
51 appellaretur ordinarius,† vt de Epi
scopi vicario constat ex d.c. Romana
3.in prin.de appell.in 6. & scribunt
Alcia.in d.rub.ff. de off.eius, nu.54.
Andr.Fach. d lib.1.contro. c.78. &
generaliter de vicarijs scribūt Bar.
in d.l.1.§.1.n.2.ff.quis, & a quo app.
Ang. in d.l. pracipimus 32.nu.1.C.
de appell.Castr. in d.l.vn.n.8. vers.
in vltima gl. C.qui pro sua iurisd.et
in d.l.2.nu.3.ff.de off.eius. quod iu
ris nostri ratio non patitur, vt dixi
mus in hoc c.q.4. nu.5.

Verum, & si cum veteribus po-
tius, quam cum Longo.in d. l. impe-
rium 3.nu.26.ff.de iurisd.Cam.Pla-
ut.in d.rub.ff.de off.eius,lib.1.c. 11.
nu.23. consentiam in eo, quod a-
iunt,si ab eo, cui vices commissæ
sunt,ius reddatur, nō in eodem tri
bunali,sed in alio loco, ad ordina-
rium appellari, contra verò appel-
lari ad superiorem, si ius in eodem
tribunali reddat, non tamen verū
esse puto, quod ijdem arbitrantur,
Episcopi, aut alterius ordinarij vi-
carios, qui ius in eodem tribunali
reddunt,habere iurisdictionem or
dinariam,cum sit verius,& ipsos eā
habere tamquam alienam,& dele-
52 gatam non tamquam propriam, †
vt de Episcopi vicario scribunt gl.in
c.1.in verb.& surgia in fi.25.distin.
Longo.in d.l.imperium nu.24. Cam.
Plaut.d.lib. e.c. 11.nu.18. scilicet,
quia verè vtuntur iurisdictione or
dinarij, & eius partibus, viceque
53 funguntur, † vt de eodem Episcopi
vicario scribit Cam.Plaut.d. lib.1.c.
11.nu.9. Quamobrem & ipsius or-
dinarij morte extinguitur eorum
iurisdictio, vt dicemus in 10. c.q.3.
nu.15. & a vicarijs non appellatur
ordinarius, sed superior, vt supra
dictum est, quod tamen fieri debe-
ret,si vicarij propriam, siue ordina
riam iurisdictionem haberent, vt
in his terminis considerat Cam.Pla-
ut.d.lib.1.c.11.nu.11. Et contra,nō
puto verū, quod ijdem existimāt,
iudicem ad vniuersitatem causarū
delegatum, qui ius reddit in alio
loco,non esse vicarium, seu vices-
gerētem,quia verius est, omnem,
cui mandatur iurisdictio, vices al-
terius gerere, ideoq; rectè vicariū,
54 seu vicesgerentem appellari, † vt
scribūt Purp.in d. rub.ff.de off.eius,
nu.10.& 16.Nicol.Bell.lib.1. Supp.
c.12.Nec est,quod respondeas, id
procedere largè loquendo non ve-
55 rò propriè, & strictè, † Quomodo
respondent Alex. in d.rub. ff. de off.
eius,nu.16.& ibi Paul.Oria. nu.13.
Alb.nu.8.Seb.Sap.nu.7.Alcia.num.
49. & videtur etiam fateri Purp.
nu.16.quia verius est, Imo propriè
pro-

procedere: nam, cum gerat vices,
consequens est, vt ex vi nominis,
& sic propriè dici possit vicarius,
56 seu vices gerens,† *vt ait Nico. Bell.*
d. lib. 1. Supp. c. 12.

Sanè vno casu fateor, eum, qui
gerit vices, habere iurisdictionem
propriam, non alienam, cum scili-
cet gerit vices ordinarij, non ex
mandato magistratus, sed ex vo-
luntate principis, a quo fuit in lo-
cum præsidis, aut alterius magistra
tus, vel absentis, vel defuncti suf-
fectus, *secundum ea, quæ diximus*
in 8. cap. q. 3. num. 96. & seqq. nam
hic (quem nostri passim vicesge-
rentem appellant, & perperam a
57 vicario distinguunt,† *vti videre*
est apud Alb. in d. rub. ff. de off. eius,
num. 13. & ibi Iac. de Nig. num. 24.
Seb. Sap. numero 3. & 4. quasi non
vterque gerat vices, ideoque re-
ctè, & vicarius, & vices gerens ap-
pellari possit) non censetur habe-
re iurisdictionem alienam, sed pro
58 priam, & ordinariam † *l. vlt. C.*
vt dign. ord. seru. lib. 12. & scri-
bunt glo. in l. 2. in verb. nequaquam
ff. de off. eius, glo. in l. necquicquam
9. §. vbi decretum in verb. decre-
tum ff. de offic. procons. & leg. & in
l. omnia 72. ff. de reg. iur. glo. in cap.
1. in verb. iurgia 25. distin. Barto.
in l. 2. numero 1. C. de off. eius, qui
vic. al. iud. obt. & in l. 1. §. 9, quibus
num. 2. ff. de leg. tertio Bald in rub.
de offic. deleg num. 19. Alex. in dict.
rub. ff. de offic. eius, num. 13. 16. &
17. & ibi Alb. num. 3. Iacob. de Nig.
nume. 24. Seb. Sap. numer. 3. Purp.
nume. 10. Alcia. nume. 50. Camill.
Plaut. lib. 1. cap. 10. num. 4. & cap.
11. nume. 15. & lib. 2. cap. 3. num. 9.
& cap. 5. nume. 2. Iac. de Nigr. in l.
1. in prin. num. 32. ff. eo. Nico. Bell. d.
lib. 1. Supp. cap. 12. Coras. lib. 3. mi-
scell. cap. 19. num. 6. & 11. frustra
contradicente Alcia. libr. 2. Parad.
cap. 12. quia non gerit vices alicu-
ius personæ, cuius sit iurisdictio,
59 sed officij, & magistratus; † dicitur
enim tueri locum præsidis, aut
proconsulis *l. 2. C. de off. eius, qui*
vic. al. iud. obt. Quamobrem cen-
60 setur ordinarius, † *vt scribunt*
Barto. in d. l. 1. in princ. num. 6. &
ibi Ang. nume. 5. ff. de off. eius, Bart.
in d. l. necquicquam 9. §. vbi decre-
tum nume. 8. ff. de offic. procons. &
leg. Iac. de Nigr. in l. 2. num. 11. in fi.
ff. de off. eius. Seb. Sap. in rub. ff. eod.
num. 4. & 7. & ibi Cam. Plaut. lib. 1.
cap. 11. num. 15. & lib. 2. cap. 5. num.
10. quia exercet iurisdictionem,
quę alterius non est, & ideo potest
omnia, quæ ad ordinarij officium
pertinerent, *vt diximus in eod. cap.*
8. quæst. 3. nu. 98. Ita eleganter ex-
plicat Nico. Bello. d. lib. 1. Supp. cap.
12. Cœterum, qui ab ordinarijs de
putantur, magis est, vt etiam si ius
reddant in eodem tribunali, cen-
seantur alienam, non propriam iu
risdictionem exercere, quia verè
exercent iurisdictionem, quæ est
ipsius ordinarij, ideoq; alterius es-
61 se nequit. † *Ita Paul. Oria. (licet sub*
dubio) in d. rub. ff. de off. eius, nu. 14.
& ibi Camill. Plaut. d. lib. 1. cap. 11.
num. 15. & seqq. Et hæc de ijs, qui
ab ordinarijs delegantur.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus a principe habet propriam iurisdictionem, Sed contra num. 6.*
2 *Iurisdictio, quæ datur a principe est propria, Declara, vt nu. 7.*
3 *Delegatus a principe æquiparatur ordinarijs, Declara, vt nu. 10.*
4 *Delegatus a principe habet apparitores, & assessores, nu. 5.*
8 *Declaratur l. vlt. C. vbi, & apud quem, & nu. 9.*

11 *Princeps appellatur a ſuo delegato.*
12 *Delegatus a principe, & delegatus a lege quomodo diſtinguantur.*

An iudex a principe delegatus habeat propriam iuriſdictionem.

Quæſtio octaua.



Vpereſt, vt de principis de
legato videamus, an pro-
priam habeat iuriſdictio-
nem, quod pleriq; faten-
1 tur, † *vt Vaco a Vacu. lib. 6. decl. 84.*
num. 5. & 9. Aem. Fer. ad rub. C. de
mand. priu. nu. 11. Io. Gill. lib. 1. de iu
riſd. & imp. cap. 10. & lib. 2. c. 7. &
c. 23. & 24. Mart. Mont. in rub. ff. de
off. eius nu. 69. verſ. circa primum, et
ibi Cam. Plant. lib. 1. c. 10. n. 5. & lib.
2. c. 4. n. 8. his innixi fundamentis.
Primo, quia propria eſt iuriſdi-
2 ctio, quam quis habet a principe †
l. & quia 6. ibi principaliter ff. de iu-
riſd. ſecundum expoſitionem gl. &
ſcribunt Io. Gill. d. lib. 2. c. 23. Cam.
Plant. d. lib. 1. c. 5. nu. 4. vnde Caſ-
ſiod. lib. 6. de vicario vrbis Romæ,
Tu autē vicarius diceris, inquit, *&*
tua priuilegia non relinquis, quando
propria eſt iuriſdictio, qua datur a
principe. Sed huiuſmodi delegatus
habet iuriſdictionem a principe.
Ergo propriam.
Secundo, quia, ſi non haberet
propriam iuriſdictionem, non poſ
ſet iudicem delegare, cum is tantū
delegare poſſit, qui propriam iuriſ
dictionē habet, & iure ſuo, nō qui
alieno beneficio *l. more 5. ff. de iu-*
riſd. Atqui delegare pōt *l. a iudice*
5. C. de iud. & latius diximus in 5. c.
q. 4. n. 5. Habet igitur propriā iuriſ-
dictionem. *Ita Io. Gill. d. lib. 1. c. 10.*
Tertio, quia iudex a principe de
3 legatus ęquiparatur ordinarijs: † *ut*
ſcribūt gl. in l. a Diuo Pio 15. in prin.
in verb. à ſe & ibi Bart. nu. 2. Imol.
nu. 6. ff. de re iud. Azo in ſumm. C. de
iuriſd. omn. iud. nu. 6. Bart. in l. lega-
tus 12. in 2. lect. nu. 6. ff. de off. proc.
& leg. Alex. in l. more 5. nu. 26. ff. de
iuriſd. & in l. a iudice 5. nu. 2. & ibi
Iaſ. nu. 11. C. de iudic. Alex. in rub.
ff. de off. eius nu. 6. verſ. & illud &
n. 7. & ibi Iac. de Nigr. nu. 16. Mart.
Mont. nu. 46. Vaco a Vacu. lib. 6. de-
cl. 84. nu. 6. Coraſ. ad l. eum, qui 13.
nu. 6. ff. de iuriſd. Donell. lib. 18. cōm.
cap. 2. Quamobrem & ipſe ad exē
plum magiſtratuum apparitores
4 habet, † *vt conſtat ex conſtitutione*
Zenonis quā refert Cuiac. li. 12. obſ.
c. 1. nec non & conſiliarios, ſiue aſ-
5 ſeſſores † *§. illud Auth. vt def. ſeu*
ſun. cor. coll. 5. Auth. ad hac C. de iu-
dic. Sed ordinarius habet propriā
iuriſdictionem *l. cognitio 4. in prin.*
ff. de off. eius, & diximus in 8. *c. q. 1.*
num. 23. Ergo & a principe dele-
gatus.
Quarto, quia paria ſunt a lege
delegari, vel a principe *l. et quia 6.*
ff. de iuriſd. ſecūdū vnā expoſitionē
Sed a lege delegatus habet propriā
iuriſdictionem *l. 1. ff. de dam. infec.*
Ergo & delegatus a Principe.
Quinto demum mouentur va-
rijs locis, in quibus iuriſdictio dici
tur eſſe delegati, *vt in c. in literis 9.*
c. quarēti 26. de off. & pot. iud. del. c.
vlt. de off. leg. Nam ex ijs inferunt,
habere eum propriā iuriſdictionē,
quia genitiui natura eſt, vt denotet
proprietatem *l. ſeruum Titij 49. ff.*
mand. l. ſi haeredis ſeruus 50. in prin.
ff. de leg. 1. & tradunt Bart. in rub.
ff. de oper. nou. nunc. nu. 3. & ibi Iaſ.
nu. 4. & alij communiter.
Verum his non obſtantibus ve-
rius eſt, quod alij tradiderūt, nō ha
bere ſcilicet eū propriā iuriſdictio
6 nem, aut proprio iure † *Ita enim*
cenſuerunt Dec. in rub. ff. de off. eius
nu. 4. et in d. l. more 5. n. 4. ff de iuriſ.
& alij. Probatur aūt hæc ſententia.

Primo,

Primo, quia, qui iurisdictionem
habet delegatã, haud dubiè nõ ha-
bet propriã *l. ult. C. vbi & apud quẽ*
Sed iudex a principe delegatus di-
citur & ipse habere iurisdictionẽ
delegatam *c. quarenti 26. de off. &*
pot. iud. deleg. Nõ igitur propriam.

Secundo, quia propriam nõ ha-
bet iurisdictionem, qui alterius vi-
ces gerit *l. 1. § qui mãdatã ff. de off.*
eius, Sed delegatus principis ge-
rit vices alterius. idest principis *c.*
sanè 11. de off & pot. iud. deleg. Ergo
propriam iurisdictionẽ nõ habet.

Tertio, quia, quæ alterius morte
extinguitur, non est propria iuris-
dictio *l. et quia 6. ff. de iurisd.* Sed
ea, quam habet delegatus a princi-
pe, extinguitur morte ipsius prin-
cipis *c. relatũ 19. de off. & pot. iud.*
deleg. & latius dicemus in 10. c. q. 3.
n. 12. Ergo nõ est propria delegati.

Quarto, quia, si principis delega
tus haberet propriam iurisdictio-
nem, non esset delegatus, sed ordi
narius, cum propria non dicatur iu
risdictio, nisi magistratuum *l. cogni-*
tio 4. in prin ff. de off. eius. Atqui nõ
est ordinarius, cum ordinario com
paretur, *ut diximus supra num. 3.*
& nullũ simile sit idem *l. quod Ner-*
va 32. ff. depos. Non habet igitur
propriam iurisdictionem.

Quinto, quia propria non dici-
tur iurisdictio, nisi, quæ principali-
ter datur, aut lege defertur *d. l. et*
quia 6. ff. de iurisd. Sed delegato
principis nec principaliter datur
iurisdictio, nec lege defertur, non
datur principaliter, quia non est
magistratus, *vt dictum est*, nec de-
fertur lege, quia non est potestas,
cui lege consueuit deferri, *vt osten-*
dimus in 2 cap. q. 1. num. 28. & 29.
& dicemus in cap. 10. quæst. 1 num.
3. Non est igitur delegati propria
iurisdictio.

Sexto, quia delegatus a princi-
pe, vel habet iurisdictionem iure
suo, vel alieno beneficio *l. more 5.*
ff. de iurisd. Non habet iure suo,
quia (vt dictum est) non est magi-
stratus; Habet igitur alieno benefi-
cio: Non igitur propriam, sed alie-
nam. Nec est, quod causeris, non
dici habere alieno beneficio eum,
7 qui habet a Principe, † cum & ma-
gistratus habeat iurisdictionem be
neficio principis, nec tamen rectè
dicatur eam habere alieno benefi-
cio, *ut respondet Io. Gill. d. lib. 2. cap.*
23. quia respondeo, Imo eum, qui
non habet iurisdictionem iure ma
gistratus, licet eam habeat a prin-
cipe, non tamen dici eam habere
iure suo, sed alieno beneficio, quia
eam habet, vt alienam, non, vt pro
priam, Nec est contrarium, quod
dicitur de magistratu, quia falsum
est, eum habere iurisdictionem be-
neficio principis saltem immedia-
tè; nam, *uti latius exposuimus in 5.*
c. q. 1. nu. 2. beneficio principis ha-
bet magistratũ, iurisdictionem ve-
rò iure magistratus.

Septimo demum probatur hæc
sententia *l. vlt. C. ubi, et apud quem,*
8 vbi Iustinianus, † *Et apud eos*, in-
quit, *qui dantur a iudicibus, qui pro*
priam iurisdictionem non habent,
sed tantummodo iudicandi facult-
tem, quibus verbis supponit, iudi-
ces dari etiam ab ijs qui non ha-
bent propriã iurisdictionẽ. Huius-
modi aũt nõ sunt magistratus, quip
pe, qui propriã haud dubiè iurisdi-
ctionẽ habẽt, neq; sunt iudices da-
ti a magistratu, quoniã hi iudicem
dare non possunt *l. a iudice 5. C. de*
iud. Sunt igitur iudices a principe
delegati, quos proinde intelligi-
mus ꝓpriã nõ habere iurisdictionẽ

Nec est, qđ respõdeas, posse hęc
verba intelligi de ijs, ꝗbus a magi-
stratu mãdatur iurisdictio, quos ho
die iudices ad vniuersitatẽ causarũ

9 delegatos appellamus,† *vt intelligit Cam.Plaut.d.lib.1.c.10.num.6.* quia licet non inficier,de ijs etiam esse Iustiniani verba accipienda, *vt demonstraui c.5.q.4.nu.55.* Verum tamen & illud esse censeo, quod supra dixi, ad iudicem quoque a principe delegatum pertinere,quia de vtroq;,tam in pręcedētibus, quam in sequentibus verbis locutus est Iustioiaous, *vti latius ibi demonstraui.*

Neque huic sententiæ contraria argumenta refragantur: Nam ad primum respoodeo, id procedere io ea iurisdictione quā quis habet a principe, vt ordinariā non, quam,vt delegatam: nam delegata iurisdictio, vt non est ordinaria, ita,oec propria delegati.

Ad secuodum verò respondeo, id procedere regulariter,sed habere exceptionem io delegato principis,qui licet alienam iurisdictionem habeat, iudicem tamen delegare potest *d.l.a iudice 5.C. de iud.*

Ad tertium respondeo,nō æqui
10 parari io omoibus, sed tātum † io quibusdam, puta in iure delegandi. Cœterum regulariter & infirmiorem, quam ordinarij, iutisdictiooem habet, *ut latius ostendemus in hoc c.q 10.* & ab alijs oon distat delegatis. *Ita glo.in l. a Diuo Pio 15. in prin. in verb. a se ff. de re iudic. Azo in sum.C. de iurisd. omn. iud.num.6. Alex.in d. rub. ff. de off. eius, nu.7.& 8. uers.6.* Quamobrē, & ab eo princeps, quasi delegans
11 appellatur † *l.vlt. C.de iudic.& scribunt Dec.in rub.ff.de off.eius,nu.4. & ibi Alcia.nu.34.vers.7. Alb.n.9.* quia cum idem non sit principii & delegati tribunal, *vt ait Cam.plaut. in d.rub.ff.de off.eius,lib.2.c.5. nu.3.vers.2.* Non videtur idem a se ipso appellari.

Ad quartū respondeo, negando
12 paritatem: † nam delegatus a lege non est propriè delegatus, sed ordinarius, cum alioquin delegatus a principe propriè delegatus sit, & delegatam habeat inrisdictionem, longe latèq; distantem ab ea, quæ transfertur edicto prætoris,siue,vt aiunt nostri,lege:nam edicto pręto ris iurisdictio delegatut officio, & dignitati,non persooæ: committitur enim magistratibus municipalibus ex certa causa,puta ex causa damni infecti *l.1. ff. de dān.inf.* cū alioquin ea,quæ delegatur a principe,in certā personā cōferatur. Illa trāsfertur in perpetuū, hęc verò ad tēpus;illa non expectat iussum, mandatamvè prætoris, hæc verò principis maodatū necessariò requirit;illā exercet magistratus,vel inuito prætore, hāc verò nō exercet delegatns,nisi priocipe volēte, quoniā in illa magistratus vtitur iure suo, in hac verò delegatus gerit vices delegantis. Nec ad talē paritatē cōprobādam rectè quis vtitur argumento *l.& quia 6.ff.de iurisd.* quoniā illa verba, *nec principaliter ei data est iurisdictio,nec lex defert,* nō possunt ad huiusmodi species, de quibus loquimur referri, cū pertineaot ad magistratus populi Romaoi,quibus principaliter datur iurisdictio,& adpotestates,siue rectores prouinciarū,quibus lege defertur, *uti demonstrauimus in 2.c.q.1. nu.36.& dicemus ēt in c.10.q.1.n.3.* nos verò loquamur de magistratibus mnnicipalibus,quibus edicto prætotis iniungitur iurisdictio, & de ijs, quibus a priocipe certæ causæ cognitio & terminatio delegat.

Ad quintū deniq; respondeo, iurisdictionē non dici delegati ratione proprietatii, & quod ipsius sit propria,sed ratiooe vsus, & exercitij,qnod io cum trāsfertur, *vt ait Dec.in d.l.more 5.nu.3.ff. de iurisd.*

Nec

Nec obstare naturã genitiui, quoniam ea solet esse varia pro subiectæ materiæ varietate, *vt declarãt Bart.& alij in d.rub.ff.de oper.nou.nunc.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus principis est maior quolibet ordinario, Declara, vt n.2.& 6*

3 *Delegatus principis, gerit vices principis in causa delegata.*

4 *Delegatus principis imperat ordinarijs.*

5 *Delegatus principis est maior ordinarijs absolutè, Sed contra nu.6.*

7 *Delegatus principis non gerit vices principis, nisi in causa delegata.*

8 *Delegatus principis est dignior quolibet ordinario, Sed contra nu.18.*

9 *Delegatus principis est dignior ordinarijs absolutè, Sed contra nu.10.*

11 *Maior respectu potestatis est etiam maior respectu dignitatis, & num. 30. Sed contra nu.31.& 37. Declara, vt nu.40.*

12 *Vicesgerens eodem honore est afficiẽdus, quo is, cuius vices gerit, Declara, vt nu.41.*

13 *Subrogatus censetur eodem iure, quo is, in cuius locum subrogatur, Declara, vt nu. 45.*

14 *Delegatus principis eius vices gerit.*

15 *Tit. de off.& pot.iud.deleg. cur præponatur tit. de off. & pot. iud.ord. & nu.46.*

16 *Imperans dignior est eo, cui imperatur, Declara, vt nu.49.*

17 *Dignitatem habens a principe maior est ijs, qui eam habent aliunde, Declara, vt nu. 50.*

19 *Declaratur c. pastoralis 28.in prin. de off.& pot.iud.del.*

20 *Comparatiuum supponit positiuum.*

21 *Delegatus principis non habet dignitatem.*

22 *Iudicare sine dignitate nemo potest, Declara, vt nu.24.*

23 *Principis mandatum est dignitas, Declara, vt nu.26.*

25 *Ordinarij habent dignitatem.*

27 *Appellari a sententia præfecti prætorio non potest.*

28 *Primum dicitur id, quod ante se nihil habet.*

29 *Præfectus prætorio primus est in dignitate.*

32 *Dignius est, quod est propriè tale, quã quod minus propriè.*

33 *Iurisdictio delegata est impropriè iurisdictio, Sed contra nu. 34.*

35 *Dignitas, quæ competit iure suo, est maior ea, quæ iure alieno, Declara, vt nu.36.*

38 *Præses habet maiorem potestatem, quam prætor.*

39 *Prætor est spectabilis.*

40 *Præses est clarissimus.*

42 *Declaratur l.1.C. de off.vica.*

43 *Vicarius præfecti prætorio deputabatur a principe.*

44 *Vicarius præfecti prætorio habet dignitatem.*

47 *Dignitatis non fuit habita ratio a compilatoribus in ordine titulorũ.*

48 *Delegatus principis non est dignior legato a latere.*

51 *Ordinarius habet potestatem a principe.*

52 *Princeps est lex animata.*

53 *Ordinarius non gerit vices principis licet delegatus gerat, Sed cõtra n.54*

55 *Princeps læditur, quoties offenditur eius magistratus in officio.*

An delegatus a principe sit maior quolibet ordinario.

Quæstio nona.



SED, quamquam iudex a principe delegatus non sit ordinarius, nec propriã iurisdictionẽ habeat
1 est tñ maior quolibet ordinario, † *vt simpliciter scribunt glo.in rub. de*

off. & pot. iud. deleg. Castr in rub. ff.
de off. eius, & ibi Alex. num. 4. & 6.
vers. & illud Ias. in prin. Cagn. nu.
39. & 43. Seb Sab. num. 12. Camill.
Plant. lib. 1. cap. 15. num. 3. Ias. in l.
vn. in prin. nu. 20. vers. limita tamē
ff. si quis iusd. non obt. Sed, quia du-
pliciter hoc intelligi potest, vel in
causa delegata, vel absolutè, & in
causa delegata, vel ratione potesta
tis, vel ratione dignitatis, ideo, qua
liter sit accipiendum, videamus.

Et in causa quidem delegata du
bium non est, quin maior sit quoli-
2 bet ordinario † cap. sanè 11. de off.
& pot. iud. del. cap. pastoralis 10. §.
praterea de off. et pot. iud ord. et scri
bunt Bald. in l. a iudice 5. nu. 2. et ibi
Castr. nu. 2. Ias. num. 11. C. de iudic.
Bald. in l. si, vt proponis 4. num. 9. C.
quom. et quand. iud. & in l vn. nu. 2.
C. qui pro sua iurisd Alex. in l. vn in
prin. nu. 14. ff. si quis iusd. non obt.
Ias. in l a Diuo Pio 15. in prin. n. 22.
ff. de re iud. Dec. in rub. ff. de off. eius,
nu. 4. & ibi Iac. de Nig n. 14. Cagn.
nu. 47. & 48. Mart. Mont. num. 44.
vbi testatur hanc esse communem, &
Cam. Plant. lib 2. cap. 6. nu. 1. versi.
aduerte Martin. Mōt. in l. 1. in prin.
nu 22 ff. eod. Petr. Calef. ad l. 1. nu.
101. ff. de indic. Ceras. ad l. eum. qui
23. n. 6. ff. de iurisd. & lib. 3. miscell.
cap. 19. num. 3. & 8. nam, cum in
ea gerat vices principis, & eius per
3 sonam repræsentet † d. cap. sanè 11.
de off. & pot. iud. deleg. & scribunt
Ias. in d. l. a Diuo Pio 15. in prin. nu.
22. ff. de re iud. Ceras. d. li. 3. miscell.
cap. 19. nu. 9. & dicemus etiam infra
nu. 7. cōsequens est, vt eodem, quo
princeps, iure censeri debeat ex re
gula l. si quis cum 10. §. qui iniuria-
rum ff. si quis caut. §. fuerat inst. de
actio. Vnde, cum princeps haud du
biè sit maior omnibus ordinarijs,
debet etiam per consequentias in
causa delegata censeri maior eius

delegatus. Quamobrem in ea po-
4 test ordinarijs imperare † cap. pa-
storalis 28. §. quia verò de off. et pot.
iud. deleg. cap. pastoralis 10. §. præ-
terea. de off. & pot. iud. ord. & eos
coercere, vt diximus in hoc cap. q.
3. numero 5. quod facere non pos-
set, si non esset maior, scilicet,
quia neque minor in maiorem, ne
que par in parem imperium exer-
cere potest l. ille, a quo 13. §. tempe
stiuum ff. ad Treb.

Cœterum absolutè loquendo,
num maior dici possit, si quæramus
5 constat hoc plerosque fateri, † vt
Dec. in rub. ff. de off. eius, num. 2. &
4. vers. vnde concludendum, quia
comparatio non videtur posse cō-
siderari in causa delegata, quip-
pe, quæ est exempla a iurisdictio-
ne iudicis ordinarij, vt dicemus in
10. cap. quæst. 8. num. 16. & in his
terminis considerant Dec. in d. rub.
ff. de off. eius, num. 4. & ibi Purp. nu.
36. Ideoque, quod dicimus, eum
esse maiorem quolibet ordinario,
necessariò videtur intelligendum
extra causam delegatam.

Sed hoc non obstante verius,
& receptius est, eum censeri qui-
dem maiorem ordinarijs in causa
6 delegata, sed non absolutè: † Ita
enim censuerunt Purp. in d. rub. ff.
de off. eius, num. 30. vers. 2. & ibi
Paul. Orta num. 25 Alb. nu. 16. Iac.
de Nig. num. 14. Cagn. num. 47. &
48. vbi subijcit ab hac declaratio-
ne, tamquam communi non esse rece-
dendum, & Martin. Mont. nu. 29. &
30. vbi testatur, hāc esse receptio-
rem, Ceras. d. lib. 3. miscell. cap. 19.
nu. 8. & est de mente eorum, quos re-
tulimus supra nu. 2. Quæ sententia
probatur.

Primo d. cap. pastoralis 10. §. præ-
terea de off. & pot. iud. ord. vbi ma-
ioritas apertè constringitur ad cau
sam delegatam illis verbis, quan-

tum

tum ad illud sit maior ordinario,
Quemadmodum & *in d. cap. sanè.*
11. *de off. & pot. iud. del.* vbi simili-
ter cōstringitur illis verbis, *In cau-
sa illa superior est, & maior.*

Secundo, quia limitata causa li-
mitatum parit effectum *l. in agris.*
16. ff. *de acq. rer. dom.* Sed repræsen
tatio, quæ ést causa maioritatis, est
limitata, & restricta ad causam de-
legatam, scilicet, quia delegatus in
ea tantum gerit vices principis, &
7 eius personam repręsentat, † *vt scri
bunt Alb. in d. rub.* ff. *de off. eius, nu.*
16. *& ibi Iac. de Nigr. nu.* 14. Debet
igitur limitatum, & ad illam causā
constrictum maioritatis effectum
operari. *Ita Cagn. in d. rub.* ff. *de off.
eius, nu.* 49.

Neque obstat contrarium, quia
respondeo, Imo comparationem
in causa delegata considerari *d.* §.
præterea, d. cap. sanè; Nec obstare,
quod causa delegata sit exempta a
iurisdictione iudicis ordinarij,
quia censetur Primo exempta,
quoad exercitium iurisdictionis,
scilicet, quia ordinarius nō potest
in ea se intromittere, neque iurisdi
ctionem exercere, *vt dicemus in-
fra nu.* 46. Sed non, quoad iurisdi-
ctionis habitum, quoniam dicitur
adhuc ad alterius iurisdictionem
pertinere *l. vn. C. qui pro sua iurisd.*
Secundo verò dato etiam, quod
omnimodo censeretur exempta,
adhuc tamen in ea posset fieri cō-
paratio habito respectu ad id ius,
quod haberet ordinarius, si causa
non esset per delegationem exem
pta.

Hoc autē posito succedit altera
quæstio, an in causa delegata cen-
seatur maior ordinarijs ratione tā
tum potestatis, an verò etiam ra-
tione dignitatis, ita, vt dici possit
dignior quolibet ordinario. Et no-
stris quidem frequētius visum est,
eum etiam ratione dignitatis esse
maiorem; nam communi sensu tra
diderunt, huiusmodi delegatum
esse maiorem, & digniorem quoli-
8 bet ordinario, † *vti videre est apud
Castr. in d. rub* ff. *de off. eius, & ibi
Alex. nu.* 5. *&* 11. *in fi. Ias. in prin.
& nu.* 1. *Dec. nu.* 3. *Purp. num.* 24. *&*
28. *Cagn. nu.* 37. 39. 43. *&* 47. *Paul.
Oria. nu.* 11. *&* 25. *in fi. Seb. Sap. nu.*
12. *Mart. Mont. nu.* 29. *&* 55. *in fin.
Ias. in l.* 1. *in prin. num.* 64. *& in* §.
qui mandatam num. 3. ff. *de off. eius,
& in rub.* ff. *de iurisd. num.* 2. *Alcia.
lib.* 2. *Parad. cap.* 12. *Claud. Cant.
lib.* 2. *de off. iud. cap.* 2. *num.* 8. 10. *Gil-
bot. lib.* 2. *de iurisd. & imp. cap.* 23.
Petr. Ricc. in §. *sunt autem num.* 26.
inst. de bon. poss. non quidem abso-
9 lutè † *vt Dec. in d. rub.* ff. *de off. eius,
numero* 4. *versic. vnde concluden-
dum, & alij existimabāt,* sed (vt di-
ctum est) in causa tantum delega-
10 ta, † *vt declarant Purp. in d. rub.*
ff. *de off. eius, num.* 30. *vers.* 2. *&
num.* 36. *& ibi Paul. Oria. num.* 25.
Alb. num. 16. *vbi testatur hanc esse
communem, Cagn. num.* 47. *&* 48.
*vbi pariter testatur, hac esse com-
munem declarationem, nec ab ea re-
cedendum, & fatentur etiam Iac.
de Nig. ibi nu.* 14. *vers. ideo conside-
rabam, & Coras. d. lib.* 3. *miscell.
cap.* 19. *num.* 8. *licet arbitrentur, id
communi Dd. sententia refragari,
quod tamen perspicuè falsum est.*
Mouentur autem, vt ita senti-
ant,

Primo, quia, qui maior est res-
pectu potestatis, vtique est etiam
11 maior respectu dignitatis † §. 1.
vers. quanto Auth. de def. ciuit. coll.
3. Sed iudex a principe delega-
tus haud dubiè maior est ordina-
rijs respectu potestatis *d. cap. pa-
storalis* 10. §. *præterea de offic. &
pot. iud. ord.* Ergo & respectu di-
gnitatis.

Secũdo, quia, qui vices alterius
gerit, eodem honore, eademq; di-
gnitate censendus est, qua censetur
12 is, cuius gerit vices † *c. vlt. 93. dist. c. nobilissimus 97. dist. l. 1. C. de off.*
vic. cum subrogatus in alterius lo-
cum censeatur eodẽ iure, quo is, in
13 cuius locum subrogatur † *l. si eum*
10. §. qui iniuriarum ff. si quis cau-
tio §. fuerat inst. de actio. §. sed neq;
inst. de testa. ord. Sed delegatus a
14 principe vices eius gerit † *d. c. sa-*
nè 11. de off. & pot. iud. del. c. 1. 94.
dist. iu. & scribunt Castr. in d. rub. ff.
de off. eius. & ibi Alex. nu. 4. & 11.
in fi. Cagn. nu. 35. & 40. Seb. Sap. nu.
12. Cam. Plant. lib. 1. c. 15. nu. 3. Co-
ras. d. lib. 3. miscell. c. 19. num. 3. & 8.
Erit igitur eodem, quo princeps,
honore, eademq; dignitate censen
dus. Atqui princeps sine dubio est
dignior quolibet ordinario. Ergo
& dignior erit eius delegatus. *Ita*
Dec in d. rub. ff. de off. eius, nu. 2. &
ibi Purp. nu. 24. Claud. Cant. d. lib. 2.
de off. iud. c. 2. nu. 8.

Tertio, quia prælatio supponit
maiorem dignitatem, cũ digniora
sint premittenda *l. 2. ff. de alb. scrib.*
Sed principis delegatus præfertur
omnibus ordinarijs, *vt patet ex tit.*
decr de off. & pot. iud. deleg. qui hac
ratione praponitur tit. de off. & pot.
15 *iud. ord.* † *vt considerant Castr. in d.*
rub. ff *de off eius. & ibi Alex. nu. 4.*
Ias. nu. 1 Dec. nu. 3. Purp. num. 24.
Cagn. nu. 35. Alb num. 15. Seb. Sap.
nu. 12. Martin Mont. nu. 29. Est igi-
tur dignior ordinarijs.

Quarto, quia, qui imperat, di-
16 gnior est eo, cui imperatur † *d §. 1.*
versi. quanto Auth. de defens. ciuit.
coll. 3. Sed delegatus a principe im
perat quibuscunq; ordinarijs, *vt di*
ctum est supr. num. 4. Est igitur illis
omnibus dignior.

Quinto, quia, qui dignitatẽ, aut
potestatẽ habet a principe, dignior
est ijs, qui aliunde ius dignitatis,
17 aut potestatis sunt consecuti † *l. 2.*
ff. *de alb. scrib.* Sed hic delegatus ha
bet potestatem a principe, ordina-
rius verò, non a principe, sed a le-
ge *l. & quia 6. ff. de iurisd.* Ergo de-
legatus est dignior ordinario. *Ita*
Dec in d. rub. ff. *de off. eius, nu. 4.*

Verum his non obstantibus mi-
hi verior videtur sententia existi-
mantium, huiusmodi delegatũ esse
quidem in causa commissa maio-
rem ordinarijs ratione potestatis,
18 sed non ratione dignitatis. † *Fuit*
hac sententia Alciat. in d. rub. ff. *de*
off. eius, nu. 31. & ibi Camill. Plant.
lib. 2. c. 4. nu. 18. & c. 5. num. 5. & 6.
non aliorum: nam Paul. Oria. Iac. de
Nig Purp. Coras. & alij. qui profiten-
tur se cõmunem impugnare, effectu
cum cæteris consentiunt, dum fa-
tentur, eum in causa delegata esse di
gniorem. Probatur autem hæc sen-
tentia.

Primo *ex cap. pastoralis 28. in*
prin. de off. & pot. iud. deleg. vbi S.
P de suo delegato loquens, *Dele-*
gatus tamen, inquit, *debet sollicitè*
prouidere, vt si personis superioribus
(exigente necessitate) negotium du-
xerit delegandum, in coactionibus
inferendis dignitati deferat, & per-
sona. Ex quibus verbis ita argumẽ
19 tor. † Hic agitur de causa delega-
ta, quia tractatur de ipsius subdele-
gatione a delegato facienda, & ta-
men supponit S. P. huiusmodi sub
delegationem posse fieri personis
in dignitate maioribus, & superio-
ribus delegato, vt apparet ex illis
verbis, *personis superioribus*, & ex
illis, *dignitati deferat, & persona.*
Non est igitur eius delegatus in di
gnitate maior omnibus ordinarijs

Secundo probatur, quia præla-
tio non potest inter eos considera-
ri, qui non habent id ius, in quo de
prælatione disputatur, vtputa, non
potest

potest tractari de prælatione hypothecæ, nisi inter creditores habentes hypothecam, scilicet, quia com-
20 paratiuum supponit positiuum † *l. vbi autem non apparet 71. in prin. vers. quo sit* ff. *de verb. oblig. & scribunt Abb. in c. peruenit 3. num. 2 de iureiur. Dec. conf. 183. nu. 6. Decia. consi. 19. nu 2. vol. 3 Surd. decis. 65. nu. 8.* & non entis nullæ sunt qualitates *l. eius, qui 41.* ff. *si cert. pet.* Sed delegatus a principe nõ habet
21 dignitatem † Nec igitur cæteri potest maior ratione dignitatis. *Ita Cam. Plaut. d. lib. 2. c. 4. nu. 10. & c. 5. nu. 5.* Non habere autem eum dignitatem, vel ex eo intelligimus, quia sola delegatio non tribuit dignitatem, quod patet ex eo, quia, si tribueret, vtiq; & augeret. Atqui nõ auget *l. præcipimus 32. l. si quãdo 36. C. de appell.* Nec igitur tribuit. *Ita Cam. Plaut. d. lib. 2. c. 4. num. 16. & c. 5. nu. 2.* Quamobrem delegatus principis non connumeratur inter eos, qui sunt in aliquo dignitatis ordine, & gradu constituti *in l. vlt. C. vt dign. ord. seru. lib. 12.* qua, qui delegat, non censetur committere vices suas in dignitate, sed in potestate, & iurisdictione; Qua ratione fit, vt delegatus non debeat vti insignibus delegãtis, quoniam hæc honori tributa sunt, nec in delegatum transferuntur, *vt scribit Ant. Gom. ad l. solet 16. nu. 3. ff. de iurisd.*

Nec est, quod obijcias, Imo delegatum habere dignitatem, cum
22 sine ea nemo iudicare possit, † *vt in specie scribit Paul. Oria. in d. rub.* ff. *de off. eius. nu. 24* & solum princi-
23 pis mandatum sit dignitas † *l. nemo 5. C. de dign. lib. 12. & scribit Alcia. in d. rub.* ff. *de off. eius. nu. 33. in fi.* quia respondeo, quod dicimus, neminem posse iudicare sine digni-
24 tate, procedere † in ijs, qui iudicãt, vt magistratus, siue, vt ordinarij: nam ij sine dubio dicuntur habere
25 dignitatem, & honorem † *l. vlt. C. vt dign. ord. ser. lib. 12. l. honor 14. in prin.* ff. *de mun. & hon. & scribit Cam. Plaut. d. lib. 2. c. 5. nu. 2. & 11.* Cæterum, qui iudicant, vt delegati, quin id faciant sine dignitate, non puto dubitandum, *vt nec dubitat Cam. Plaut. d. c. 5. n. 11.* quia, nec olim iudices dati habebant dignitatem, cum non essent magistratus, sed priuati, *vt ostendimus in 1. c. q. 4. nu. 1. & 14.* & tamen de omnibus ferè priuatorum causis iudicabant, *vt diximus in eod. 1. c. q. 3. nu. 22. & in c. 3. q. 2. nu. 1. & seqq.* Quod verò dicitur *in l. nemo 5. C. de dign. lib. 12.* fieri dignitatem, quę
26 principe iubente sustinetur, † non est accipiendum de iussu delegationem continente, sed de eo, qui procurationem aliquam, siue administrationem iniungit; is enim dignitatem tribuit, non simplex delegatio.

Deniq; non est, quod obijcias, Imo principis delegatum habere dignitatem, saltem inspecto iure pontificio, quo nõ possunt ab Apostolica sede causæ delegari, nisi personis in dignitate constitutis, *cap. statutum 11. in prin. de rescrip. in 6. & diximus in 6. c. q. 2. num. 2.* quia respondeo, nos hic non tractare de dignitate propria ipsius delegati, sed de ea, quam habere supponitur ex persona delegantis, & dicere, eũ, qui delegat, non transferre dignitatem, nec vices suas in dignitate committere, sed tantum mandare iurisdictionẽ, & officiũ iurisdicundi: respectu enim dignitatis, quam delegatus habet ex persona propria, & proprio iure, nõ esset, quod quisquã deduceret in cõtrouersiã prælationem, scilicet, quia certum est, qui in dignitate, quibusq; præferan-

ferantur. Itaq;,si, verbi gratia, S.P.
causam alicui committeret Archi-
episcopo , esset is haud dubiè di-
gnior episcopo,sed, vt ordinarius,
non,vt delegatus.

Tertio probatur, quia, si princi-
pis delegatus in causa commissa
esset dignior ordinarijs, deberet ha
bere omnes illas prærogatiuas,
quæ in signum maioris dignitatis
conceduntur. Atqui eas non ha-
bet, vt patet ex eo, quia inter præ-
rogatiuas, quæ in signũ dignitatis
conceduntur præfecto prætorio,
connumeratur illa, ne ab eius sen-
27. tentia possit appellari † *l.1.ff.de off.*
praef.praet l.a proconsulibus 19.*C. de*
*appell.l.*1.*C.de sent.praef.praet. l.prae-*
fectis 18.*ff.de minor.* Et tamen hãc
prærogatiuam nõ habet principis
delegatus,quoniam ab eius sentẽ-
tia potest appellari, *vt diximus in*
*q.prec.nu.*11. Ergo non est dignior
quolibet ordinario. *Ita Cam.Plaut.*
*d.lib.*2.*c.*4. *nu.*13.

Quarto, quia, si talis delegatus
esset dignior omnibus ordinarijs,
non diceretur præfectus prætorio
primum in dignitatibus locum ob
tinere,cum primũ dicatur id,quod
28 ante se nihil habet † §. *in reliquam*
in proem. ff. Atqui dicitur primum
29 dignitatis gradum obtinere † *l.*1.
C.de off. vic. Non est igitur illo di-
gnior delegatus. *Ita Cam. Plaut.d.*
*lib.*2.*c.*4 *nu.*13. Et his quidem mo-
ueor fundamentis, non ijs, quibus
alij mouentur.

Primum enim non moueor eo,
quod,qui pleniorem, & ampliorẽ
iurisdictionem habet, dignior est
30 eo,qui habet minorem † §. 1.*vers.*
*quanto. Auth. de defen. ciuit. coll.*3.
& est doctrin.gl.in c.in nono,in verb.
*pari.*21.*dist. quam probat Cagn. in*
*rub.ff.si cert.pet.nu.*41.*in fi.* Sed or
dinarius habet pleniorem,& latio-
rem iurisdictionem,quam delega-
tus, *vt ostendemus in q.seq.* cum or-
dinarius habeat generalem,delega
tus verò specialem,& ad vnã tan-
tum causam constrictam *c.studuisti*
2.*de off.legat.* Est igitur ordinarius
dignior delegato, *vt arguit Iac. de*
*Nig.in d.rub. ff.de off. eius, nu.*8. *&*
14. quia, præter id,quod nõ sequi-
tur,habet maiorem potestatem, er
31 go,& maiorem dignitatem,† *vt de-*
*monstrabimus infra nu.*17.*& in his*
terminis considerat Camill.Plaut.d.
*lib.*2.*c.*4.*nu.*4. supponit etiam hoc
argumentum, delegatum habere
dignitatem, sed minorem ordina-
rio,propter vim cõparatiui, quod
positiuum supponit, *vt diximus su*
*pra nu.*20. Et tamen nos supra de-
monstrauimus,eum nullam ex de-
legatione consequi dignitatem, vt
proinde, nec in ea dici possit, aut
maior,aut minor ordinario.

Secundo non moueor ea ratio-
ne, *qua mouetur Coras.d.lib.*3.*misc.*
*c.*19.*n.* 7. quod scilicet, dignius sit,
quod est propriè tale, quam, quod
32 minus propriè, † *vt scribit Dec. in*
rub.ff.si cert.pet in 1.*lect. num.*6. *&*
in tertia nu. 27. Sed iurisdictio or-
dinaria est propriè iurisdictio, de-
33 legata verò impropriè,† *secundum*
eund.Coras.ibi. Ergo ordinaria est
dignior delegata, quia, præter id,
quod falsum puto, iurisdictionem
delegatam non esse propriè iurisdi
34 ctionem,† *Et contrariũ rectè scrip-*
sit Seb.Sap.in rub ff. de iurisd.nu. 4.
in fi. cum in extraordinarijs iudi-
cijs omnis, qui iudicat, propriè di-
catur ius dicere, *vt ostendimus in* 1.
*c.q.*6.*nu.*3. supponit etiam delega-
tum habere dignitatem, quod ta-
men diximus esse falsum.

Tertio deniq; nõ moueor,quod
maior sit dignitas, quæ competit
35 iure suo,quam,quę alieno,† *vt scri*
bunt Ias in l.more 5.*nu.*4 ff. *de iu-*
*risd.Dec.in d.rub.ff.de off. eius n.*4.

& ibi

& ibi Iac. de Nigr. nu. 6. Claud. Cãt. lib. 2. de off. iud. c. 2. nu. 8. Sed ordinarius habet dignitatem iure suo, delegatus verò iure alieno. Ergo maior illius, quam huius debet esse dignitas, quia Primo supponit, delegatum habere dignitatẽ, quod esse falsum supra demonstrauimus; Secũdo, quia, quod dicimus, maiorẽ esse dignitatem, quæ cõpetit iure suo, quam, quæ iure alieno, pro-
36 cedit ceteris paribus, † *vt ait Cam. Plaut. d. lib. 2. c. 4. nu* 8. nam, si is, cuius vices in dignitate referuntur, sit maior eo, qui & ipse dignitatẽ habet iure proprio, magis est, vt maior sit dignitas, quæ competit iure alieno, quam, quæ proprio. Probatur ergo primis, non postremis fundamentis, quibus.

Non aduersantur contraria: nã ad primum respondeo primo negãdo maiorem: nec enim sequitur, habet maiorem potestatem, ergo
37 & maiorem dignitatem, † vt patet ex eo, quia præsides habent maio-
38 rem potestatem, quam prætores: † habent enim potestatem gladij *l. illicitas 6. §. qui vniuersas ff. de off. præsid.* quæ prætoribus regulariter non est concessa, *vt diximus in 8. c. q. 2 nu. 66.* &, quæcunq; Romæ varios habent iudices, ad præsidum pertinent officium *l. si in aliquam 7. §. vlt. ff. de off. proc. & leg. l. de omnibus 10. l. omnia 11. ff. de off. præsid.* cũ alioquin prætores de solis caussis ciuilibus iurisdicundi potestatẽ habeant *l. 2. §. cumq; consules ff. de orig. iur.* & tamen prætores habent maiorem dignitatem, quam præsides, scilicet, quia prætores sunt spe-
39 ctabiles † *§. simili quoq; Auth. de appell. coll. 4.* cum alioquin præsides
40 non sint, nisi clarissimi † *l. si super 9. C. de transf. l. vn. C. de priv. carcer. l. vlt. C. ad l. Iul. de vi, & post gl. tradunt omnes in l. 1. in prin. ff. de off. cius,* Non sequitur ergo, maiorem habet potestatem, ergo & maiorẽ dignitatem. *Ita Cam. Plaut. d. lib. 2. cap. 4. nu. 4.*

Secundo respondeo, quod dicimus, eum, qui habet maiorem potestatem, habere etiam maiorẽ dignitatem, procedere, si potestas sit cum dignitate coniuncta; Cœterũ, si distincta, & separata, magis esse, vt a potestate non possit ad dignitatem inferri: potestatem autẽ delegati non esse coniunctam cum dignitate, quia, qui delegat, committit quidem vices suas in potestate, sed non in dignitate, *vti supra diximus*; Non posse igitur in persona delegati a maioritate potestatis inferri ad maioritatem dignitatis.

Ad secundum verò respondeo, id procedere, quoties quis gerit vices in dignitate, siue in eo, quod di-
41 gnitatem annexam habet, † puta, in regno, ducatu, marchionatu, & id genus alijs. Cœterum, si gerat vices in eo, quod a dignitate separatum est, atq; distinctum, vt est cognitio, & decisio causæ, quæ accepta potestate fieri & sine dignitate potest, magis esse, vt vices gerens non sit afficiendus eodem honore, & eadem dignitate, qua afficitur is cuius vices gerit. Nec est contrarium, quod etiam ij, qui sunt vicarij in iurisdictione, habent eandem dignitatis prærogatiuam, quam habent ij, quorum vices gerunt, vti constat *ex l. 1. C. de off. vic.* vbi imperatores, *In ciuilibus caussis*, inquiunt, *vicarios comitibus militũ conuenit anteferri*, & paulo post, *si quidem præfectura meritum cæteris dignitatibus antestat, & vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere indicat portionem*, quia respondeo,
42 hoc procedere † in vicario præfecti prætorio, qui a principe depu-
43 tabatur † *l. 1. §. a præfectis ff. de leg.*

3. l.

3.l.vlt.C. vt dign.ordo. fern. lib. 12. & habebat iurisdictionem ordinariam, vt diximus in hoc cap. q.7. nu. 58. cum dignitate coniunctam, vt ex illis verbis, Vicaria dignitas, apparet, † & in specie declarant Coras.d.lib.3.miscell.cap.19. num.11. Cam.Plaut. d.lib.2.cap.3.num.9. & cap.5. nu.2. & 10. nos verò loqui de eo, qui gerit vices principis in sola cognitione, & decisione causæ, quæ à dignitate separata est, atque distincta; vt supra diximus. Denique non obstat, quod subrogatus censeatur eodem iure, quo censetur is, in cuius locū subrogatus est,
45 quia respondeo, id procedere, † si sit subrogatus in totum. Cœterum, si in aliqua tantum parte, magis esse, vt cēseatur quidem eodem iure respectu illius rei, in qua fuit subrogatus, sed non respectu aliarum, cum limitata causa limitatum producat effectum, l. in agris 16. ff. de acq.rer.dom. Delegatum autē principis subrogari quidem in locum principis respectu potestatis, & iurisdictionis in causa commissa, sed non respectu dignitatis, vt scribit Cam.Plaut.d.lib.2.cap.5.nu.3.& 8. ideoque censeri quidem eodē iure quoad potestatem, quia dicitur maior quolibet ordinario, sed non, quoad dignitatem. Ita Cam.Plaut. d.lib.2.cap.5.nu 9.

Ad Tertium respondeo, prælationem tunc maiorem arguere dignitatem, cum ea fit respectu dignitatis, vt in d l.2. ff.de alb. scrib. In
46 ordine autem decretalium † non præferri delegatum ordinarijs respectu dignitatis, nec ad eam compilatores respexisse, sed respectu iurisdictionis, & eius exercitij: nā, quia delegatus habet mandatū speciale, & ordinarij generale, generique per speciem derogatur, ideo, cum quæritur, cuius sit iurisdictio, primum inspiciendū est, num causa fuerit alicui specialiter delegata, quia tūc cœterorum omnium partes cessant, cap. studuisti 2.de off.leg. Quod, si nullus exter delegatus, tūc ordinariorū erit iurisdictio. Quam obrem ad ordinē iudicij respicientes compilatores decretorū, prius de officio, & potestate iudicis delegati, deinde de officio iudicis ordinarij tractauerunt, vt proinde ex hoc ordine non dignitatis (vt nec
47 aliàs † secundum Cagn.in d.rubr.ff. de offic.eius,nu.37.& ibi Alcia. pluribus hoc comprobantem, num.20.& Cagn.in rubr. ff. si cert.pet. nu.43.) sed potestatis, & iurisdictionis maioris in causa delegata debeat argumentum deduci, vt rectè considerāt Paul.Oria.in d.rub. ff.de offic. eius,num.25.in fi. & ibi Iac.de Nig. nu. 7. Coras.d.lib.3. miscell. cap.19. nu.8. Aliàs enim sequeretur, delegatum à principe esse digniorem legato à latere, cum titulus, de officio delegati præcedat titulum de officio legati, quod tamen perspi-
48 cuè falsum est, † vt scribunt Alciat. in d.rubr.ff.de offic.eius,num.37.& ibi Iac.de Nig.nu.7.Purp.nu.25.

Ad Quartum respondeo, esse di-
49 gniorem, † si potestas imperandi sit cum dignitate coniuncta. Cœterum, si distincta, vt est cognoscēdi, & iudicandi potestas delegata, magis esse, vt sit quidem maior, sed non dignior: nam maior est potestate, sed non dignitate, vti supra diximus.

Ad Quintum denique respondeo dupliciter, & Primo negando, huiusmodi delegatū habere dignitatem à principe: nam verius est, habere quidem eum potestatem, & iurisdictionem, sed non dignitatē, quia, vt sæpè dictum est, qui delegat, committit quidem vices suas in iurisdictione, sed non in digni-

tate;

tate: Regulam autem *l. 2. ff. de alb.*
50 *scrib.* procedere in ijs, † qui digni-
tatem, & honorem sunt à principe
consecuti, puta honorem decurio-
natus, de quo loquitur, ideoque
non obesse.

Secundo respondeo, Imo etiam
ordinarios habere (saltē mediatè)
potestatem à principe, à quo con-
stituuntur, *vt diximus in 5. cap. q. 1.*
51 *num. 2.* † *Ita Alex. in d. rubr. ff. de*
offic. eius, nu. 10. vers. 8. & ibi Alcia.
nu. 34. Cam. Plau. d. lib. 2. cap. 4. n. 3.
& contra delegatum habere pote-
statem à lege, cum habeat à prin-
cipe, qui est lex viua, & animata,
52 † *§. vlt. Auth. de Consul. coll. 4.* & ideo
ius prælationis, & maioritatis non
debere ex hoc æstimari, sed ex alijs
causis, quæ potius ordinarijs, quam
delegato fauent, *secundum ea, quæ*
supradiximus.

Nec obstat, quod, licet ordina-
rius habeat iurisdictionem à lege,
siue à Principe, non tamen ipsum
Principem repræsentat, cum dica-
tur habere iurisdictionem iure suo
l. more 5. ff. de iurisd. & tamen de-
legatus eum repræsentat, cum di-
catur vices eius gerere, & iurisdi-
ctionem eius exercere, *cap. sanè 11*
53 *de offic. & pot. iud. deleg.* † *Et in spe-*
cie respondet Dec. in d. rub. ff. de offi.
eius, n. 4. quem ibi probant Seb. Sap.
nu. 12. & Iac. de Nig. nu. 19. vers. 8.
quia respondeo, Imo etiam ordi-
54 nariū principis vices referre, † *cap.*
mandata 6. de præsumpt. cap. cū ve-
nerabilis 7. de consuetud. & scribit
Cam. Plaut. d. lib. 2. cap. 4. num. 6. &
cap. 5. nu. 7. non quidem in specie,
sed in genere, quia principem in
omnibus causis ad suā iurisdictio-
nem pertinentibus repræsentat, *vt*
ait Coras. d. lib. 3. miscell. c. 19. nu. 9.
Quamobrem, & princeps censetur
lędi, cum magistratus offenditur in
55 officio, † *l. quisquis 5. in princ. C. ad*
l. Iul. maiest. Ex quibus apparet, ve-
rius esse, *quod supra diximus*, dele-
gatum à principe esse quidem in
causa commissa maiorem ordina-
rijs, sed non digniorem, tametsi
contrarium à nostris frequentius
sit receptum.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio ordinaria est firmior, & potentior, quam delegata, licet plerique contra senserint, nu. 50. Intellige tamen, vt nu. 49.*

2 *Iurisdictio ordinaria est fauorabilis, delegata verò odiosa.*

3 *Ordinarij plures habēt singuli iurisdictionē insolidū & habitu, & exercitio, secus in pluribus delegatis.*

4 *Ius accrescendi locum habet in iurisdictione ordinaria, secus in delegata, num. 5.*

6 *Præsumitur pro iurisdictione ordinaria, secus pro delegata, nu. 7.*

8 *Ordinarius non tenetur in citatione inserere exemplum sui priuilegij.*

9 *Delegatus debet in citatione inserere exemplum suæ delegationis, aliàs nulla est citatio.*

10 *Eximens vocatum ad iudicem delegatum à Principe non tenetur pœna edicti, Ne quis eum, qui in ius voc. est, vi ex. Sed contra, nu. 11.*

12 *Declaratur l. 3. §. si quis, ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi ex.*

13 *Potentius est, quod quis habet iure suo, quam, quod iure alieno.*

14 *Ordinarius potest delegare cum potestate subdelegandi, Delegatus verò principis non potest, secundum communem.*

15 *Ordinarius potest cōmittere causam reseruata sibi sententia, Delegatus verò Principis non potest.*

16 *Ordinarius potest mandare potestatem absoluendi excommunicatum, Delegatus verò Principis non potest, num. 17.*

18 *Ordi-*

18 *Ordinarius realiter citare potest, Delegatus verò Principis non potest, Sed contra, nu. 20.*

21 *Ordinarius potest mulcare, Delegatus verò principis non potest, Sed contra, nu. 22.*

23 *Ordinarius potest irrogare multam etiam graniorem, Delegatus verò principis non potest, & quantam posit, num. 24.*

25 *Sententia ordinariorum, qui sunt discordes, valet, delegatorum verò non valet.*

26 *Ordinarius potest exequi transactionem partium, Delegatus verò principis non potest, nu. 27.*

28 *Iurisdictio ordinaria non extinguitur morte constituentis, Delegata verò extinguitur morte principis, num. 29.*

30 *Morte unius ex ordinarijs non extinguitur alioru iurisdictio, morte verò unius ex delegatis extinguitur.*

31 *Ordinarius iure ciuili recusari non potest, secus iure canonico, num. 33. Delegatus uerò principis potest etiā iure ciuili, nu. 32.*

34 *Ordinarius suspectus delegare potest, Delegatus verò principis nō potest.*

35 *Ordinarius potest delegatam iurisdictionem quandocumque reuocare, delegatus verò principis re non integra non potest.*

36 *Ordinarius, si nulliter pronuntiet, potest iterum iudicare, Delegatus verò principis non potest, nu. 37. Sed contra, nu. 39.*

38 *Delegatus principis nō potest exequi suam sententiam, Sed contra, n. 41.*

40 *Declaratur l. si, vt proponis 4. C. quomodo, & quando ind & nu. 41.*

42 *Ordinarius perpetuo sententiam exequi potest, delegatus verò principis non, nisi intra annum.*

43 *Iurisdictio delegati à principe finitur, si validam sententiam protulerio.*

44 *Ordinarius potest restituere aduersus suam sententiā, Delegatus verò principis non potest, nu. 45.*

46 *Ordinarius potest sententiam ambiguam interpretari, Delegatus verò principis non potest.*

47 *Delegatus principis, si pronuntiet, se non esse iudicem competentem, non potest amplius cognoscere, Ordinarius verò potest, nu. 48.*

51 *Restituere aduersus sententiam ordinarij potest etiam alius ordinarius, aduersus verò sententiam delegati à principe solus princeps restituit, num. 52. & cur, num. 53.*

An iurisdictio ordinaria sit firmior, & potentior delegata.

Quæstio Decima.



Vamquam autem arbitrētur nostri delegatum à principe esse digniorem quolibet ordinario, fatentur tamen cōmuniter huius, quam illius pleniorem, potentiorem, & firmiorem
1 esse iurisdictionem; †*uti videre est apud Bald. in l. si, vt proponis 4. nu. 9. & ibi Castr. num. 2. C. quomodo, & quando ind. Alex. in rubr. ff. de offic. eius, nu. 5. & 11. in fi. & ibi Ias. n. 1. Dec. nu. 5. Purp. nu. 38. vers. 3. Cagn. nu. 43. Paul. Oria. nu. 11. & 24. vers. 4. & num. 25. Seb. Sap. nu. 12. & 22. Martin. Mont. num. 56. Cam. Plano. lib. 2. cap. 6. nu. 1. vbi testatur hanc esse communem, Ias. in rubr. ff. de iurisd. nu. 2. & in l. more 5. nu. 6. & ibi Dec. nu. 10. ff. eod. Paul. Orian. in l. 1. in prin. nu. 139. ff. de offic. eius. Nic. Bell. lib. 3. supp. cap. 18. nu. 2. Cor lib. 3. Miscell. cap. 19. nu. 1. Peo. Ricc. ad §. sunt autem, nu. 26. inst. de bon. poss.* Quod & verum est: nam esse plenioré ex multis intelligimus, &

Primo ex eo, quia iurisdictio ordinaria est fauorabilis, delegata verò odiosa. Quamobrem in illa

sit

sit latior, in hac verò strictior inter-
2 pretatio. † *Ita scribunt glo. in c. 1. in verb. processus, de rescript. in 6. Bald. in l. vlt. nu. 5. C. de Iudic. Alex. in l. 1. in princ. nu. 49. ff. de offi. eius, & in l. fin. nu. 7. ff. de iurisd. Ias. in l. more 5. nu. 8. ff. eod. Seb. Sap. in rubr. ff. de offic. eius, num. 22. & ibi Iac. de Nigr. nu. 17. vers. 3. & vers. 4. & nu. 28. Mart. Mont. nu. 54. vers. vndecimo. Alcia. nu. 36. Vant. de null. sent. tit. de nullit. ex defect. iurisd. nu. 28. Io. Iuuen. in l. Imperium 3. nu. 23. ff. de iurisd. Menoc. de præsumpt. lib. 2. præs. 15. nu. 1. et 2. & præs. 16. n. 13. Et in his terminis considerat Alciat. in d. rub. ff. de off. eius, num. 36. vers. Item in iudicijs.*

Secundo, quia, si sint plures or-
dinarij, singuli habent iurisdictio-
nem insolidũ, & habitu, & exerci-
3 tio, † *vt scribunt glo. in l. si vni. 36. aliàs incipit, Pomponius, in verb. proferre, & ibi Bart. nu. 1. Alex. nu. 14. Ias. num. 4. vers. in ea glo. ibi, ff. de re iudic. Petr. Calef. in l. 1. nu. 24. ff. de iudic. Cran. cons. 995. nu. 3.* si verò
sint plures delegati, habent quidem singuli iurisdictionem insolidũ habitu, sed non exercitio, *vt diximus in hoc cap. q. 7. nu. 30. Ita in his terminis considerat Dec. in d. rubr. ff. de offic. eius, nu. 5.*

Tertio, quia in iurisdictione or-
dinaria locum habet ius accrescen-
4 di, † *l. vni. vers. sanè, ff. de off. cons. l. Imperatores 21. §. si magistratus, & ibi Ang. & Imol. ff. de appell. Abb. in cap. ad abolendam 9. nu. 10. extra de hæretic. Cran. d. cõs. 995. nu. 3.* In de-
5 legata verò non item † *cap. vno delegatorum 42. de offic. & poe. iud. deleg. Ita Bald. in l. vni. nu. 24. & ibi Ias. num. 44. C. quando non pet. part. Alexan. in l. si mihi, & Titio. 110. in prin. nu. 22. ff. de uerb. oblig. Bertach. in tract. de Gabell. par. 1. nu. 45. Ias. in l. re cõiuncti 87. nu. 253. ff. de leg. 3. Iac. de Nigr. in d. rubr. ff. de offic. eius, num. 21. & ibi Mart. Mont. nu. 54. vers. vndecimo.*

Quarto, quia pro iurisdictione
6 ordinaria præsumitur, † *vt scribit Vant. de nullit. sent. tit. Quibus modis sent. null. def. nu. 37. & 38.* non
7 etiam pro delegata, † *cap. cum in iure peritus 31. de offic. & poe. iud. deleg. l. vni. & ibi Bald. num. 2. C. de mand. prin. l. 1. C. de superind. lib. 10. §. eos autẽ Auth. de collat. coll. 9. cap. fin. 97. distin. & scribunt Ias. in l. 2. num. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. Vant. de null. sent. tit. de null. ex def. iurisd. nu. 16. & 28.* Quamobrem, licet ordinarius in citatione nõ inserat exemplum sui priuilegij, non tamen ob id nulla est citatio, quia præsumitur habere iurisdictionẽ,
8 in cuius possessione reperitur † *l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit.* At, si
delegatus in citatione non inserat exemplum suæ delegationis, nulla est citatio, nec tenetur citatus comparere, quia probabiliter ignorat
9 eum esse iudicem, † *cap. præterea 2. de dilat. Auth. de litig. in princ. & §. omnem verò, & ibi not. Bart. num. 2. coll. 8. Auth. qui semel, C. quomodo, & quando iud. Bart. in l. 2. nu. 6. & ibi Castr. nu. 2. Ias. nu. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. Bald. in Auth. offeratur, nu. 10. in fi. C. de lit. contest. Ita Bart. in repet. d. l. 2. nu. 26. ff. si quis in ius voc. non ier. Alcia. in d. rub. ff. de off. eius, num. 36.*

Quinto, iurisdictioni ordinariæ multa competunt, quæ delegatæ non cõceduntur, *vt ex ijs, quæ mox dicemus, facile erit intelligere.* Et inter cœtera plerique recensent illud, quia eximens vocatum ad ordinarium incidit in pœnam edicti, Ne quis cũ, qui in ius vocatus est, vi eximat, *l. 1. in prin. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. est, vi ex.* in quã non incidit eximens vocatũ ad iudicem

etiam

30 etiam à principe delegatum, † *l.3.
§. si quis ad pedaneum, ff. eod. secun-
dum Castr. in l. e. num. 2. ff. eod. Alex.
in d. rubr. ff. de off. cius, nu. 6. vers. &
illud, & ibi Cam. Plaus. lib. 2. cap. 7.
num. 2. & 4.*

Sed in hac iuris parte veriorem
esse puto sententiam existimãtium
etiam eximentem eũ, qui ad prin-
cipis delegatũ vocatus est, in eius
31 edicti pœnam incidere; † *In qua
sententia fuit Bald. in rubr. de off. &
pot. iud. deleg. nu. 1.* Imo (quicquid
alij arbitrentur) in eam incidere
omnes, qui eximiunt vocatos ad
quemcũque iudicem etiam ab in-
feriore delegatum. Moueor autẽ,
quia ratio, propter quam in eius
edicti pœnam non incidebat exi-
mens vocatum ad pedaneum iudi-
cem, cessat hodie in iudicibus de-
legatis: nam ideo non incidebat,
32 † quia edictum loquebatur de exi-
mente vocatum in ius, & vocatus
ad iudicem pedaneum non diceba
tur in ius vocatus, *vt diximus in 1.
cap. quæst. 4. nu 20.* quia in ius vo-
care, est vocare ad eum, qui ius di-
cturus est, *§. vlt. Inst. de pœn. tem. lit.*
& iudices pedanei in ordinarijs iu-
dicijs non dicebant ius, sed iudica-
bant, *vt diximus in eod. 1. cap. q. 4.
num. 17.* At hæc ratio cessat hodie,
quia in extraordinarijs iudicijs, in
quibus formularum conceptiones
non obseruantur, quicunque iudi-
cat, siue sit ordinarius, siue delega-
tus, vtique, & ius dicit, *vt ostẽdimus
in eod. 1. cap quæst. 6. nu. 3.* ideoque
etiam ad delegatum vocatus, dici-
tur vocatus in ius, quia censetur
vocatus ad eũ, qui ius dicturus est.
Omnimodo igitur quasi cessante
ratione, *d. §. si quis,* cessare debet,
& eius dispositio.

Potentiorem autem esse iurisdi-
ctionem ordinarij, quam delegati,
non solum constat ex eo, quia re-
gulariter potẽtius est id, quod quis
habet iure suo; quod, quod iure a-
33 lieno, † *l. quod principi 58. cum l.
seq. & ibi not. Bart. nu. 2. ff. de leg. 2.
not. gl. in l. si filius 33. §. erit, in verb.
alio iure, ff. de fideicom. lib. Petr. de
Bellap. in l. more 5. nu. 2. & ibi Alex.
nu. 1. Ias. nu. 4. Dec. nu. 9. Coras. n. 6.
ff. de iurisd. Coras. lib. 3. miscell. cap.
19. nu. 2.* Sed etiam ex multis, quę,
cum ab ordinario fieri possint, dele-
gato tamen etiam à principe de-
negantur.

Primum enim ordinarius potest
delegare causam, cũ potestate sub-
delegandi, *vt nostris frequentius
visum esse retulimus in 5. cap. q. 4.
num. 29.* Principis verò delegatus
cum tali potestate subdelegare ne-
quit, *vt diximus ibidem, num. 46.*
34 † *Ita in his terminis considerant A-
lex. in d. rub. ff. de off. cius, nu. 11. &
ibi Mart. Mont. nu. 52.* Verum ex ijs,
quæ diximus, *ibid. nu. 42.* facile est
intelligere, nullam esse vim huius
discriminis, scilicet, quia verius est,
ne ordinarium quidem huiusmodi
potestatẽ in alium transferre posse,
vt ibidem latius ostendimus.

Secundo verò ordinarius potest
causam cõmittere, & sibi reseruare
sententiam, dummodo ter causam
audiat, quod delegatus à principe
35 iure ciuili facere nõ potest. † *Auth.
ad hæc, C. de iudic. §. illud Authen. vt
def. seu fun. cor. coll. 5. & tradunt
omnes, quos retulimus in 8. cap. q. 24.
nu. 34. & 35.* Sed ex ijs, quæ dixi-
mus, *ibid. num. 34.* facile est intelli-
gere, Auth. illam non pertinere ad
quæstionem propositam, quia nos
loquimur de iudicibus delegatis,
cum alioquin illa Auth. loquatur
de assessoribus, qui nec ordinariã,
nec delegatam iurisdictionem ha-
bent, *vt ibidem latius ostendimus.*
Tertio ordinarius potest mandare
potestatem absoluendi excommu-
nicatum,

nicatum, prædicãdi, cauendi, & ec-
16 clesijs de prælatis prouidẽdi, †*cap. inter cætera 15. c. fi. de off. & pot. iud. ordi. c. causam 8. de elect.* Delegatus
verò S. P. hæc sibi cõmissa in alium
transferre nequit, vtpote in quibus
censetur electa industria personæ,
17 †*c. fi. § 1 et §. ult. de off. et pot. iud. deleg. c. 15. cum 12. eod. tit. in 6. Ita Alex. in d. rub. ff. de off. eius, n. 8. vers. quinto, et ibi Iac. de Nig. nu. 18. vers. 6.*

Quarto ordinarius non solũ ver
bo, sed etiã re citare potest, idest mã
dare, vt aliquis in carcerẽ ducatur,
18 †*l. cõsentaneũ 8. C. quo. et quan. iud. §. si uerò etiã quidã Auth. de exh. reis coll. 5. et diximus in 8. c. q. 19. n. 18. et seq. ubi demõstrauimus, de quibus ordinarijs hoc sit accipiendũ.* At dele-
gatus nõ potest, *d. §. si verò etiã quidã, uers. si uerò nõ administrat Auth. de exh. reis coll. 5. & nos diximus in eod. c. 8. q 19. n. 32.* etiãsi sit delega-
19 tus principis, †*secundũ eos, quos retulimus in ead. q. 19. n 38.* Sed est ve
rius, & receptius hanc potestatẽ cõ-
petere delegato prĩcipis ad exẽplũ
20 ordinarij, † *vt diximus ibi, nu. 40.*

Quinto ordinarius multare põt,
21 † *l. aliud 131. §. ult. ff. de verb. sign. l. 2. §. ul. ff. de iud. l. ult. C. d mod. mult. et diximus in 8. c. q. 16. n. 2.* Delega-
tus verò etiã principis non potest,
22 †*secũdũ eos, quos retulimus ibi n. 96.* Sed contrarium esse verius, & re-
ceptius demonstrauimus, *ibi n. 97.*

Planè, quamquã multare possit,
differt tamẽ ab ordinario (& hęc est
sexta differentia) in modo multæ:
nã ordinarius etiã grauiorẽ multã
23 irrogare potest, † *d. l. ult. C. de mod. mult.* Delegatus verò principis nõ
potest, nisi vsq; ad sex solidos, si sit
de illustrib⁹, vel vsque ad tres, si de
24 spectabilib⁹, vel clarissimis, † *l. 2. C. de sport. Ita Alex. in d. rub. ff. de offi. eius, nu. 8. et ibi Iac. de Nig. nu. 18.*

Septimo differunt, quia, si iudices
ordinarij sint discordes, & variã ꝓ-
ferant sententiã, nihilominus ea va
let, sec⁹ verò si sint iudices delegati.
25 † *cap. fi. de sent. & re iud. Ita Dec. in d. rubr. ff. de offic. eius, nu. 5.*

Octauo iudex ordinarius potest
26 exequi transactionẽ partiũ, † *l. tale pactũ 40. §. qui prouocauit, ff. d pact.* Delegatus verò etiã a principe nõ
27 potest, †*cap. si quãdo 8. de offi. et pot. ind. deleg. Ita Alcia. in d. rub. ff. de off. eius, nu. 36. vers. item, & 2.*

Deniq; firmiorẽ esse intelligimus
ex eo, quia difficilius extinguitur,
quã delegata, vt patet ex multis, &

Primo, quia ordinaria non extin
28 guitur morte constituentis, †*cap. 2. de off. leg. in 6. & scribunt Alex. in l. more 5. n. 29. et ibi Ias. n. 18. Dec. nu. 10. ff. de iurisd. Barboß. in l. quia tale 14. nu. 83. ff. sol. mat.* Delegata verò
extinguitur morte principis, si res
29 integra sit, †*vt dicemus in 10. c. q. 3. nu. 12. Ita Alex. in d. l. more 5. nu. 26. & ibi Ias. nu. 6. Dec. n. 3. ff. de iurisd. Ias. in l. si vni. 36. n. 9. ff. de re iudic. Alb. in d. rub. ff. de off. eius, nu. 9.*

Secundo, quia, si moriatur vnus
ex pluribus ordinarijs, non extin-
guitur aliorum iurisdictio, secus ve
rò si moriatur vnus ex pluribus à
30 principe delegatis, †*cap. vno delegatorum 42. de off. & pot. iud. deleg.*

Tertio, quia ordinarius iure ciuili
nõ põt recusari ad effectũ, vt tanquã
suspectus remoueatur, sed tantũ ad
31 effectũ, vt accipiat adiũctũ, † *Auth. si vero cõtigerit, C. de iud. et scribunt gl. in l. apertißimi 14. in ver. iudices, et ibi Bar. n. 1. Castr. n. 6. Ias. n. 4. vbi testatur hanc esse cõmunẽ, C. de iudi. Castr. in l. prætor 17. nu. 2. ff. de iuris. Imol. in l. quia poterat 4. nu. 4. ff. ad Treb. Ias. in l. si vni. 36. nu. 10. ff. de re iud. in d. Auth. si verò contigerit, nu 1. & in d. l. more 5. nu. 19. ff. de iurisd. Claud. Cant. lib. 2. de off. iud. cap. 2. num. 22. Duar. ad l. soles 16. ff. de*

iurisd. Donell. lib. 17. comm. cap. 25.
Delegatus verò etiã à principe re-
32 cusari, & remoueri potest. † d. l. aper
tissimi 14. et l. vlt. C. de iud. Ita Men.
de Arbitr. lib. 1. q. 54. n. 12. Sed iure
põtificio discrimẽ hoc nullũ est, q̃a
q̃libet ẽt ordinari⁹ eo iure recusari
33 põt † c. cũ speciali 61. in prin. de app.
Quarto, licet ordinarius, vt suspe
ctus remoueatur, non tamẽ impedi
tur, quominus alteri causã delegare
possit, quia suspectus ĩ cognoscẽdo
nõ cẽsetur suspectus in delegando,
c. si quis cõtra 4. de for. comp. d. c. cũ
speciali 61. in prin. de appell. et dixi-
mus in 3. c. q. 3. n. 9. At principis de
legatus, si prius, q̃ subdeleget, remo
ueatur, vt suspectus, nõ põt postea
tãq̃ iurisdictione destitutus subde-
legare, c. iudex ab Apostolica 5. d. off.
et pot. iud. del. in 6. et diximus ibid. n.
34 10. † Ita Alex. in d. rub. ff. de off. eius,
n. 11. vers. 10. et ibi Iac. de Nig. n. 20.
Marc. Mont. nu. 55. vers. Est & alia.
Quinto, quáuis ordinarius dele-
get, nõ tamẽ priuatur potestate co-
gnoscendi, quia potest arbitrio suo
q̃ñcũq; voluerit delegationẽ reuo-
care, etiã si res integra nõ sit, vt di-
cemus in 10. c. q. 7. n. 6. et 8. At dele
gatus principis, si causam alteri sub
delegauerit, non põt re nõ integra
subdelegationem reuocare, quia ex
quo res geri cępit, cẽsetũ iurisdictio
in subdelegatũ translata priuatiuè,
c. quãuis 6. de off. et pot. iud. del. in 6.
& dicemus in eod. cap. 10. q. 7. n. 11.
35 † Ita Alc. in d. rub. ff. de off. eius, n. 36
vers. itẽ delegatus, et ibi Iac. de Nig.
n. 22. Mar. Mõt. n. 54. ver. duodecimo.
Sexto, licet ordinarius pronũtiet,
non tñ extinguitur eius iurisdictio,
nec quo ad cognitionẽ, nec quo ad
executionẽ; nõ quo ad cognitionẽ,
quia potest iterũ cognoscere, & iu-
36 dicare, si nulliter pronũtiauerit, † l.
si praeses 6. C. quo. et quan. iud. l. si ac-
cusatorib. 4. C. de accus. et scribũt gl.
in l. iudex posteaquã 55. in verb. non
possit, ff. de re iud. Bart. in l. si, vt pro-
ponis 4. n. 3. et ibi Bal. n. 6. Castr. n. 2.
C. quo. et quan. iud. Alex in d. rub. ff.
de off. eius, n. 5. et ibi Purp. n. 39. Iac.
de Nig. n. 15. Alb. n. 9. Mart. Mont. n.
45. Cam. Plant. li. 2. c. 6. n. 3. Ias. in l.
qui p̃ salutẽ 33. nu. 2. ff. de iureiur. et
in l. seruis electione 5. n. 4. ff. de leg. 1.
Nic. Bell. li. 3. Suppu. c. 18. n. 1. neque
quo ad executionẽ, quia si validã
protulerit sententiã, potest eã exe-
cutioni demãdare, l. 2. C. de exec. rei
iud. At delegatus à principe statim,
atq; pronũtiauit dicitur functus of-
ficio, tã quo ad cognitionẽ, quam,
quo ad executionem, quo ad cogni
tionẽ, quia, si nullã protulerit sentẽ-
tiã, non potest iterũ cognoscere, &
37 iudicare, † vt cẽsent Bald. in d. l. si vt
proponis 4. n. 9. C. quom. et quan. iud.
Imol. licet sub dubio, in d. l. iudex po-
steaquã 55. n. 6. ff. de re iud. Alex. in
d. rub. ff. de off. eius, n. 6. vers. ideo di-
cit, et ibi Purp. n. 39. moti d. l. si vt p̃-
ponis 4. C. quom. et quan. iud. q̃ñ ã, vt
simpliciter, & indistinctè loquentem
aiunt ad omnẽ delegatum pertinere,
quo ad executionẽ verò, quia sen-
38 tentiã exequi nõ potest, † secũdum
gl. in l. à Diuo Pio 15. in prin. in verb.
à se, ff. de re iud. Alex. in d. rubr. ff. de
off. eius, n. 9. et ibi Cam. Plan. li. 2. c. 9
nu. 3. et 9. et c. 10. n. 1. et 13. Ias. in l.
vlt. n. 5. C. de iud. Sed vtrũq; falsum
est: nã verius est, neq; quoad cognĩ
tionẽ, neq; quoad executionẽ cẽse
ri iurisdictionẽ eius extinctã: Non,
quo ad cognitionẽ, quia, si nullã p̃-
tulerit sententiã, poterit ad ordina
39 rij exẽplũ iterũ p̃nũtiare, † vti rectè
censuerũt Ang. in l. iudex posteaquã
55. n. 6. ff. de re iud. Iac. de Nig. in d.
rub. ff. de off eius, nu. 16. et ibi Mart.
Mõt. n. 47. Cam. Plan. li. 2 c. 6. n. 14. et
Nic. Bel. li. 3. supp. c. 18. n. 2. et alij. Nã
40 l. si ut proponis, † loq̃tur de iudice ab
ordinario delegato, nõ verò de eo,
qui

qui à principe delegatus est, vt ex
eo intelligimus, quia, si causa fuis-
set ibi à principe delegata, non po-
tuisset præses, aut quiuis alius ordi-
narius in ea se intromittere, *vti di-
ximus in 10. c. q. 8. n. 16.* Atqui se in-
tromisit, quia causam iterū alij de-
legauit, *vt ibi dicitur*; Non fuit igi-
tur ibi causa à principe, sed à ma-
41 gistratu delegata, † *ut in specie consi-
derant Iac. de Nig. in d. rub. ff. de off.
eius, n. 16. & ibi Cam. Plan. lib. 2 c. 6.
n. 7. Nic. Bell. d. li. 3. supput. c. 18. n. 3.*
Neque quoad executionē, quia po
test exequi suā sententiā, nō solum
iure canonico, sed etiā iure ciuili,
vt verius, & receptius esse docui-
mus, *in 8. cap. q. 14. nn. 16.*

Planè, quāquā exequi possit, in
hoc tamen differt ab ordinario (&
hæc est septima differētia) quia or-
dinarius potest exequi suā sentētiā
perpetuò, delegatus verò principis
nō, nisi intra annū à die prolatæ sen
tētiæ, quo trāsacto extinguitur eius
42 iurisdictio, † *cap. quarenti 26. de off.
et pot. iud. del. Ita Ang. in l. à Diuo Pio
31. in prin. nn. 2. ff. de re iud. Alex. in
d. rubr. ff. de off. eius, nn. 6. in fi. et ibi
Iac. de Nig n. 17. vers. 3. Mar. Mont.
nn. 50. vers. circa tertiū.* Quod autē
diximus nō finiri, quo ad cognitio-
nē, procedit, si nulliter pronūtiaue-
rit. Cæterū, si validā sententiā pro-
tulerit, magis est, vt finiatur eius iu
43 risdictio. † *Ita Iac. de Nig in d. rub.
ff. de offic. eius, num. 16. & 20. vers.
ultra.* Hinc consequitur.

Octaua differētia: nam ordinarius
potest restituere aduersus suā sentē
44 tiā, † *l. in causa 17. §. ult. cū l. seq. ff.
de min.* Delegatus verò etiā princi-
45 pis nō potest, † *l. aduersus 3. C. si adu.
rem iud. & scribit Bart. in l. ult. n. 4.
C. ubi, et apud quē. Ita Iac. de Nig in
d. rub. ff. de off. eius, nn 15. 16. & 20.
vers ultra; Tametsi Mar. Mōt. ibi nn.
54. cōtrariū cēsuerit.* Hinc cōsequit.

Nona differentia: nā ordinarius
potest suā sententiā ambiguā inter-
pretari, Delegatus verò etiā à prin
46 cipe nō potest, † *l. ab executore 4. in
prin. et ibi gl. in verb. præses prouin-
ciæ, Bart n. 6. Imol. nn. 2. ff. de appel.
Bar. in l. 2. n. 4. C. de sent. ex per. reci.
& in his terminis Alex. (licet non fir
met) in d. rub. ff. de offi. eius, nn. 10.*

Decimo differūt, q̄a si delegatus
pronūtiauerit, se nō esse iudicē cō-
petētē, nō potest amplius de causa
47 cognoscere, † *c. significātib. 38. de off.
et pot. iud. del.* & tñ ordinarius pōt,
48 † *l. si præses 6. n. 2. C. quo. et quan. iud.
Cast. in l. q̄d iussit 14. nn. 5. vers. quid
antē, et ibi Ias. n. 26. ff. de re iu. Cast.
in l. 2. n. 12. ff. si quis in ius voc. nō ier.
et Mar. Mont. in d. rub. ff. de offi. eius.
n. 55. licet subijciat, se credere c. signi
ficātib. nō loq. de delegato principis.*

Ex quibus omnibus apparet, veris
simū esse, q̄d nostri frequētius tradi
derūt, Iurisdictionē ordinarij (qua-
tenus cōsideratur in causis nō dele
49 gatis, † *vt interpretatur Alex. in d.
rub. ff. de off. eius, n. 55. in fi.*) esse ple
niorē, potētiorē, & firmiorē, quā sit
iurisdictio delegati in causa illi cō-
50 missa. Et quāquā † *Iac. de Nig. in d.
rub. ff. de off. eius, n. 22. & alij* pleriq.
cōtrariū cēsuerint, eorū tñ argumē
ta non sunt tanti momēti, vt prop-
ter ea debeam' à cōmuni recedere.

Primū enim, q̄d affertur, ordina
riū non posse delegare causas meri
imperij, *l. solet 6. in prin. ff. de off. pc.
et leg. l. 1. in prin ff. de off. eius,* Princi
pis verò delegatū posse, *iuxta cōmu
nem Dd. sententiā, quā retulimus in
8. c. q. 2. n. 150.* nō obest, Primo, q̄a
ex ijs, quæ diximus ibi nn. 153. cōstat
opinionē cōtrariā esse veriorē; Se-
cūdo, q̄a dato ēt, q̄d opinio cōis esset
vera, tñ illud discrimē nō prouení-
ret ex parte psonæ, sed ex parte rei:
nā delegatus si p se cōsideretur, nō
habet i delegādo maiorē potestatē,

quam ordinarius, cum vterq; pos-
sit delegare causam delegabilem,
sed differũt in hoc, quia causa meri
imperij in persona magistratus nõ
est delegabilis, quoniam ipsius na-
tura nunquam fuit alterata, in per-
sona verò delegati est delegabilis
ob id, quod princeps semel eã de-
legando naturam eius alterauit, &
in perpetuum delegabilem effecit,
*vt considerant sententiæ communis
sectatores, quos retulimus in d.q.2.
num. 152.* Non prouenit igitur dis-
crimen à persona, sed à re.

Quod verò secundo obijcitur,
aduersus sententias ordinariorum
posse restituere etiam alios ordi-
51 narios, † *l. in causa 17. §. vlt. ff. de
minor.* aduersus verò sententiã de-
legati non posse restituere, nisi so-
52 lum principem, † *l. aduersus 3. C. si
adu. rem iud. l. minor autem 19. §. idẽ
Imperator ff. de minor. & scribunt
Valas. in l. Imperium 3. nu. 230 vers.
3. ff. de iurisd. Mart. Mont. in d. rubr.
ff. de offic. eius, nu. 55. vers. 2.* non of-
ficit, quia respicit personã eius, cu-
ius est iurisdictio, non verò ipsius
iurisdictionis firmitatem, de qua
53 nos loquimur: Ideo † enim solus
princeps restituit aduersus senten-
tiam delegati, quia solus habet iu-
risdictionem in causa delegata, tan
quam ea, quę est exempta à iurisdi
ctione iudicum ordinariorũ, adeo,
vt etiam si finita sit delegati iuris-
dictio, nullus tamen alius possit de
ea cognoscere nisi princeps, *vti di-
cemus in 10. cap. q 8. nu. 16.* At hæc
ratio cessat in causis non delegatis
quippe, quæ non sunt exemptæ à
iurisdictione iudicum ordinariorũ.
Nil mirum igitur si aduersus vnius
ordinarij sententiam possint etiam
alij ordinarij, tãquam habentes iu-
risdictionem (saltem subordinatè)
in integrum restituere. Et hæc de
Nono Capite.

Quibus modis iurisdictionis mandatum finiatur.

Caput Decimum.



Vperest, vt decimum, atque postremum disputationis caput explicemus, & videamus, quibus modis iurisdictionis mandatum finiatur. Constat autem omnes modos, de quibus dubitari potest, ad tria genera reduci: nam quidam mandantis personam, potestatemque respiciunt, quidam verò personam eius, cui mandata fuit iurisdictio, cęteri præscriptam mãdato legem.

S V M M A R I V M.

1 *Iurisdictio mandata soluitur morte mandantis.*
2 *Mandatum finitur morte mandantis.*
3 *Declaratur l. & quia 6. ff. de iurisd.*
4 *Iurisdictio mãdata non soluitur morte mandantis, si res integra non sit.*
5 *Integra res non dicitur facta in ius vocatione.*
6 *Actionis, & iurisdictionis principium in ius vocatio.*
7 *Iudicij principium litis contestatio.*

An, & quando morte mandantis soluatur mandata iurisdictio.

Quæstio Prima.



T mandantis quidem personam, potestatẽq. respicientes modi varij sunt: Etenim in primis morte magistratus, si res integra sit, solui-
1 tur mandata iurisdictio, † *l. & quia 6. ff. de iurisd. & ibi docent Coras. nu. 5. Ant. Gou nu. 1. 8. & 9. & Cuia. in 2. lib. Paul. ad Edict. Claud. Cant. li. 2. de off. iud. c. 2. nu. 21. Aem. Ferr. ad rub. C. de mand. princ. nu. 9. Cam. Plant. ad rubr. ff. de offic. eius, lib. 2. cap.*

cap. 12. nu. 16. Duar. ad l. more 5. & ibi Egu. Bar. et Cuia. ff. de iuris. Egu. Bar. ad l. legati 13. ff. de offic. proc. et leg. Cuiac. ad l. aliquando 5. ff. de offi. proc. & leg. in 1. lib. q. Papin. Donell. lib. 17. cōm. cap. 8. et 26. Et hoc exēplo aliarum causarū, quæ re integra
2 morte mandantis finiuntur, † *l. mandatum 15. C. de mand. l. inter causas 26. in prin. l. si precedēte 58. in prin. ff. eod. §. rectè inst. eod. l. fi. ff. de solut.*

Huius autem rei Paulus hanc *in d. l. & quia 6. ff. de iuris.* affert rationem, *quia nec principaliter ei iurisdictio data est, nec ipsa lex defert, sed cōfirmat mandatā iurisdictionē,*
3 quibus verbis † hoc significat, morte mādantis ideo solui iurisdictionem demandatam, quia iurisdictio non propria, sed aliena sine dubio extinguitur morte illius, cuius est; Mandata autem iurisdictio non est eius, qui eam suscepit, propria, sed aliena, idest mandantis: Propria enim dicitur iurisdictio magistratuum, aut potestatum, *l. cognitio 4. in prin. vers. cùm propriam, ff. de off. eius,* cum alioquin is, cui mandata est iurisdictio, neq; magistratus sit, neq; potestas, *vt diximus in 5. cap. q. 3. n. 4.* non magistratus, quia principaliter ei iurisdictio data non est, quomodo more maiorū dari solet magistratibus populi Romani, *vt diximus in 2. c. q. 1. n. 36.* nec potestas, quia lex non detulit ei iurisdictionē, quomodo defert potestatibus, *vt diximus ibid. n. 28. et 29.* sed simpliciter iurisdictionē ab eis demandatam cōfirmat, eo ipso, quod dando procōsuli legatum, permittit ei, vt ad similitudinem magistratuum iurisdictionem demandare possit, *vt scribit Duar. ad tit. ff. de iud. cap. de Iudice.* Tamquam igitur nō propria, sed aliena iurisdictio, debet illius, cuius est, nempe mādantis extingui morte, ne alioquin videatur qs eius, q nec est, nec iurisdictionē habet, nomine ius dicere. *Ita Ant. Gon. in d. l. et quia 6. n. 1. ff. de iurisd.*

Verum hæc, vti diximus, ita demum obtinent, si res integra sit: nā si geri cęperit, magis est, vt non sol
4 uatur mādata iurisdictio, † *d. l. & qa 6. ff. de iurisd. & ibi tradunt Coras. nu. 4. et 6. et Ant. Gon. nu. 1. et 9.* Et hoc pariter exemplo aliarum causarum, quæ re non integra non solent morte mandantis dissolui.

Dicitur autem res geri cępta, nec integra, non, cum lis fuit cōtestata, Quomodo plerique sunt arbitrati, quia in ordinarijs iudicijs ad quæ iurisprudentes respexisse clarū est, non apud eum, cui mandata est iurisdictio, fieri solebat litis contestatio, vt nec apud magistratum, sed apud iudicem datū, *vti docuimus sub 1. cap. q. 3. nu. 32.* Sed dicitur cępta, cum is, cui mandata est iurisdictio, fuit aditus, puta simplici postulatio-
5 ne, vel in ius vocatione facta, † *vt rectè declarant Duar. ad l. more 5. & ibi Egu. Bar. & Cuiac. ff. de iurisd. Coras. ad d. l. & quia 6. n. 4. & ibi Ant. Gon. nu. 9. & Cuiac. in 2. lib. Paul. ad Edict.* nam & hoc sensu, *in l. si convenerit 18. ff. de iuris.* Aphricanus, *prius*, inquit, *quam adiretur.*

Nec est contrarium, quod iudicium non nisi à litis contestatione incipiat, *vti docuimus in 1. cap. q. 3. nu. 34.* quia longe aliud est iudicij, aliud iurisdictionis, & actionis principium; nam agere partes, & ius dicere magistratus etiam ab in ius vo
6 catione dicūtur, † *§. vlt. inst. de pæn. tem. litig.* Cognoscere verò, & audire causam iudex non incipit, nisi
7 cum lis contestatur, † *l. 1. C. de lit. cont. l. 2. C. de iureiur. propt. cal. dan. Ita eleganter explicant Duar. ad tit. ff. de iudic. in princ. Coras. ad l. si Titius 10. nu. 3. ff. de verb. oblig. & Cuiac. lib. 9. obs. cap. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Proconsulis morte non soluitur iurisdictio legati, Sed contra, nu. 4.*
2 *Iurisdictio propria non extinguitur alterius morte.*
3 *Declaratur l. meminisse 10. in princ. ff de offic. proc. & lega.*
5 *Declaratur l. & quia 6. ff. de iurisd.*
6 *Legatus non habet iurisdictionem nisi proconsul habeat.*
7 *Iurisdictio præsidis durat in aduentum successoris.*

An morte proconsulis soluatur iurisdictio legati.

Quæstio Secunda.

DE Legato sanè proconsulis
dubitari solet, num integra
re soluatur eius iurisdictio
morte procōsulis Et non solui ple-
1 rique putauerunt, † *vt Cuiac. ad l.
more 5. ff de iurisd. & ad l. et quia 6.
ff. eod in 2. lib. Paul. ad Edict. cuius
etiam sentētia uidetur fuisse Fenest.
de magist. c. 12. dum ait, si proconsul
diem suum obierit in prouincia, legatum exigere negotia sibi mandata,
quasi res integra non inueniatur.*
Primo, quia, cum de mandato loquimur licet à reuocatione ad mortem argumentari; nam, quemadmodum reuocatione soluitur mādatū
ita etiā morte, §. *rectè inst. de mand.*
Sed reuocatione procōsulis nō soluitur legati iurisdictio sine voluntate principis, *l. solet 6. §. sicut, ff. de off.
proc. et leg* Nec igitur soluetur morte.
Secundo, quia tunc morte magistratus soluitur iurisdictio, cū is, cui
2 mandara fuit, nō exercet eā, vt propriā, sed vt alienam † *d. l. et quia 6.
ff. de iuris.* Sed legatus proconsulis
nō exercet iurisdictionem, vt alienam, sed vt propriam, *l. legati 13. ff.
de off. proc. et leg.* Non soluetur ergo
illius iurisdictio morte procōsulis.
Tertio videtur hęc sententia probari, *l. meminisse 10. in prin. ff. de off.
3 proc. et leg.* vbi Vlpianus † *Meminisse oportebit, inquit, usque in aduentū
successoris omnia debere proconsulem
agere, cum sit unus proconsulatus, &
utilitas prouincia exigat, esse aliquē,
per quē negotia sua prouinciales explicent. Ergo in aduētum successoris
debebit ius dicere:* nā à paritate rationis arguēdo videtur idem, & in
legato procōsulis statuendū, vt propter vtilitatē prouincię ius dicat vsque in aduētū successoris in procōsulatu, ne interim nemo sit, per quē
negotia sua prouinciales explicent.
Verum his non obstantibus puto contrariam sententiam esse veriorem, solui scilicet, & in legato
procōsulis iurisdictionē demādatā
4 statim, atque procōsul obijt. † *Qua
fuit sentētia Ant. Gou. ad d l. & quia
6. nu. 9. ff. de iurisd.* Moueor autem
Primo, quia morte magistratus,
aut potestatis soluitur corū omniū
iurisdictio, quibus nec principaliter
data est, nec lege delata *d. l. & quia,*
Sed legato procōsulis nec principaliter data est iurisdictio, nec delata
lege, nō data principaliter, quia nō
est populi Romani magistratus, nec
delata lege, quia non est potestas,
vt ostendimus in 9. cap. q 5 num. 27.
lex enim solos procōsules cum potestate mittebat in prouincias: &
quamuis eis daret legatos, non tamē illis iurisdictionem deferebat,
sed arbitrio proconsulum remittebat, vtrum eis mandare vellent necne iurisdictionem, *l. solet 6. §. sicut,
ff. de offic. proc. & leg.* Omnimodo
igitur morte proconsulis debuit
extingui legati iurisdictio.
Secundo moueor, quia Paulus
5 *in d. l. & quia,* dum ait, † eius, qui
mandauit, morte, solui mandatum
iurisdictionis, de proconsulis legato loquitur, tametsi dictum eius generaliter verum sit in ijs omnibus,

quibus

qnibus mādatur iurisdictio. Loqui autem de legato proconsulis non solnm constat ex inscriptione, quæ est Pauli lib. 2. ad edictum, in quo de officio, & potestate legati proconsulis eum locutum esse constar *ex l. legatus 12. ff. de offic. procons. & lega.* sed etiam ex eo, quod ait, mandatam iurisdictionem confirmari lege: nā, quæ ab vrbanis magistratibus mandatur, non lege, sed more cōfirmatur, vtpote, quo iure mandari potest, *l. more 5. ff. de iurisd. & diximus in 2. cap. quæst. 1. nu. 5.* Cœterum, quę mādatur à proconsulibus nec mandari, nec mandata cōfirmari dici potest more, sed potins lege, quippe, qua creabantur proconsules, & in prouincias mittebantur, vt ibi potestatem eādem exercerent, quā consules obtinuissent. Itaque confirmare dicebatur mandatā iurisdictionem lex eo ipso, quod dando legatū proconsuli, permittebat, vt ad vrbanorum magistratuum similitudinem posset ei iurisdictionem demādare, *vt diximus in q. praced. nu. 3.* Ex quo intelligimus Paulum de legato proconsulis esse accipiendū. Nec est, quod respondeas hęc esse proconsulibus cum præsidibus cōmunia, ideoque posse de ijs, quibus à præsidibus mādatur iurisdictio, Paulum intelligi, quia verius est, esse quidē communia effectu, sed non mandandi iure: nam proconsulibus, lege, vel S.C. deferebatur iurisdictio, & mādata legatis confirmabatur, præsidibus verò cōstitutione principis. Itaque magis est, vr de legato proconsulis sit Paulus accipiendus.

Tertio moueor, quia legatus nullam iurisdictionem habere potest,
6 nisi & proconsul habeat, † *l. obseruare 4. §. vlt. ff. de offic. proc. & lega.*
Non habet autem iurisdictionem proconsul qui decessit. Nec igitur habere poterit eius legatns.

Neqne me mouenr contraria: nam ad Primnm respondeo rectè duci argumentum data paritate rationis, quæ cessat in hoc casu, non solum, quiá lōge diuersa est eorum causa, quæ ex voluntate tolluntur, & eorū, quæ ex necessitate, sed etiā, quia, qni reuocat, vtique tāquam proconsul adhuc habet iurisdictionem, quā proinde legatus exercere potest; defuncti autem procōsulis, vt nulla iurisdictio est, ita nec ab eius legato exerceri porest.

Ad Secundnm verò respondeo, verius esse legatum nō habere propriam iurisdictionem, sed vti iurisdictione procōsulis, *vti latius ostendimus in 9. cap. q. 5. nu. 15.*

Ad Terrium denique respondeo iurisdictionem ita demum tempore prorogari posse, si sit, quæ prorogetur, iurisdictio: esse autem donec viuit proconsul, nec dum successor eius venit in prouinciam: ideoque tam proconsulis, quam legati, qui proconsulis vicem obtinet, iurisdictionem vsque in aduentum rectè prorogari. Cœterum, cū obijt proconsul, vt eius nulla est, quę prorogetur, iurisdictio, ita nec in persona legati, qui non nisi procōsulis iurisdictionē exercet, prorogari posse, non magis, quam, si præses, qui & ipse vsque in aduentum successoris
7 iurisdictionē exercet, † *l. si fortè 17. ff. de offic. præsid.*
postea, quam mandauit iurisdictionē decesserit, quo casu fatētur omnes solui mandatū; Nec quemquam moueat, quod in prouincia nemo sit interim, per quē sua negotia prouinciales explicare possint, quia, cum hoc fato eueniat, nō est, quod quærantur prouinciales: nam, & si præses obierit, manet interim prouincia non Reip. culpa, sed fatali necessitate rectore, & administratore destituta.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis datio non ſoluitur morte dantis, ſi res integra non ſit.*

2 *Integra res quando non dicatur.*

3 *Iudicis datio ſoluitur morte dantis ſi res integra ſit, Sed contra, nu. 5.*

4 *Iudicis datio facta à legato ſoluitur morte proconſulis, Sed contra, nu. 6.*

7 *Iudex datus ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio perinde habetur, atque ſi datus eſſet à magiſtratu.*

8 *Declaratur l. venditor 49. §. vlt. ff. de iudic.*

9 *Iudicis dationis, & mandata iuriſdictionis differentia.*

10 *Delegatio extinguitur morte delegantis, & cur, nu. 11.*

12 *Delegatio facta à principe extinguitur morte principis.*

13 *Delegatio ad vniuerſitatem cauſarum extinguitur morte delegantis.*

14 *Conſeruatoris officium extinguitur morte deputantis, & nu. 21.*

15 *Iuriſdictio vicarij extinguitur morte Epiſcopi.*

16 *Delegatio morte delegantis extinguitur ipſo iure.*

17 *Delegatione per mortem delegantis extincta ſi procedatur non valet proceſſus ſiue ſcienter, ſiue ignoranter procedatur, & cur, nu. 18.*

19 *Delegatio inquiſitionis hæretica prauitatis non extinguitur morte S.P.*

20 *Commiſsio gratia exequenda non extinguitur morte S P.*

22 *Iuſſus rei ad officium pertinẽtis non extinguitur morte iubentis.*

23 *Commiſsio facta nuntio non extinguitur morte committentis.*

24 *Delegatio facta ſub nomine dignitatis nõ extinguitur morte delegãtis.*

25 *Magiſtratus ſemper eſt idem licet mutentur perſona.*

26 *Iuriſdictio non extinguitur morte magiſtratus in abſtracto, ſed in concreto.*

27 *Subdelegatio non extinguitur morte ſubdelegãtis re integra, dũmodo viuat primus delegãs, Sed cõtra, n. 28*

29 *Delegatio conſilij non extinguitur morte delegantis.*

30 *Delegatio non extinguitur morte delegantis, ſi res integra non ſit.*

31 *Integra res eſſe quando deſinat, & num. ſeqq. vſque ad nu. 38.*

39 *Delegata ſi ſint plures cauſa nominatim, iuriſdictio nõ cẽſetur perpetuata, niſi quoad cœptas, et cur, n. 40*

41 *Connexorum idem eſt iudicium.*

42 *Delegata ſi ſint plures cauſa connexa, ſufficit rem eſſe cœptam in vna, vt omnes perpetuentur.*

43 *Delegatio ſi ſit vniuerſalis ſufficit rem eſſe cœptam in vna cauſa, vt omnium iuriſdictio perpetuetur, Sed contra, nu. 48.*

44 *Declaratur l. ſi quis mancipijs 17. §. ſi impubes, ff. de inſtito & nu. 51.*

45 *Argumentum à perſonis ad cauſas valet, & nu. 47.*

46 *Iuriſdictio pluribus delegata perpetuatur, quo ad omnes, ſi ab vno res geri cœperit.*

49 *Declaratur cap. vlt. §. officium, De offic. deleg. in 6.*

50 *Declaratur cap. ne aliqui 10. De hæretic. in 6.*

52 *Vniuerſalia realiter non diſtinguuntur à rebus ſingulis.*

53 *Voluntas morte finitur.*

54 *Delegatio facta ad beneplacitũ mandantis eius morte finitur, etiam ſi res non ſit integra.*

55 *Delegatio facta ad beneplacitum Sedis Apoſtolica nõ finitur morte S.P.*

56 *Delegatio facta, donec duxerit reuocandum, non extinguitur morte delegantis, ſi res non ſit integra.*

57 *Mandatum ſoluitur morte non tanquam reuocatum, ſed quia deficit voluntas.*

58 *Delegatio facta donec abeſſe contigerit, non finitur morte, ſi res non ſit integra.*

An.

An, & quando iudicis delegatio finiatur morte delegantis.

Quæstio Tertia.


VDICIS autem datio,
num morte dantis extin-
guatur, si quæramus, Cõ-
stat in ordinarijs iudicijs
haud dubiè non extingui, si res in
1 tegra non sit, † *vt scribit Ant. Gou.*
in l. & quia 6. nu. 2. ff. de iurisd. idest
si lis fuerit coram iudice contesta-
2 ta, † *vt declarans Ant. Gou. in d. l. et*
quia 6. num. 2. & Cuiac. in l. more 5.
ff. eod. quia iudicium ibi finiri de-
bet, vbi cœptum est, *l. vbi cœptum,*
aliàs vbi acceptum 30. ff. de iudic.
Dicitur autem cęptum apud eum,
apud quem facta est litis contesta-
tio, *ut diximus in 1. c. q. 3. num. 34.*
Debet igitur apud eundem termi-
nari.

Cœterum, si res integra sit, ple-
3 riq; censēt extingui dationem. † *vt*
Cam. Plaut. ad rub. ff. de off. eius lib.
1. c. 12. nu. 16. Coras. in d. l. & quia
6. nu. 6. ff. de iurisd. Nec solum, si ab
ipso magistratu facta sit, sed etiam
si ab eo, cui magistratus iurisdictio
nem demandauit: nam, si verbi gra
tia legatus proconsulis, aut is, cui
præses iurisdictionem mandauit,
dederit iudicem, soluetur datio nō
quidem morte legati, sed morte
4 proconsulis, aut præsidis, † *ut cen-*
suit Ant. Gou. in d. l. & quia 6. nu. 1.
3. 4. 8. & 9. quia, cum huiusmodi
morte extinguatur ipsius magistra
tus iurisdictio, a qua datio pendet,
consequens videtur, vt etiam ipsa
datio exemplo mandatæ iurisdi-
ctionis dissoluatur.

Verum hæc sententia non est in
ordinarijs iudicijs admittenda: nã
verius est, iudicis dationem a magi
stratu factam etiam re integra non
extingui morte ipsius magistratus,
5 † *vt rectè censuerunt Duar. ad l.*
more 5. & ibi Cuiac. ff. de iurisd. Cu-
iac. ad l. aliquando 5. ff. de off. proc.
& leg. in 1. lib. q. Papin. Don. lib. 17.
comm. c. 26. Nec per consequentias
extingui dationem factã ab eo, cui
mandata est iurisdictio nō solum,
si moriatur legatus (quod dubio ca
ret) sed etiam, si moriatur is, qui iu
6 risdictionem demandauit † quia,
si non soluitur, quando facta est ab
ipso magistratu, nec per consequē-
tias solui debet, quando est facta
ab eius legato, quippe qui id egit
vice & nomine magistratus, ideoq;
perinde res est habenda, atq; si da-
tio fuisset ab ipso magistratu facta,
7 † *ut in hoc rectè scripsit Ant. Gou. in*
d. l. & quia 6 nu. 3. ff. de iurisd. Non
extingui autem dationem a magi-
stratu factam eius morte etiam si
res integra sit, probatur.

Primo *l. venditor 49. §. ult. ff. de*
8 *iudic.* vbi Paulus † *Iudices a præsi-*
de dati, inquit, *solent etiam in tēpus*
successorum eius durare, & cogi pro
nuntiare: nã, cum non distinguat,
vtrum morte præsidis, an temporis
lapsu factus sit successori locus, de-
bet per consequentias de vtroque
genere successionis accipi. Nec est,
quod respondeas hanc legem esse
intelligendam, si res geri cęperit,
ut intelligit glo. in d. l. & quia 6. in
uerb. antequam ff. de iurisd. quia cū
Paulus de sola datione loquatur,
nec vllam accepti iudicij mentio-
nem faciat, non potest sine commē
to censeri ad id litis initium neces
sarium.

Secūdo probatur, quia commis-
sio, quæ non continet mandatum
sed iussum rei pertinentis ad offi-
cium eius, cui fit, non extinguitur
morte magistratus, qui iussit, tamet
si res sit integra §. *& hoc verò iube-*
mus Auth. ut nulli iud. coll. 9. & dice
mus infra nu. 22. Sed datio iudicis,

quæ

quæ fiebat in ordinarijs iudicijs, e-
rat commissio, quæ nõ continebat
mandatum, sed iussum magistra-
tus: Iubebat enim iudicare qui da-
bat iudicem, *vt ostendimus in 7. c.*
q. 1. nu 20. & fiebat de re pertinen-
te ad officium iudicis dati, quippe
cuius in albo iudicũ descripti mu-
nus erat de causis priuatorum ex
iussu & præcepto magistratus co-
gnoscere, & iudicare. Quamobrem
dicitur iudicandi munus *l. quippe*
78. ff. de iudic. l. vlt. §. iudicandi ff.
de mun. & hon. Non debuit igitur
morte magistratus extingui.

Neque obstat contrarium, quia
respondeo in ordinarijs iudicijs
aliam esse rationem eius, cui man-
data est iurisdictio, aliã iudicis dati
nam ille fungitur partibus mandã-
tis, quippe, cuius vice ius dicit, cu-
iusq; iurisdictionem exercet, ideo-
que magistratu extincto, ac simul
extincta iurisdictione, nec ampli-
us eius, qui nõ est, fungi partibus,
nec iurisdictionem, quæ non est,
exercere potest. At verò iudex da-
tus non fungitur partibus magistra
tus, quippe cuius munus non in iu-
dicando sed in iuredicundo consi-
stit, sed fungitur partibus suis, &
propriam dicitur habere notionẽ,
vt diximus in 1. c. q. 5. nu. 3. & in c.
9. q. 6. nu. 1. ideoq; licet extincta sit
iurisdictio magistratus, qui iudica-
re iusserat, non tamen censeri de-
9 bet extincta notio iudicis. † *Ita*
Duar. ad d. l. more 5. & ibi Cutac. ff.
de iurisd. Don. d. lib. 17. comm. c. 26.

Planè in extraordinarijs iudi-
cijs, quibus vtimur, vt non est inter
mandare iurisdictionem, & delega
re iudicem differentia, ita & mor-
te delegantis si res integra sit, rectò
dicimus extingui iurisdictionem
10 delegati † *cap. relatum 19. cap. licet*
30. de off & pot. iud. del. c. fi. §. offi-
cium eod. tit. in 6. & scribunt glo. in
c. licet vndiq; 30. in verb. re integra
de off. & pot. iud. del. Petr. de Bellap.
in d. l. more 5. in prin. & nu. 3. & 14.
& ibi Bart. in prin. Ang. in prin. &
nu. 1. Castr. nu. 1. Alex. in prin. Cac-
cial nu. 4. & 26. vers. 16. Ias. nu. 5.
Dec. nu 10. & 13. Purp. nu. 106. ff.
de iurisd. Bart. in l. venditor 49. §.
vlt. ff. de iudic. Ang. in d. l. & quia 6.
nu. 3. ff. eod. Ias. in l. a Diuo Pio 15. in
prin. nu. 16. ff. de re iud. Alb. in rub.
ff. de off eius n. 9. & ibi Cam. Plaut.
lib. 1. c. 15. n. 21. Barbos. in l. quia ta
le 14. nu. 83. ff. sol. matr. quia, cum
talis iurisdictio non sit propria de-
legati, quippe, qui solum eius ha-
bet vsum & exercitium, *vt dixi-*
mus in 9. c. q. 7. nu. 2. cõsequens est,
vt delegantis, cuius est, morte de-
beat extingui, *secundum ea, quæ di-*
11 *ximus in hoc c. q. 1. nu. 3.* † *Ita Ang.*
in d. l. more 5. nu. 1. & ibi Castr. nu.
5. Caccial nu. 5. Ias. nu. 1. Purp. nu.
110. Et hoc procedit etiam in dele
12 gato a principe † *cap. relatum 19.*
de off. & pot. iud. deleg. d. c. vlt. §. of-
ficium eod. tit. in 6. & scribunt glo.
in d. l. & quia 6. in verb. principali-
ter Petr. de Bellap. in d. l. more, n. 16.
& ibi Bart. nu. 7. Alex. n. 9. Caccial.
nu. 27. Ias. nu. 6. Dec. nu. 13. & 17.
Purp. n. 115. vers. Ampliatur, Claud.
Cant. lib. 2. de off. iud. c. 2. nu. 5. Ca-
mill. Plaut. in d. rub. ff. de off. eius lib.
1. c. 15. nu. 21. vel ad vniuersitatẽ
13 causarum, † *ut scribunt Bart. in d. l.*
more, nu. 14 & ibi Ias. nu. 9. & 19.
Purp. nu. 118. Ias. in l. si vni 36. nu.
9. in fi. ff. de re iud. nam & officium
conseruatoris, qui censetur deputa
tus ad vniuersitatem causarum, ex
tinguitur morte deputantis, si res
14 integra sit † *d. c. fin. §. officiũ de off.*
& pot. iud. deleg. in 6. Et in his termi
nis considerant Ias. in d. l. si vni. 36.
nu. 9. in fin. ff. de re iud. Purp. in d. l.
more nu. 119. Et, cum singulare di-
catur in inquisitore hæreticæ praui-

tatis,

tatis, (qui alioquin ad vniuersita-
tem causarum deputatur) vt non
extinguatur eius iurisdictio morte
deputantis, etiamsi res integra sit
c. ne aliqui 10. de haret. in 6. intel-
ligimus ius commune esse in con-
trarium. Quinimo procedit etiam
in vicario Episcopi, quippe, qui li-
cet a nostris dicatur habere iurisdi
ctionem ordinariam, *ut retulimus*
in 9. c. q. 7. nu. 43. verè tamen exer-
cet iurisdictionē Episcopi, & eius
vices gerit; Quo fit, vt tali iurisdi-
ctione per Episcopi mortem extin
cta, debeat etiam per consequen-
tias censeri ipsius vicarij extincta
iurisdictio tanquam illi cohærens.
15 † *Ita Alex. in d. l. more num. 4. & ibi*
Caccial. nu. 28. Ias. nu. 18. Purp. nu.
106. Paul. Oria. in rub. ff. de off. eius
nu. 14. & ibi Alb. n. 10. Alcia. n. 53.
vers. 2. Nicol. Bello. lib. 1. Supp. cap.
11. nu. 3.

De illo sanè dubitari potest, an,
quod diximus morte delegatus ex
tingui iurisdictionem delegati, si
res integra sit, procedat ipso iure,
an verò ope exceptionis. Et quam
quam pleriq; censuerint, ope tan-
tum exceptionis extingui, verius
tamen, & receptius est, imo extin-
16 gui ipso iure. † *c. fin. §. officium de*
off. & pot. iud deleg. in 6. Ita enim
censuerunt Bart. in d. l. more, num.
18. & ibi Castr. num. 11. Caccial.
num. 32. Ias. nu. 8. & 68. Dec. num.
14. & 63. Purp. num. 126. vers. 3. &
alij frequentius. nam, cum simplici-
ter dicatur solui mandatum *in d. l.*
& quia 6. ff. de iurisd. consequens
est, vt soluatur ipso iure, *vt in his*
terminis considerat Bart. in d. l. mo-
re nu. 18.

Hinc infertur, si post mortē de-
legantis partes litigent coram de
legato, ipso iure nullius esse momē
ti, quod agitur, siue scienter litigēt,
17 † *ut scribunt gl. in c. cum venisset 25.*
in verb. egeris de testib. Castr. in d. l.
more, nu 11. & ibi Caccial. nu. 32.
Ias. nu. 7. Dec. nu. 13. Purp. nu. 127.
siue ignoranter, *ut censent glo in l.*
eius, qui in prouincia 41 in verb.
ignorassent ff. si cert. pet. Petr. de Bel
lap. in d. l. more nu. 21. & ibi Barto.
nu. 18. Caccial. nu. 32. Ias. nu. 8. &
68. Dec. nu. 64. Purp. nu. 128. Bald.
in rubr. de off. deleg. nu. 3. quia defi-
cit iurisdictio, quæ est substantia
iudicij, & talis defectus non potest
suppleri, aut consensu, aut ignoran
tia priuatorum, quippe, qui iurisdi
ctionem tribuere nullo modo pos
18 sunt † *l. priuatorum 3. C. de iurisd.*
om. iud. Ita gl. in d. c. cū venisset 25.
in verb. egeris de testib. Dec. in d. l.
more nu. 14.

Planè interdum etiam, si res in-
tegra sit, non tamen morte delegā
tis extinguitur delegata iurisdi-
ctio: Primum enim, si cui sit com-
missa inquisitio hæreticæ prauita-
tis, fauore fidei non extinguitur
mandatum morte S. P. etiam, quo
19 ad integra negotia † *cap. ne aliquē*
10. de haretic. in 6. & scribunt Ang.
in d. l. et quia, nu. 3. & ibi Coras. nu.
6. Castr. in d. l. more nu. 6. & ibi Cac
cial. nu. 27. Ias. nu. 10. Dec. nu. 17.
in fin.

Secundo, si super gratia cuipiam
ab Apostolica sede facta fuerit de-
putatus executor, non extinguitur
20 eius officium morte S. P. † *c. si super*
gratia 9. de off. & pot. iud del. in 6.
& scribunt Ang. in d. l. & quia, nu.
3. vers. 2. & ibi Coras. nu. 6. Castr. in
d. l. more, nu. 6. et ibi Caccial. nu. 27.
Ias. nu. 11. Cam. Plaut. in d. rub. ff. de
off. eius, lib. 1. c. 15. nu. 23. siue, quia
S. P. tenebatur eam executioni de-
mandare, & quoties commissio fit
super eo, quod mandans facere te
netur, non extinguitur morte man
dantis *l. fundi venditor 33. §. fin. ff.*
de acq. poss. Et in his terminis consi-

derat

dit ac Caſtr.in d.l. more num.6. ſiue
quia gratia iam eſt perfecta, nec
poteſt vllo modo per mortem S.
P.extingui,ideoq; nec extingui de-
bet commiſſio executionis,quę ve
lut gratiæ prædictæ acceſſoria na-
turam eius ſequi debet,ne gratiam
eandem vel reddi quandoq; omni
no inutilem, vel ipſius effectum in
longius tempus differri contingat
*d.c.ſi ſuper 9.de off.& pot.iud.deleg.
in 6. & in ſpecie conſiderant Iaſ. in
d.l.more, nu.62.Cam.Plaut.d.lib.2.
c.15.nu.23.* Planè, ſi committatur
officium conſeruatorū gratiæ Apo
ſtolicæ conſtat aliud eſſe iuris:nam
21 extinguetur id per mortem S.P. †
*cap fin.§.officium de off. & pot. iud.
del.in 6. & ſcribunt Aug in d.l. &
quia num.3.verſ.2. Iaſ.in d l.more
n.11.Cam.Plaut.d lib.2.c.15.n.23.*
Tertio, ſi commiſſio non conti-
neat mandatum, ſed iuſſum rei, ad
officium eius,cui committitur, per
tinentis, non extinguitur morte
committentis, etiam ſi res ſit inte-
22 gra † *§.& hoc verò iubemus Auth.
vt null.iud.coll.9. & ſcribunt Bart.
in d.l.more,nu.5.& ibi Alex.nu.40.
ibi ait,ita magis communiter teneri,
Caccial. nu.33.Iaſ. num.10.& 61.
Dec.nu.48.in fi.Purp.nu.133. Aug.
in d.l.& quia,n.3.verſ. item fallit,*
Vnde infertur mandatum nuntio
factum de mittendo aliquē in poſ-
ſeſſionem,vel eum citando,non ex
tingui morte magiſtratus, etiam, ſi
res integra ſit, quia eſt iuſſus rei
23 ad illius officium pertinentis; † *Ita
Bart.in d.l.more,nu.6.& ibi Caſtr.
nu.7.Alex.nu.41. Caccial.num.33.
Iaſ.nu.62.Dec.num.49.Purp.num.
131.Bart.in l.venditor 49.§.vlt.ff.
de iudic.Aug.in d.l. & quia,num.3.
verſ.& per hoc.* quamquā & illud
dici poſſit, ideo non extingui, quia
ſit ſuper eo, quod magiſtratus face
re tenebatur, *ſecundum ea, qua dixi
mus ſupra nu. 20. Et in his terminis
conſiderant Caſtr.in d.l.more, nu.7.
& ibi Alex.nu.41.*
Quarto, ſi delegatio facta ſit ſub
nomine dignitatis, puta ſub nomi
ne ſedis Apoſtolicæ, vel culminis,
ſeu fortunæ imperialis, magis eſt,
vt morte principis etiam ſi res in-
tegra ſit, non extinguatur delegati
iuriſdictio, quia ſedes Apoſtolica,
aut dignitas imperialis, a qua cen-
ſetur facta delegatio, non poteſt
24 interire † *cap. ſi gratioſè 5. de reſ-
cript.in 6.l.2.C.de off. eius, qui vic.
al.iud.obt. Ita Alex.in d.l.more n.9.
& ibi Caccialup. nu. 37.Iaſ. nu.14.
Dec.nu.17.Purp.nu.116.Alcia.lib.
2.Parad.c.5.nu.5.Claud.Cant.lib.
2.de off.iud.c.2.nu.5.*
Nec eſt contrarium, quod inde
videatur ſequi, nullam delegatio-
nem extingui morte delegantis, ſi
ab ordinario facta ſit, cum omnis
delegatio fiat ab ordinario, non tā
quam a perſona priuata, ſed tam-
quam a perſona publica, puta qua-
ſi a prætore, vel procōſule, vel pre
ſide, & ſic ſub nomine dignitatis, &
virtute iuriſdictionis ordinariæ,
quæ nunquam moritur: licet enim
moriatur vnus, aut alter magiſtra-
tus, non tamen extinguitur prætu-
ra, aut proconſulitus, qui ſemper
25 vnus, & idem eſt, † *l.meminiſſe 10.
& ibi Egu Bar.ff. de off. proc.* vt de
iudicio dicimus, quod eſt idem li-
cet iudicis perſona mutetur *l. pro-
ponebatur 76.ff.de iudic.* quia reſpō
deo iuriſdictionem, quatenus con
ſideratur per ſe, & in abſtracto, nō
extingui, nec mutari *d.l. meminiſſe
10.ff.de off. proc. & leg.* quatenus
verò conſideratur in concreto, id-
eſt, prout eſt in hoc, vel illo magi-
ſtratu, haud dubiè cum perſona ex
tingui; Delegationē autem nō fie-
ri ab ordinarijs virtute iuriſdictio-
nis in abſtracto conſideratæ (ſolus
enim

enim S. P. aut imperator habet
ſub hac forma delegandi poteſta-
tem,*ut rectè ſcripſerunt Alex.in d.
l.more,n.9.& ibi Purp.n. 116.*) Sed
fieri virtute proprię iuriſdictionis,
ideſt iuriſdictionis ſibi tamquam
in magiſtratu conſtituti competen
tis:mandat enim ordinarius pro-
priam iuriſdictionẽ *l. cognitio 4. in
princ.verſ. cum propriam ff. de off.
eius*,ideoq; nil mirum, ſi cum per-
26 ſona delegantis extinguatur. † *Ita
reſpondent Iaſ.in d.l.more, nu.5. &
ibi Dec.num.14.& 17. Barboſ. in l.
quia tale 14.num.80.ff.ſolut. matr.
Egu.Baro in d.l. meminiſſe , & fuit
etiam de mente Caſtr. in d. l. more,
nu.6 ſi diligenter eius verba perpen
dantur.*

Quinto , ſi delegatus a principe
cauſam alteri ſubdelegauerit,licet
ipſe ſubdelegans moriatur , ante-
quam res geri cœperit,non tamen
extinguitur ſubdelegati iuriſdi-
ctio, quia ſufficit in rerum natura
eſſe principẽ , cuius eſt iuriſdictio
27 ad hoc,ne delegatio perimatur† *ſe
cundum Ang.in d.l. & quia,num.3.
verſ. item fallit,Caccial. in d.l.more
nu. 48. & ibi Iaſ.nu.13.* Sed hoc eſ
28 ſe falſum ita apertè conſtat † *ex c.
licet vndiq; 30.de off.& pot.iud.del.*
vt mirum ſit præfatos authores in
contrariam iuiſſe ſententiam. Niſi
eos intelligas in ſpecie , qua dele-
gatio fuit ab ordinario facta cum
poteſtate ſubdelegandi, quo caſu,
ſi delegatus ſubdeleget , perinde
res habetur , atq; ſi cauſa fuiſſet a
primo ſiue ab ordinario delegata
*ſecundum receptiorem ſententiam,
quam retulimus in 5.c.q.4.num.29.
& 34. prout intelligit Purp. in d.l.
more,nu. 109.* Sed quia prædictam
opinionem falſam eſſe demonſtra
uimus, *in d.q.4. nu.42.* Ideo neq;
in his terminis dictum ſuperius ſu
ſtineri poteſt.Quamobrem nõ im-
merito *Dec.in d.l.more num.13. &
ibi Purp.nu.108.alijq;* pleriq; con-
trarium tradiderunt.

Sexto, & vltimo delegatio con
ſilij , ſecundum quod voluit dele-
gans aliquid expediti , non extin-
29 guitur morte delegantis,† *vt ſcri-
bit Ang. in d.l. & quia nu.3. in fin.
vbi refert ita fuiſſe determinatum
in curia Romana,quamquã Caccial.
in d.l.more, nu.28. malè putet Ang.
contrarium ſcripſiſſe.*

Sed hæc,quæ diximus, locũ ha-
bent,ſi res ſit integra. Cœterum, ſi
geri cœperit , magis eſt , vt non
ſoluatur delegatio morte delegan-
30 tis.† *c.licet 30.de off.& pot. iud.del.
c.ſi delegatus 7.eod.tit.in 6. & ſcri-
bunt gl.in d.l.& quia,in verb.ante-
quam,Petr.de Bellap. in d.l.more,n.
3.& ibi Ang.n.1. Dec.nu.43.Mart.
Mont.in rub.ff.de off.eius, nu.20. &
ibi Cam.Plaut.lib.1. c.15.num. 21.
Claud.Caut.lib. 2.de off.iud.c.2. nu.
6.* & hoc exemplo aliarum cauſa-
rum,quæ re non integra morte mã
dantis nõ ſoluuntur,*vti diximus in
hoc c.q.1.nu.2.* Quando autem di-
catur geri cœpta , nec integra , ſi
quæramus,tradunt pleriq; tũc de-
mum hoc contingere , cum lis fuit
31 conteſtata , non etiam ante. † *Ita
enim cenſuit glo.in d.l. & quia 6. in
verb. antequam,& videtur probari
cap.relatũ 19.de off. & pot.iud. del.*
Sed eſt verius & receptius, ſuffice-
re in ius vocationem,ſiue, (vt vul
go dicimus) citationem , vt quaſi
re non integra perpetua fiat dele-
32 gati iuriſdictio. † Ita enim *cenſue-
runt Bart.in d.l. more nu.13. & ibi
Alex.nu.30.in fin.vbi teſtatur hanc
eſſe magis communem , Caccialup.
nu.31.Iaſ.nu.57.Dec.n.46.Purp.n.
111.Ang.in d.l.& quia, nu.6.verſ.
in glo.vlt. vbi ait ita de conſuetu-
dine ſeruari Camill.Plaut.in d.rub,
ff.de off.eius,lib,1, c.15.num.21.&*
apertè

apertè ſcribitur in c. gratum 20. de
off. & pot.ind.del.c. fin. de off. legat.
Nec ferendi ſunt, qui cenſent in
hac re ius pontificium a iure ciuili
differre, quaſi iure ciuili neceſſaria
ſit litis conteſtatio, iure vero pon-
33 tificio ſufficiat in ius vocatio, † In
qua ſententia fuerunt Petr. de Bel-
lap.in d. l.more nu. 14. & alij pleriq;
quia verius eſt etiã iure ciuili ſuffi
cere vocationem: Nam, cum dele-
gatio iudicis, quæ fit in extraordi-
narijs iudicijs quoad poteſtatem
iuriſdicundi eadem ſit cum man-
data iuriſdictionis, cõſequens eſt,
vt quemadmodum in hoc ſufficit
in ius vocatio, vt oſtẽdimus in hoc
c.q.1.nu.5. Ita etiam ſufficiat in il-
la. Quamobrem illorum ſententia
non immeritò fuit a cœteris fre-
quentius improbata.

Planè de illo dubitari ſolet, num
ſufficiat commiſſio citationis, vt
res deſinat eſſe integra. Et ſuffice-
34 re † Bart.in d.l. more num. 13. & ibi
Caſtr.nu.9. Dec. nu.48. Purp. num.
112. & alij pleriq; tradiderunt mo
ti d.c. gratum, ibi, propoſito citatio-
35 nis edicto. Quinimo, † ſecundum gl.
in c.cum plures 8. in verb. inchoan-
te de off. & pot.ind.del.in 6. Petr. de
Bellap.in d.l.more nu. 14. & ibi Ca-
ſtr.nu.9. ſufficit qualiſcunq; iuriſdi
ctionalis actus. Itaq; res deſinet eſ
ſe integra per electionem notarij
factam a iudice, vel per ſubdelega
tionem factam a delegato princi-
pis adeo, vt, licet princeps moria-
tur ante, quam ſubdelegatus gere-
re cœperit, nõ tamen extinguatur
eius iuriſdictio, quia res non vide-
tur integra, cum delegatus cœpe-
rit vti iuriſdictione ſubdelegando
36 † ſecundum glo.in c. ſi a ſubdelegato
14. in verb. proceſſum de off. & pot.
ind.del.in 6. Ang. in d.l. & quia nu.
6. verſ. in glo.vlt. Caſtr. in d.l more,
nu. 9. Sed eſt verius requiri ſaltem
citationem, vt res deſinat eſſe in-
37 tegra: † vt cenſuerunt Alex. in d.l.
more n. 36. & ibi Caccial. n. 44. Iaſ.
nu. 38. vbi teſtatur hanc eſſe cõmu-
nem, & alij frequẽtius, & probatur
d.c. gratum ibi, Citatione facta, & d.
c. fin. ibi citatio non præceſſit: nam
prius quam citatio facta ſit, nõ po
teſt iudex cum effectu dici vſus iu
riſdictione, ſed tantum præparato-
ria ad iuriſdictionem exercendam
feciſſe; Neq; obſtat c. gratum, quia
reſpondeo illa verba, propoſito cita
tionis edicto, intelligi cum effectu,
ſcilicet, cum edictum huiuſmodi
fuit partibus intimatum, idq; con-
ſtare ex illis verbis ſequẽtibus, ci-
tatione facta, quæ declarant, & de-
terminant præcedentia.

Hinc intelligimus ad iuriſdictio
nem perpetuandam non ſufficere
notarij electionem, neq; ſubdele-
38 gationem, † ut rectè ſcripſerunt
Caccial.in d.l.more, num. 43. & alij,
quia, qui ſubdelegat, non dicitur
exercere iuriſdictionẽ, cum actus
delegandi non ſit iuriſdictionalis,
ut oſtendimus in 5.c.q.4.num.48 &
in his terminis conſiderat Caccial.in
d.l more, nu.43. multoq; minus ſuf-
ficere præſentationem reſcripti, vt
rectè ſcripſit Ang.in d.l. & quia, n.
6. verſ. in gl.vlt. ſed omnimodo ne
ceſſariam eſſe citationem, ſecundũ
ea, quæ diximus.

Planè, ſi cui plures cauſæ dele-
gatæ ſint, & in vna tantum earum
facta ſit in ius vocatio, quæri ſolet,
an cẽſcatur perpetuata iuriſdictio
etiam, quo ad alias, in quibus nihil
actum eſt. Et conſtãt multum refer
re, vtrum delegatio ſingulariter fa
cta ſit, an verò vniuerſaliter; nam ſi
ſingulariter, ita, & omnes cauſę fue
rint nominatim delegatione com-
prehenſæ, fatentur omnes cenſeri
quidem perpetuatam iuriſdictio-
nem, quoad illã cauſam, in qua res
non

non est integra, sed non quo ad a-
39 lias.† *Ita enim censuerunt gl. in c.li*
cet 30. in verb. re integra de off. &
pot.iud.del.Bart.in d.l.more nu. 14.
& ibi Caccial. nu.30. Dec.num.56.
Purp.nu. 520.Et de eo, cui plures ar
ticuli delegati sunt, loquentes scri-
bunt Aug.in d.l.& quia, nu.5.vers.
sciendum, Castr.in d.l.more num.10.
quia, cum plures causæ nominatim
delegantur, tot censentur delega-
tiones, quot causæ *l. scire debemus*
29.in prin. ff.*de verb. oblig.* & ideo
de ijs idem iudicandum est, quod
de pluribus delegationibus, in qui
bus singulis oportet aliquid esse ge
40 stum, vt res non dicatur integra. †
Ita Bart.in d.l.more, nu.14.

Cœterum, si delegatio vniuersa
liter facta sit, si quidem causæ sint
connexæ, fatentur pariter omnes,
si in vna quid actũ sit, iurisdictio-
nem etiã quo ad aliàs censeri per-
petuatam, propterea quod conne-
41 xorum idem est iudicium † *l. cum*
actum 18.ff.de neg. gest.l. plerunq;.
42 *35.ff.de adil.edict.* † *Ita Caccial. in*
d.l.more, nu.30. & ibi Ias. num.56.
Dec.nu.56.Purp.nu.122.& de plu-
ribus, articulis connexis scribit ibi
Castr. nu. 50. Quod si causæ non
sint connexæ maior solet esse du-
bitatio: nam pleriq; censent suffi-
cere rem non esse integram in vna
causa, vt censeatur perpetuata iu-
43 risdictio quoad omnes. † *Fuit hac*
sententia Bart.in d l.more, num.14.
quem ibi sequuntur Caccial. nu.30.
Ias.nu.56.Purp.nu.120. Aug. in d.
l.& quia, nu.5.vers.sed delegatus.
Mouentur autem

Primo, quia valet argumentum
a mandato aliarum causarum ad
mandatum iurisdictionis *l. & quia*
6.ff.de iurisd. & diximus in 1.*c.q.*
1.*nu.*1. Sed in generali aliarũ cau-
sarum mandato sufficit vnam rem
esse cœptam, vt quasi re non inte-
gra mandatum perpetuetur, nec
44 morte mandantis extinguatur † *l.*
si quis mancipijs 17. §.si impubes ff.
de instit. quem ita intelligunt glo. in
d.l.& quia, in uerb. Antequã, Alex.
in d.l.more, nu.29.& ibi Dec. n. 45.
quicquid ibi Bar.nu.5.vers.Tu dic,
& alij causentur. Ergo & in gene-
rali mandato iurisdictionis.

Secundo mouentur, quia, quan-
do delegatio fit vniuersaliter, cen-
setur vna, non multiplex, & ideo
quemadmodum in vno eodemq;
negotio sufficit aliquam eius par-
tem cœptam esse, vt res non dica-
tur inregra, quo ad totũ negotiũ,
ita etiam in delegatione vniuersa-
li sufficit rem esse cœptam in vna
causa, vt res non dicatur integra
in tota delegatione; *Ita Bart. in d.*
l.more, nu.14.

Tertio mouentur, quia valet
argumentum a personis ad causas
45 † *l.qui plures liberos 38.* ff. *de vulg.*
Sed, cum pluribus personis vna
causa delegatur cũ clausula, Qđ, si
non omnes poterunt interesse, cę-
teri, vel vnus eorum exequatur,
sufficit ab vno rem esse cœptam,
vt perpetuetur etiam quoad alios
46 iurisdictio † *c. cum plures 8. in fi.de*
off.& pot.iud.deleg.& scribit Castr.
in d.l.more nu.10. Ergo, & cum plu
res causæ delegantur vni, sufficiet
vnam esse cœpiam, vt in omnibus
censeatur perpetuata iurisdictio.
47 † *Ita Ias.in d.l.more, nu.56.*

Verum his non obstantibus, cõ-
trariam opinionem veriorem esse
puto, censeri scilicet perpetuatam
iurisdictionem quo ad eam cau-
sam, in qua res non est integra, sed
48 non quoad alias. † *Qua fuit sen-*
tentia Bald.in l.mandatum 15. nu.
4.C.mand. Alex.in d.l. more, nu.37.
& ibi Dec.nu. 56. Probatur autem
hæc sententia.

Primo *c.fin.§. officium de off. &*
pot.

pot.iud.del. in 6. vbi S. P. *Officium
autem quorumcunq; conseruatorũ,*
inquit , *ipso iure quo ad non cœpta
negotia per obitum concedentis , vo-
lumus expirare*, Ex quibus verbis
49 † intelligimus etiamsi commissio
sit vniuersalis , (prout vniuersalis
est commissio , quæ fit conseruato-
ribus) & quædam negotia cœpta
sint, quædam verò non, perpetuatã
quidem intelligi commissionem ,
quo ad negotia cœpta, quoad alia
verò extingui: nam id apertè signi
ficant illa verba , *quoad non cœpta
negotia* .

Nec est , quod causeris esse sin-
gulare in officio cõseruatorum, *vt
putauit Ang. in d. l. & quia, num. 5.
vers. sed delegatus*, siue, ius illud es-
se nouum, vt videtur indicare ver-
bum, *volumus*, ideoq; non esse tra-
hendum in consequentiã, *vt scrip-
sit Ias. in d. l. more, nu. 56.* quia, cum
nulla specialitatis, & diuersitatis af
feratur ratio , non video , cur non
idem sit in cœteris ad vniuersitatẽ
causarum deputatis statuendum.
Quamobrem illorum solutiones,
non immerito fuerunt *ab Alex. in
d. l. more nu. 37. & ibi Dec. num. 44.
alijsq; plerisq;* improbatæ.

Secũdo probatur *c. ne aliqui* 10.
de haret. in 6. vbi S. P. de officio in
quisitionis hæreticæ prauitatis lo-
quens, *præsenti declaramus edicto*,
inquit, *ipsum officium non solũ, quo-
ad negotia viuente mãdatore incœ-
pta, imo etiam quoad integra , & nõ
cœpta, & quod plus est, quantum ad
ea, quæ tunc nequaquam emerserãt,
in fauorem fidei post committentis*
50 *obitum perdurare:* nam, † si specia-
le est in huiusmodi commissione,
quæ ad vniuersitatem causarum fa
cta intelligitur , vt nõ extinguatur
morte concedentis etiam quoad
integra negotia fauore fidei , con-
sequens est , vt ius commune sit in
contrarium .

Nec est , quod respondeas esse
singulare , quando res est omnino
integra , non verò quando est cœ-
pta saltem in vno negotio, vt in ca
su, de quo nos loquimur, *Quomodo
respondet Ias. in d. l. more num. 56.*
quia verius est, Imo esse singulare
etiam, quando res non est omnino
integra, prout indicant illa verba,
*Imo etiam, quo ad integra, & non cœ
pta:* nam illa dictio, etiam, tam quã
implicatiua , significat non solum
non extingui quoad negotia cœ-
pta , sed etiam , quoad integra, &
hoc modo declarat quædam ibi
fuisse negotia cœpta , & tamen su-
bijcit ibi S. P. id in fauorem fidei
receptum esse.

Neque huic sententiæ contraria
refragantur: nam ad Primum res-
pondeo, Imo regulariter etiã alia-
rum causarum mandata extingui
morte mandantis , quo ad integra
negotia , tametsi generaliter facta
sint *l. eius, qui* 41. ff. *si cert. pet.*

Nec obstare *l. si quis mancipijs*
51 17, §. *si impubes* ff. *de instit.* quia †
respondeo dispositionem eiusce lo
ci non esse generalem, sed pertine-
re tantum ad eum institorem , qui
mercibus vendendis, & commutã-
dis præpositus est: in quo speciali-
ter id est receptum propter vtilita-
tem promiscui vsus, idest, propter
vtilitatem commerciorum : nam,
quia magna est, cum Reip. tum pri
uatorum vtilitas, quæ ex commer-
ciorum vsu percipitur *l. quod priui
legium 8. ff. depos. l. quod si minor 25.
§. 1. ff. de minor.* maximè ex vsu mer
cium , quæ magis , quam aliæ res
sunt necessariæ, ideo, quamuis iure
stricto finiatur officium institoris
morte præponentis , quo ad inte-
gra negotia, tamen propter vtili-
tatem commerciorum receptum
est, vt cõtractus etiam a scientibus
initi

initi cum institore post mortem præponentis valeant, & pariant actionem in defuncti successores, quod *in d. §. si impubes* significat Paulus, dum ait, *In pupillum dari actionem propter vtilitatem promissi vsus*, idest propter vtilitatem commerciorum. *Ita eleganter explicat Cuia. ad l. eius, qui 41. ff. si cert.pet.tract.8.ad Afric. & ad d.l. si quis mancipijs 17. §. si impubes ff. de instit.in 30. lib. Paul. ad edict.*

Ad secundum verò respondeo, Imo mandatum vniuersale effectu non censeri vnum, sed multiplex, quia vniuersale realiter non distinguitur a rebus, quæ sub eo conti-
52 nentur. † *vt scribit Bart. in l. aut facta 16. §.nonnunquam num. 3. ff. de pæn.*

Ad tertium deniq; respondeo, valere argumentum data paritate rationis, quæ non datur in casu nostro, scilicet, quia in mandato facto pluribus personis tractatur de vno, eodemque negotio, in mandato verò vniuersali de pluribus, in quibus singulis aliquid esse gestum oportet, vt res desinat esse integra; *Ita posse responderi scribit Ias.in d.l. more nu.56.*

Interdum tamen, etiamsi res integra non sit, nihilominus extinguitur delegatio morte delegantis, vtputa, si facta sit ad beneplacitum delegantis; nam, quia voluntas siue beneplacitum morte fini-
53 tur † *l.locatio 4.ff.loca.l. 5. C. de sacrosf.eccles. cap. si gratiosè 5. de rescript.in sexto.* ideo fit, vt mortuo mandante, quasi transacto termino delegationi præfinito, soluatur
54 delegatio † *d. cap. si gratiosè. Ita scribunt Ang.in d.l.& quia, num. 5. Ias.in d. l.more, numero 15. & in d. l.eius, qui 41. in vers. placebat in 6. limitatione ff. si cert.pet.*

Planè, si mandetur iurisdictio ad beneplacitum sedis Apostolicæ magis est, vt non extinguatur morte mandantis, quia nec sedes, nec eius beneplacitum vnquam mori-
55 tur. † *d. cap. si gratiosè. Ita Ang.in l.& quia, numero 5. Ias.in d.l.more num.15.*

Sed etsi quis ita deleget, donec duxerit reuocandum, non extinguetur delegatio morte delegan-
56 tis, si res integra non sit † *cap. si delegatus 7.de offic.& pot. iud. del. in sexto, & scribunt Barto. in d.l. more, num.17. & ibi Caccialup.nu. 31.Ias.num.15. Dec. num.62.Purp. nu.132.vers.& ex suo, Ang.in d.l. & quia, num.5. & in l. iudicium soluitur 58. numero 1. ff. de iudic. Ias.in d.l. eius, qui 41. vers. placebat, in sexta limitatione ff. si cert. petat. Dec. in l. eius est non nolle 3. num.7. ff. de reg. iur.* quia delegatio non potest dici reuocata, non obstante, quod aliàs morte soluatur: nam morte non soluitur mandatum, quasi reuocatum, sed quia
57 deficit voluntas. † *Ita Bart. in d.l. more numer. 17.& ibi Caccialup. num.31.Dec.num 60.Purp.nu.131. Dec.in l.singularia 15. num.24.ff. si cert.pet. & in d.l.eius est non nolle 3.num.7. ff.de regul. iur.* Idem est, & si quis vices suas alteri committat, donec abesse contigerit: nam, si delegatus eo viuente cœperit vti iurisdictione, non finietur delegatio morte delegantis, quia etiam tunc cum moritur, intelli-
58 gitur abesse. † *cap. si delegatus 7. de off. & pot.iud.del.in 6. et scribūt Ang.in d.l.& quia,nu.5. & in d.l.iudicium soluitur, nu.1.Ias.in d.l.more,nu.15.*

S V M M A R I V M.

1 *Magistratus urbani erant annui.*
2 *Proconsules erant annui.*
3 *Præsidibus tempus arbitrio principis præfiniebatur.*
4 *Proconsules iusdicebant vsq; in aduentum successoris.*
5 *Aduentus successoris extinguit potestatem magistratus.*

An,& quando finita tempore, vel successoris aduentu potestate mandantis soluatur mandata iurisdictio.

Quæstio Quarta.


ON solum autem morte
finitur potestas magistra-
tus,& per consequentias
ab eo mãdata iurisdictio
soluitur,sed etiam tempore:nam in
vrbe post anni lapsum,vt ipsius ma
gistratus,(cuius annalis est iurisdi-
1 ctio † *tit.inst. de perp. & temp. act.*
in prin. & scribunt Lact. Firm.li.4.
*diuin.Iustic.cap.*10. *Alcia.in l.præsi-*
dis 34.nu.3.ff.si cert.pet. Egu. Bar.
ad l.meminisse 10.*ff. de off.proc. &*
leg.Coras.ad l. eum qui 13. num.7.
& ibi Ant.Gou.nu.11. ff. de iurisd.)
finitur potestas, ita etiam soluitur
ab eo mandata iurisdictio. In pro-
uincijs verò non soluitur ante suc-
cessoris aduentum: quia licet pro-
consules & ipsi mitterentur in pro
2 uincias cum annali potestate, † *vt*
scribunt Alcia.in d.l. præsidis, num.
3.Cuiac.lib.20.obs.cap 37.& Bret.
*de ord. iud.cap.*10. Vnde Cic. ad
Attic.lib.6.Epist.4. de suo procon
sulatu loquens, *Mihi*, inquit, *diffi-*
cilis ratio administrandi, quod pau-
cos dies habebam reliquos annui mu
neris, & Epist. fam.lib.2. Epist.12.
Quare, & si, cum tu hæc leges, ego
iam annuũ munus confecero, & lib.
3. Epist. 6. *& ex annua prouincia,*
quæ mihi longa videretur, prope iam
vndecim mensiũ prouinciã factã es-
se gaudebã, si absenti mihi vnius mẽ
sis labor detractus esset. & Epist.12.
decedenti mihi, & iã imperio annuo
terminato. & Sueto. in Aug. c.47.
Prouincias ualidiores, & quas an-
nuis magistratuum imperijs regi nec
facile, nec tutum erat, ipse suscepit,
cæteras proconsulibus sortitò permi-
sit: Præsides verò mitterentur ad
tempus arbitrio principis definitũ,
3 puta ad quinquenniũ, † *ut scribũt*
Alcia.in d.l. præsidis nu. 3.Cuiac.d.
lib.20.obs.cap.37. Forca. in Necyo.
dial.60.nu.3.Bret.d.cap.10.de ord.
*iud.*publicæ tamen vtilitatis gratia
placuit, vt vsq; ad successoris aduẽ
tum iurisdictionem exercerent, ne
interim non haberent prouincia-
les, apud quos sua negotia explica
4 re possẽt † *d.l.meminisse 10.in prin.*
ff.de off. proc. & leg. l. si fortè 17.*ff.*
de off. præsid.l. vn.§. administratio-
nem C. vt omn. iud. tam ciu. quam
crim.& scribunt Carol. Sigon.lib.2.
de ant.iur.prou.c.1. Ant. Gou.ad l.
eum qui 13.nu.11.ff.de iurisd Egu.
Bar.in d.l.meminisse. Aduentus igi
tur successoris, vt proconsulis &
5 præsidis potestatem † *l. 2.ff. ad l.*
Iul maiest. & scribunt Duar. ad tit.
ff.de off.proc.& leg.c.2. Don.lib.17.
*comm.c.26.*ita & iurisdictionẽ mã-
datam soluit, cũ absurdum sit, eius
quem vice ius dicere, qui ipse iuris
dictionem non habeat *l. obseruare*
4.§.vlt.ff.de off.proc.& leg.

S V M M A R I V M.

1 *Declaratur l. eum, qui 13. ff. de iurisd.& nu 6.7.& 8.*
2 *Paria sunt aliquid fieri tempore illicito, vel dispositionem conferri in tempus illicitum.*
3 *Index datus desinit esse index finita potestate dantis, Sed contra nu.4.*

5 De-

8 *Declaratur l. venditer 49. §. ult. ff. de iudic.*
9 *Delegatio finitur extincta potestate delegantis.*
10 *Delegatio finitur, si delegans ab officio remotus sit.*
11 *Delegatio non finitur finita potestate dantis, si res non sit integra.*
12 *Delegati officium nō impeditur propter superuenientem excommunicationem in persona delegantis.*
13 *Suspicio, quæ est in delegante non impedit officium delegati.*
14 *Vicarius Episcopi excommunicati an possit procedere.*

An, & quando finita potestate dantis soluatur delegatio.

Quæstio Quinta.



IVDICIS autem datio, nū
finita potestate illius, qui
iudicare iusserat, puta finito
magistratu soluatur
in ordinarijs iudicijs, dubitari potest.
Fecit autem dubitationem *l. eū*
1 *qui 13. ff. de iurisd.* vbi Vlpianus †
Magistratus inquit, *vel, qui in potestate aliqua sunt, iudicare iubere eo
die, quo priuati futuri sunt, non possunt*: nam ex his verbis ita videtur
argumentum posse deduci. Paria sunt quid fieri tempore illicito,
vel licito, sed dispositionem confer
2 ri in tempus illicitum † *l. quod sponsa 4. C. de donat. ant. nupt. l. nemo rē
suam 87. ff. de verb. oblig.* Sed datio
iudicis, quæ fit a magistratu, si finito officio dantis non extinguitur,
cōfertur in tempus illicitum, nempe in id tempus, quo tamquam pri
uatus iubere iudicare nequit *d. l.
eū, qui.* Perinde igitur est, atq; si pri
uatus dedisset, quo casu dubiū nō
est, quin nullius sit momēti datio.
3 † *Et ita visum est ad eam l. eum, qui, Agu. Baro. Duar. & Coras. nu. 8.*

Verum hoc non obstante puto
4 verius, † *quod Cuiac. in d. l. eum, qui Brisso lib. 1. de formul fo. 465. & alij tradiderunt,*
non extingui dationem, sed durare in tempus successorum: nā hoc apertè probat *l. venditer 49. §. ult. ff. de iudic.* vbi Pau-
5 lus † *Iudices a præside dati*, inquit,
solent etiam in tempus successorum eius durare, & cogi pronūtiare. Nec
est, quod respondeas illa verba. *In tempus successorum*: nō stare inclusiuè,
sed exclusiuè, & significare, vsque ad tempus successorum quasi
sensus sit dationem a præside factam durare in tempus successorū,
idest vsquequo venerit successor, *vt explicat Duar. in d. l. eum, qui,*
quia commentitiam esse hanc expositionem intelligimus ex illa dictione,
etiam, quæ tamquā implicatiua duo tempora complectitur nēpe tempus dātis,
& tempus successorum eius. Itaq; significat dationē non solum durare in tempus,
quo magistratus, qui dedit, iurisdictionē habet, sed etiā in tēpus successorum eius.
Et sanè, cum datio iudicis, quæ fit in ordinarijs iudicijs pertineat ad officium
magistratus nec fiat eius arbitrio, sed iuris necessitate *l. 2. C. de ped. ind. & diximꝰ in 3. c. q. 2. nu. 1. & in c. 7. q. 1. nu. 4.*
consequens est, vt tamquā res officij iure facta debeat etiā a successoribus rata haberi
secundū ea, quæ diximus in hoc c. q. 3. nu. 20.

Nec obstat *l. eum, qui, 13. ff. de
6 iurisd.* quia plerique respondent †
multū referre vtrū magistratus simpliciter det iudicē, an verò dationē
expresè conferat in id tēpus, quo priuatus futurus est, puta iubeat
expresè iudici, vt pronuntiet eo die, quo magistratus ipse futurus
est priuatus, vt priore qdē casu datio valeat, & perseueret ēt in tēpus
successorū, posteriore verò contra,

quasi ab eo facta,q priuatus est. *Ita respōdet Cuiac. ad l. more 5. & ad d. l.eū qui 13.ff.de iurisd.& ad d.l. vēditor 49.§.vlt.ff.de iudic.in 3.li.respons.Pauli,& videntur etiam sensisse Egu.& Duar.in d.l.eum, qui;*

Verum, vti fatear, non video, quid sit in hac specie discriminis inter expressam,& tacitā collationē,quæ fit in tēpus successorū: nā, &,qui simpliciter dat iudicem, iudicare iubet, *vt ostendimus in 7. c. q.1.nu. 20.* Itaq; si talis iussus non potest expresse cōferri in tempus successorum,neque poterit tacitè, cum taciti & expressi par sit virtus *l.cum quid 3.ff.si cert.pet.*

Quamobrem verius est, dationem, quæ fit a magistratu esse vtilē,& durare in tēpus successorum, *vt ait Paulus in d.l. venditor 49. §. vlt.* Sed, si iudex datus differat sententiæ probationem, aut etiā pronuntiare recuset finito officio nō posse eum, qui dedit,iubere iudicare,& cogere pronuntiare, sed hoc pertinere ad successores; Et ita intelligi, quod scribit Vlpianus *in d.l.*
7 *eum,qui.*† *Ita explicat gl.in d.l.venditor 49.§.vlt.in verb.& cogi,ff. de iudic.& rectè,*nam, vt *in d.l.eū,qui,* Vlpianus ait, *eum, qui iudicare iubet,magistratum esse oportet:* & qui functus est officio,iam nō amplius est magistratus, sed priuatus. Quē esse verum eiusce legis sensum, vel ex eo intelligimus,quia,si datio iudicis expresse fuisset in tempus successorū collata, dixisset Vlpianus, magistratus, vel, qui in aliqua potestate sunt, non posse iudicare iubere in eum diem, quo priuati futuri sunt, nā ita significaret expressè collatam esse dationē in tēpus successorum. Atqui scribit non posse iudicare iubere eo die, quo priuati futuri sunt; significat igitur iussum ipsum tunc fieri, cum quis magistratus esse desit. Itaq; verba illa, *eo die,* nō respiciūt verbū iudicare,
8 †*vt putarunt Egu. Bar. in d.l. eum, qui,& ibi Duar.& Cuiac.* Sed verbum iubere,hoc sensu;magistratus non potest eo die, quo priuatus futurus est,iubere iudicare.

Sed hodie in extraordinarijs iudicijs,quibus vtimur, vt nō est inter eū, cui mandatur iurisdictio,& iudicē delegatum differētia, ita & verius est, finita quoquomodo potestate illius, qui delegauit, extin-
9 gui delegationē† *c.fi. de off.leg.*siue finiatur iē pote,siue successoris ad-
10 uentu,siue remotione, † *vt scribūt gl.in c. licet 30. in verb. re integra de off.& pot.iud.del.Petr.de Bella.in d.l.more 5.nu.15.& ibi Bar. nu.15. Caccial.nu.29 Dec.nu.57.Purp.nu. 138.ff.de iurisd.Ant.Gom.in d. l. & quia 6. nu.9. ff. eo.* quia delegatus non potest eius,qui nullā ipse iurisdictionē habet, partibus in iure dicundo fungi, nisi forte res non sit integra; nā eo casu nō extinguitur
11 delegatio exēplo mortis † *d.c.vlt. de off.leg.* Et ita procedet hodie *l. venditor 49.§. vlt. ff. de iud. ut ibi declarat gl.in verb. & cogi.*

Planè si delegans nō fuerit remotus,sed excommunicatus, quia,nō amittit ipso iure iurisdictionē, sed solū eius exercitium, magis est, vt ob id nō impediatur delegatus suū
12 officiū exercere,† *ut scribunt gl. in d. c.licet,in uerb re integra Bart. in d.l.more nu.16.& ibi Caccial.n.29. Dec.nu.58.Purp.nu.140. Ang.in d. l & quia,nu.5.* nā & simili ratione, licet delegās possit, vt suspectus recusari, nō tñ impedietur officiū delegati, cur talis suspicio nō auferat ipso iure iurisdictionē ordinario,
13 †*vt diximus in 3.c.q.3. nu.9. Et in his terminis considerant Bart. in d. l.more, nu.16. & ibi Purp. nu. 140.* Excipitur sanè Episcopi vicarius, qui

qui non poterit in causis procede-
re, si Episcopus fuerit excommu-
nicatus, propterea, quod Episcopi,
24 & vicarij tribunal idem est. † *Ita
Aug.in d.l.& quia nu. 5. vers. item
attende.Purp.in d.l.more nu. 140.*

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio mandata finitur reuoca-
tione.*
2 *Mandatum soluitur reuocatione.*
3 *Inuito me quid fieri nomine meo non
debet.*
4 *Proconsul non debet reuocare iuris-
dictionem mandatam legato incon
sulto principe.*
5 *Proconsul non debet dimittere lega-
tum ante se.*
6 *Proconsul non debet adimere licto-
res legato.*

An & quando mandata iurisdictio re-
uocatione finiatur.

Quæstio Sexta.



Ertio finitur mandata iu-
risdictio contraria man-
dantis voluntate: nam, si
magistratus, qui vices su-
as commisit, reuocet mandatam iu
risdictionem (quod arbitrio suo fa
cere potest) cõstat solui mandatũ,
1 † *ut scribunt Eduar. aduer. Gouea.
in rub. ff.de iurisd.fo.49.Cuiac.ad l.
more 5.ff.eod.Don.lib.17.comm.c.8.*
Et hoc exemplo aliarum causarũ,
quæ reuocatione mandantis dissol
2 uuntur † §. *rectè Inst. de mandat.*
ideo, quia, quæ meo nomine gerũ-
tur, me inuito geri ratio non per-
mittit, puta meo nomine possideri
3 † *l.cum procurator 12. ff. de procur.*
geri negotium, aut iurisdictionem
exerceri.

Planè, si proconsul legato suo
mandauerit iurisdictionem, adime
re quidem eam potest, sed incon-
sulto principe hoc facere nõ debet
4 † *l.solet 6.§. sicut ff.de off.pc.& leg.
& scribunt Fenest.de magistr c.12.
Alex in l.a iudice 5.n.5.C.de iudic.
Claud.Cant lib.2.de off.iud.c.2.nu.
14.Nico.Bell.lib.3.supp.c.10. nu.4.
Io.Gillo.lib.2.de iurisd.& imp.c.23.
Coras.in d.l.solet 6. §.sicut nu.1. &
2.ff.de off.proc.& leg.Egu.Bar.ad l.
meminisse 10.ff.eod. Ant. Gou. ad l.
more 5.nu.4. & ibi Cuiac. ff. de iu-
risd.Eduar.adu.Gou.in rub.ff. de iu
risd.fo.49.* Et hoc ideo, quia non
tam proconsulis volũtate legatus
erat, quam decreto principis, aut
senatus, a quo proconsuli dari con
sueuisse docuimus *sub 4.c. q. 1.nu.*
3. Quamobrem proconsul nec eũ
ante se de prouincia dimittere de-
bebat, vt lege Iulia repetundarũ,
& rescripto Diui Hadriani cõtine-
5 tur † *l.meminisse 10.§.vlt. & ibi Co-
ras.nu.4.& Egu.Baro.ff.de off.proc.
& leg.Alex. ab Alex.lib.2.Gen.dier.
c.27.Paul.Man.de legib.Rom.f.193.
Vaco a Vacu.lib.6. declar.84. nu.5.*
nec ei mandatam iurisdictionem
6 adimere, nec datos lictores. † Vn-
de Cic. lib.12. Epist fam. epist. vlt.
*De Venuleio latino Horatio valde
laudo,* inquit, *Illud non nimium pro-
bo, quod scribis, quo illi animo aquio-
re ferrent, te tuis etiam legatis licto-
res ademisse.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicis delegatio soluitur reuocatio-
ne, & nu.6.*
2 *Declaratur l. iudicium soluitur 58.
ff.de iudic.& nu.3 & 9.*
4 *Declaratur l.cum prator 12. in prin.
ff.de iudic.& nu.5.*
7 *Iudicis delegatio reuocari potestetiã
sine causa.*
8 *Iudicis delegatio reuocari potestetiã
post litis contestationem.*
10 *Episcopus potest arbitrio suo auferre
iurisdictionem vicario.*

11 *Delegatus potest reuocare subdelegationem re integra, aliàs non.*
12 *Delegatus postea excommunicatũ nõ potest reuocare subdelegationem*
13 *Delegans sine causa potest reuocare delegationem, vt ipse cognoscat, non, vt alij deleget. Fallit in principe nu. 14.*
15 *Delegatio quibus modis tacitè reuocetur, & nu. 16.*
17 *Delegatio vtrum expressè, an tacitè reuocata sit, quæ sit vtilitas.*

An, & quando iudicis delegatio reuocatione finiatur.

Quæstio Septima.



IVdicis quoq; datio soluitur in ordinarijs iudicijs vetante eo, qui iudicare iussit, aut eo, qui maius imperium habet in ea iurisdictio-
1 ne † *l. iudicium soluitur 58. ff. de iudic. & scribunt Duar ad tit. ff. de iudic. cap. de ijs, qui iud. dar. poss. Brisso. lib. 5. de formul. fo. 514. Donell. li. 17. comm. c. 26*, puta vetante præfecto prætorio, cum prætor iudica
2 re iussit, † *vt explicant Duar. d. cap. de ijs, qui iud. dar. poss. & Donell. d. lib. 17. c. 26.* aut etiam vetante consule: nam consul, & prætor alter altero in eadem iurisdictione maius
3 imperium habet, † *l. apud eum 14. ff. de manum. & scribit Cuiac ad l. 2. §. cumq; consules ff. de orig. iur.* Vnde Cic. ad Attic. lib. 9. Epist. 11. *Prætores autem* inquit, *cum ita rogentur, vt, collegæ consulum sint, quorum est maius imperium.* Non dico autẽ vetante magistratu, cũ iudex datus est ab eo, cui mandata est iurisdictio, *ut posse dici censet Don. d. lib. 17. comm. c. 26.* nec vetante Episcopo, cũ iudex datus est ab eius vicario, *vt censent Bart. in d. l. iudiciũ soluitur 58. nu. 2. & ibi Ang. nu. 2. Castr. nu. 6.* quia, licet non inficier solui in his casibus dationem, non tamen puto huiusmodi exempla pertinere ad speciem propositam *in d. l. iudicium soluitur*; quippe, quæ supponit, eũ, qui iudicare vetat habere maius imperium in eadem iurisdictione, cũ alioquin imperium, quod habet mandans non possit dici maius, sed idem ipsum, quod habet is, cui mandata est iurisdictio; vtitur enim is iurisdictione mandantis *l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius*, & pro illius imperio ius dicit *l. & si prætor 3. ff. eod.* Idq; procedit etiam in legato proconsulis; nec enim verum est, *quod ait Cuiac. in d. l. 2. §. Cumq; consules ff. de orig. iur.* proconsulem, & legatũ alterum altero maius imperiũ habere in eadem iurisdictione, quia, cũ legatus non exerceat propriam iurisdictionem, sed alienam, idest proconsulis, *ut verius esse demõstrauimus in 9. c. q. 5. nu. 15.* consequẽs est, vt non possit dici habere imperium minus, sed idem ipsum, quod habet proconsul.

Quod autem diximus solui iudicium, si iudex prohibeatur iudicare, procedit etiam in pluribus iudicibus; si omnes iudicare vetentur, soluitur enim simili modo iudiciũ,
4 † *vt scribit Cuiac. ad l. cũ prætor 12. ff de iudic. in 57. lib. Paul. ad edict.* Cœterũ, si vnus ex pluribus iudicare vetetur, nõ soluetur iudiciũ,
5 quia cęteris id cõmitti videtur † *d. l. cum prætor 12. in prin. ff. de iudic. & ibi Cuiac. in 57. lib. Paul. ad edic. Duar. ad tit. ff. de iudic. c. de ijs, qui iud. dar. poss.*

Hoc autẽ ius & hodie in extraordinarijs iudicijs obtinere certũ est: nã delegatio arbitrio delegãtis
6 reuocari põt † *c. 2. c. pastoralis 28. §. præterea cap. ex literis 29. de off. & pot. iud. del. cap. quamuis 6. eod. tit.*

in

in 6.& scribunt gl. in c. licet 30. in
verb. re integra de off. et pot. ind. del.
Bald. in rub. eiusd. tit. nu. 1. Ang. in
l. iudicium soluitur 58. nu. 1. ff. de iu
dic. Ias. in l. 1. §. qui mandatam in
priu. ff. de off. eius, Alcia. in rub. ff. de
off. eius nu. 36. vers. item delegatus
& ibi Cam. Plant. lib. 1. c. 8. nu. 4. &
c. 15. nu. 22. Petr. Calas. in l. 1. num.
61. & ibi Lud. Burg. num. 72. vers.
ego, & num. 161. ff de iudic. Io. Gill.
lib. 2. de iurisd. et imp. c. 7. num. 1.
etiamsi nulla subsit reuocationis
7 causa, † vt scribunt omnes supra re-
lati, & in specie Io. Gill. d. lib. 2. c. 7.
nu. 1. licet Mart. Mont. in d. rub. ff. de
off. eius nu. 54. vers. 12. & ibi Cam.
Plant. nu. 12. & alij cõtra senserint.
& verò etiam post litis contestatio
8 nem, † ut scribũt gl. in c. 1. §. licet in
verb. procurator de procu. in 6. glo.
in d. l. iudicium soluitur 58. in verb.
iudicium, & ibi Bart. nu. 1. Ang. nu.
1. Castr. nu. 2. & 3. ff. de iudic. Petr.
de Bellap. in d. l more 5. nu. 11. & ibi
Bart. nu. 11. Castr. nu. 12. Caccial.
nu. 47. Ias. nu. 1. & 20. Dec. nu. 38.
ff. de iurisd. Bart. in l. 1. §. 1. nu. 1. ff.
quis, & a quo app. Ang. in l. a iudice
5. nu. 1. & ibi Castr. nu. 5. Ias. nu. 5.
C. de iudic Ias. in l. a Diuo Pio 15. in
prin. nu 9. & 16. ff. de re ind. in l. si
pluribus 33. nu. 26. ff. de leg. 1. Lud.
Burg. in d. l. 1. n. 161. ff. de indic. Io.
Gill. d. lib. 2. de iurisd. & imp. c. 22.
nu. 1. Donell. d. lib. 17. comm. c. 8. nec
enim in hac re similis est delega-
tus procuratori, scilicet, quia pro-
curator per litis contestationẽ effi-
citur dominus, delegatus verò non
item, vt ostendimus in 5. cap. q. 4.
num. 16. Et sanè cum iudicium
non dicatur nisi post litis conte-
stationem l. 1. C. de lit. contest. & re-
uocatione dicatur solui iudicium
d. l. iudicium soluitur 58. ff. de indic.
consequens est, vt soluatur etiam
9 post litis contestationem. † Ita
glo. in d. l. iudiciũ soluitur, in verb.
iudicium, & ibi Bart. num. 1. Id-
que procedit etiam in vicario Epi
10 scopi, † vt scribunt Castr. in d. l. in-
dicium, soluitur num. 6. Paul. Oria.
in rub. ff. de off. eius, num. 14. & ibi
Alcia. num. 53. versic. 3. & Nicol.
Bell. lib. 1. supp. cap. 11. numer. 3.
quia, quamuis vulgò dicatur habere iurisdictionem velut ordinariam, verè tamen respectu Episcopi habet delegatam, & iure aliorum delegatorum censetur, vt diximus in nono cap. q. 7. nu. 52. & in hoc cap. quæst. 3. nu. 15.

Planè delegatus principis, si causam alteri subdelegauerit, ita demum poterit eam reuocare, si res adhuc integra sit, aliàs non poterit, quia quando subdelegatus cœpit vti iurisdictione, tunc censetur omnimodo in eum translata, adeo, vt nihil ex ea censeatur in persona de
11 legati remansisse † cap. quamuis 6.
de off. & pot. ind. deleg. in sexto, &
scribunt Ang. in d. l. iudicium solui-
tur num. 1. & ibi Castr. num. 3. ff de
iudic. Caccialup. in d. l. more, nu. 49.
Iac. de Nigr. in rub. ff. de off. eius, n.
22. & ibi Alcia. num. 36. vers. item
delegatus, Mart. Mont. nu. 54. versi.
12. Cam. Plant. lib. 1. c. 15. nu. 22. &
24. Sed & si res integra sit, & dele-
gatus excommunicatus sit, magis
est, vt causam a subdelegato reuo-
12 care nequeat, † vt scribunt Ang. in
d. l. iudicium soluitur num. 1. & ibi
Castr. nu. 4. Denique, quod diximus delegationem reuocari posse etiam sine causa procedit, si delegans reuocet, vt ipse cognoscat, nõ
13 etiam, si, vt alij deleget: † Ita Castr.
in d. l. iudicium soluitur numero 4.
& Caccialup. in d. l. more num. 47.
nisi sit princeps: nam is indistinctè potest delegationem reuocare,
14 † vt scribit Castr. in d. l. iudicium sol
uitur num. 4.

Nō ſolum autem expreſsè poteſt
reuocari delegatio, ſed etiam taci-
tè, puta, ſi delegans ex certa ſcien-
35 tia incipiat cognoſcere, † *vt ſcri-
bit Ang. in d. l. iudicium ſoluitur n. 3.*
vel ſi cauſam vni delegatam ſcien
ter deleget ſecūdo, Nam cenſetur
tacitè reuocaſſe primam delegatio
36 nem, † *vt ſcribunt Bart. in l. vendi-
tor 49. §. vlt. ff. de iud. Ang. in d. l. iu
dicium ſoluitur, nu. 3.* Sed, illud in-
ter expreſſam, & tacitamq; reuoca-
tionem intereſt, quod expreſſa re-
uocat ipſo iure, ideoq; non poſſet
iudex etiam cum conſenſu partiū
in cauſa procedere, *ſecundū ea, quæ
diximus in hoc c. q. 3. nu. 17.* tacita
vero non reuocat ipſo iure, ſed
ope tantum exceptionis, & ideo, ſi
partes litigarent adhuc coram pri-
mo delegato proceſſus eſſet vali-
37 dus, † *c. ēncontingat. 24. de reſcript.
ita Ang. in d. l. iudicium ſoluitur nu.
3.* Et hi quidem ſunt finiendæ iu-
riſdictionis demandatæ modi per
ſonam poteſtatemque mandantis
reſpicientes.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium ſoluitur morte iudicis, & cur nu 3.*
2 *Iudicandi munus eſt perſonale.*
4 *Delegatio ſoluitur morte delegati ſi facta ſit ſub nomine proprio.*
5 *Morte vnius ex pluribus delegatis ſoluitur omnium delegatio.*
6 *Delegatio non finitur morte, delegati, ſi facta ſit ſub nomine dignitatis.*
7 *Dignitas nunquam moritur.*
8 *Delegatio ſi ſit facta ſub nomine proprio, & dignitatis, attenditur, quod præcedit.*
9 *Nominatio nihil operatur, cum nominans non habebat notitiā perſonæ.*
10 *Commiſſio facta nuncio non extinguitur morte nuntij.*
11 *Commiſſio facti extinguitur morte commiſſarij etiam ſi ſub nomine dignitatis facta ſit.*
12 *Delegatio facta ſub nomine vicarij extinguitur morte vicarij.*
13 *Delegatio facta ſub nomine dignitatis extinguitur morte delegati, ſi ex coniecturis appareat delegantem reſpexiſſe ad perſonam, vt in caſibus relatis nu. 14. & 15.*
16 *Cauſa a curia delegata non reuertitur ad ordinarium mortuo delegato, ſed ad curiam, & nu. 17.*
18 *Cauſa in totum ſubdelegata a delegato principis non reuertitur ad delegatum, ſed ad principem, ſi re non integra moriatur ſubdelegatus.*
19 *Cauſa ab ordinario delegata reuertitur ad ordinarium, ſi delegatus moriatur.*
20 *Iudicium ſoluitur maxima, aut media capitis diminutione iudicis.*
21 *Iudex mutatur propter furorem ſuperuenientem.*
22 *Furor non ſoluit ipſo iure delegationem.*
23 *Furor non abrogat magiſtratum.*
24 *Lex 12. tab. diem diffindi iubet, ſi morbus ſonticus iudicem impediat*
25 *Iudex mutandus eſt, ſi furor ſit interpollatus, Sed contra nu. 27.*
26 *Declaratur l. iudex datus 46. ff. de iudic. & nu. 33.*
28 *Furor interpollatus non eſt morbus ſonticus.*
29 *Morbus ſonticus quis, & nu. 30. & ſeqq.*
34 *Furor non dirimit matrimonium.*
35 *Iudicandi neceſſitas remittitur ex iuſtis cauſis, & nu. 36.*
37 *Iudex quando mutari non debeat etiam ex cauſa & nu. 38.*
39 *Delegatus poteſt ſuſpectus allegari.*
40 *Suſpicionis cauſa cognoſcitur ab arbitris.*
41 *Delegatus ſuſpectus remouetur.*
42 *Suſpicionis cauſa iuſta quæ & num. ſeqq.*

50 Su-

50 *Suspectus debet allegari ante litis contestationem, non post, nisi causa de nouo superueniat, nu. 50.*
52 *Iudicium soluitur, si iudex datus incipiat habere par, aut maius imperium.*
53 *Declaratur l. iudicium soluitur 58. ff. de iudic.*
54 *Iudicis datio finitur pronuntiatione.*

Quibus modis finiatur mandata iurisdictio ex persona mandatarij, vel datio ex persona iudicis.

Quæstio Octaua.



EX persona verò illius, cui mandata est iurisdictio, soluitur mandatum ijsdē modis, quibus & datio iudicis: nam in hac re nulla vnquā fuit inter eos, quibus mandatur iurisdictio, & iudices datos differentia. Quamobrem videamus, quibus modis ex persona iudicis finiatur delegatio; Ita enim intelligemus, quibus modis soluatur mandata iurisdictio. Finitur autem multis modis, &

Primo, si moriatur iudex datus,
1 † *l. si iudex 32. l. mortuo 60. ff. de iud.* quia, cum iudicandi munus perso-
2 nale sit, † *l. vlt. §. iudicandi, ff. de mun. & hon.* debet per consequentias cum persona extingui, *l. 3. §.*
3 *vlt. ff. quib. mod. vsusf. am.* † *Ita Donell. lib. 17. comm. cap. 26.* Et hoc in ordinarijs iudicijs, quibus veteres vtebantur, indistinctè procedebat. Cœterum in extraordinarijs, quibus vtimur, distinctionem recipit: nam, aut delegatio fit sub nomine proprio, aut sub nomine dignitatis, siue appellatiuo, aut sub vtroque, si sub proprio, constat extingui delegationem morte iudicis,
4 † *cap. quamuis 6. de offic. & pot. ind del. in 6. & scribunt glo. in l. & quia 6. in verb. antequam, & ibi Coras. num. 7. ff. de iurisd. glo. in l. tale pactum 40. § fin. in verb. per exceptionem, ff. de pact. glo. in cap. licet 30. in verb. re integra, de offic. & pot. ind. deleg. Petr. de Bellap. in d. l. more 5. nu. 17. & ibi Bart. num. 19. Caccial. nu. 37. Ias. nu. 65. Dec. nu 53. ff. de iurisd. Imol in l. si expressim 19. nu. 17. in fi. ff. de appell. Claud. Cant. lib. 2. de off. ind. cap. 2. nu. 7.* adeo, vt si plures delegati sint, & vnus moriatur soluatur delegatio etiam in persona condelegatorum, nisi aliud in
5 delegatione sit expressum, † *cap. vno delegatorum 42. de offic. & pot. ind. deleg. Cam. Plaut. in d. rub. ff. de offic. eius, lib. 1. cap. 15. nu. 24.*

Cœterum, si sub nomine dignitatis facta sit delegatio magis est, vt non extinguatur morte, sed tran
6 seat ad successorem, † *§. & hoc verò iubemus Authen. vt nulli iudicum coll. 9. cap. quoniam Abbas 14. de off. & pot. ind. deleg.* cum dignitas nun-
7 quam moriatur, † *l. annua 20. §. Attia, ff. de ann. leg. cap. si gratiosè 5. de rescript. in 6. Ita glo. in d. l. & quia 6. in verb. antequam, & ibi Ang. n. 7. Coras. num. 7. ff. de iurisd. glo. in d. l. tale pactum 40. §. vlt. in verb. per exceptionem, ff. de pact. Petr. de Bellap. in d. l. more 5. nu. 17. & ibi Bart. nu. 19. Caccial. num. 35. Ias. nu. 65. Dec. n. 54. & Duar. ff. de iurisd. Bart. in l. qui liberis 8. § hac verba, nu. 4. ff. de vulg. Imol. in d. l. si expressim 19. nu. 17. in fi. ff. de appell. Angel. in d. §. & hoc verò iubemus, nu. 1 Auth. vt null. ind. coll. 9. Claud. Cant. d. lib. 2. de off. ind. cap. 2. nu. 7. Egu. Bar. ad l. meminisse 10. ff. de offic. proc. & leg. Cam. Plau. ad d. rubr. ff. de offic. eius, lib. 1. cap. 15. num. 23.*

Deniq; si facta sit, & sub proprio nomine, & sub nomine dignitatis, inspiciendum est, quod præcedit: nam, quod subijcitur demonstrationis

8 tionis gratia censetur adiectum, †*l.*
si communis seruus 37.ff.de stip.seru.
Ita Petr.de Bellap.in d.l.more, num.
17.& ibi Bart.nu.19.Caccial.n.38.
Ias.nu.65.Dec.nu.55. Ang.in d.l.&
quia,nu.7. & in d.l.tale pactum 40.
§.vlt.num.3.

Planè interdum etiã, si sub proprio nomine facta sit delegatio, nõ tamen extinguitur morte delegati.

Primum enim, si delegans non habebat notitiam delegati, censetur potius intuitu dignitatis, & officij, quam intuitu personæ delegasse, ideoque nõ extinguitur cõmissio morte delegati, tametsi proprium eius nomen fuerit à delegante expressum, quia proprij nominis expressio nihil operatur, cum disponens personæ notitiam non
9 habebat, †*l.qui habebat 19.ff.de re-*
bus dub.Bart.in l.si communis seruus
37.nu.2.vers.3. ff de stip.seru.Cast.
in l.si in nomine 4.nu.4.C.de testam.
Ita Angel. in d.l. tale pactum 40. §.
vlt.nu.3. Ias.in d.l.more, nu.65.

Secundo verò, si commissio contineat iussum rei pertinentis ad officium eius, cui committitur, puta, si committatur nuntio, vt aliquem in possessionem inducat, quemadmodum nõ extinguitur morte cõmittentis, *vt diximus in hoc cap.q.3.nu.22.* ita nec extinguetur morte nũtij, sed successor in officio poterit eundem sine noua commissio-
10 ne in possessionem inducere. † *Ita*
Ang.in d.l.tale pactum 40.§.vlt.nu.
3.Ias.in d.l.more, nu.63.

Contra verò interdum extinguitur delegatio, licet facta sit sub nomine dignitatis:

Primo namque si committatur negotium facti, extinguetur commissio morte mandatarij, licet sub nomine dignitatis facta sit, quia in huiusmodi commissione censetur
11 electa industria personæ, † *cap. fin.*
§.fin. de off.et pot.iud.deleg. Ita Bar.
in d.l more,nu.19.& ibi Caccial.nu.
39.Ias.nu.65.Bart.in d.l.qui liberis
8.§.hac verba,nu.4.& 5.ff.de vulg.
Dec. in d.l.more, nu.52. & alijs fru-
stra contradicentibus.

Secundo verò, si delegatio facta sit sub nomine dignitatis, quã, quis habet alieno nomine, puta sub nomine vicarij, magis est, vt extin-
12 guatur morte delegati.† *Arg.l.quod*
principi 58.& l.seq.& eius, quod ibi
not.Bart.nu.3. ff.deleg.2. Ita Bart.
in d.l.more,nu. 19.& ibi Caccial.nu.
35.Ias.num.65.Dec.nu.54.ff.de iu-
risd.Barboss.in l.quia tale 14.nu.79.
ff.sol.matr.

Tertio, si ex coniecturis appareat delegationem fuisse factam intuitu personæ, non dignitatis, extinguetur morte delegati, licet sub nomi-
13 ne dignitatis facta sit, † *vt scribunt*
Bart.in d.l.more, nu.19. & ibi Cac-
cial.nu.38.Dec.nu.54. Ang.in d.l.&
quia 6.nu.7. Exemplum sit, si delegatus erat sanguine cõiunctus, aut amicus, siue domesticus, & familia-
14 ris delegantis, †*cap.requisisti 15.de*
testa.glo.in cap.religiosus 2.in verb.
expresserit,de testa.in 6. Ita Ang in
d l.& quia,nu.7 & in d.l.tale pactũ
40.§.vlt.nu.3. Caccial. in d.l. more,
nu.38.& ibi Ias.nu.65. aut multum industriosus, & causa talis erat, vt magnam requireret industriam, pu-
15 ta causa grauis. † *Ita Bald. in l.vni.*
§.ne autem, nu. 2. C.de cad.toll. Ang.
in d.l.& quia,num.7. Caccial.in d.l.
more,nu.38.& ibi Ias.nu.65.

De illo sanè dubitari potest, ad quem deuoluatur causa, quę fuerat delegata, si per mortem delegati extincta sit delegatio. Et constat multum referre, vtrum à principe delegata sit, vel ab eius delegato, an verò ab ordinario: nam si à principe puta à S. P. licet moriatur delegatus, non tamen illa causa reuertitur

citur ad ordinarium, à quo semel
exempta fuit, sed ad principē, quip
pe, qui delegando censetur causam
26 ad se traxisse. † *cap. pastoralis 10. §.*
præterea. de offic. & pot. iud. ord. Ita
Bald. in l. si vt proponis 4. num. 12. C.
quomodo. & quando iudex, Imol. in l.
si expressim 19. num. 18. ff. de appell.
Caccial. in d. l. more, num. 40. & ibi
Ias. nu. 66. & in l. filiusfa. 117. §. Di-
ui. 2. num. 58. ff. de leg. 1. Alcia. in d.
rubr. ff. de offic. eius, nu. 34. vers. 8 &
ibi Iac. de Nigr. nu. 14. Purp. nu. 35.
Quamobrē dicimus, causam à S. P.
semel commissam non exire de cu
ria, nisi delegetur, aut remittatur.
27 † *Ita Bald. in d. l. si, vt proponis 4. nu.*
12. C. quomodo, & quando iud. Cac-
cial. in d. l. more, nu. 40. & ibi Ias. nu.
66. Et simili modo, si delegatus
principis causam in totum alicui
subdelegauerit, & moriatur subde-
legatus, reuertitur illa non ad de-
legatum, qui subdelegando in to-
tum se iurisdictione priuauit, sed
ad principem, si modo subdelega-
tus cœperat vti iurisdictione, aliàs
quasi re integra reassumit delega-
tus suam iurisdictionem, nec cen-
setur eam in subdelegatum effica-
28 citer transtulisse, † *cap. quamuis 6.*
de off. & pot. iud. del. in 6. Quod, si
ab ordinario facta sit delegatio, cō-
stat mortuo delegato, vel aliter ex-
tincta illius iurisdictione, causam
indistinctè reuerti ad delegantem,
29 † *d. l. si vt proponis 4. C. quomodo, &*
quando iud. quippe, qui non cen-
setur à se iurisdictionis proprietatē
abdicasse, sed solum eius vsum, &
exercitium in delegatum transtu-
lisse, *vt diximus in 9. cap. q. 7. nu. 2.*

Secundo soluitur datio ex per-
sona iudicis, si maximam, aut me-
diam, non etiam, si minimam capi-
30 tis diminutionem patiatur, † *l. amis-*
sione 5. §. ult. cum l. seq. ff. de cap. min.
nam, cum iudicandi minus publi-
cum sit, & ciuile, *l. quippe 78. ff. de*
iudic. debet per consequentias ea
capitis diminutione extingui, per
quam eximitur caput de ciuitate;
non etiam ea, quæ priuata tantum
familiæ iura perimit, *l. nam, & cæ-*
tera 6. ff. de cap. min.

Tertio soluitur datio iudicis, si
propter aliquam causam mutetur
iudex, vel quia excusetur, vel quia
etiam inuitus à iudicando repella-
tur: excusatur enim, cum iudican-
di necessitas ei remittitur propter
contingentem causam, puta, quod
31 furere cœperit, † *l. iudex datus 46.*
ff. de iudic. & scribit Donell. lib. 17.
comm. cap. 26. nam, licet ipso iure
32 non desinat esse iudex, † *d. l. iudex*
datus, & scribunt Duar. ad tit. ff. de
indic. cap. de ijs, qui iud. dar. poss. Cu-
iac. in l. cæcum 6. ff. de indic. & ad l.
cum furiosus 39. ff. eod. in 3. lib. q. Pa-
pin. Donell. d. lib. 17. comm. cap. 26.
vt neque desinit esse magistratus,
33 † *l. nec mandante 8. §. 1. ff. de tut. &*
curat. quia tamen iudicandi neces-
sitatem morbus sonticus remittit,
vel ex ipsa 12. tab. lege, quæ diem
diffindi iubet, si morbus sonticus
34 iudicem impediat, † *l. 2. §. si quis in*
iudicio, ff. si quis caut. & scribunt
Caro. Sigo. lib. 1. de iud. cap. 28. Pard.
Prat. ad leg. 12. tab. c. 51. & ad easd.
leg. Rauar. cap. 5. Balduin. cap. 41.
Cuiac. ad d. l. iudex datus 46. ff. de
ind. in 2. lib. quæst. Paul. & ad l. cum
furiosus 39. ff. eod. in 3. lib. q. Papin.
& lib. 3. obs. cap. vlt. & lib. 12. c. 18.
ideo mutari debet, *d. l. iudex datus.*

Sed hoc, vt in eo, cuius furor cō-
tinuus est, nec habet dilucida inter-
ualla, sine dubio procedit, ita & in
furioso, cuius dilucida interualla
certa sunt, an obtineat, dubitari po
test: nam & mutandum eum esse
35 censet Cuiacius, † *in d. l. iudex da-*
tus 46. ff. de ind. in 2. lib. quæst. Paul.
dum putat eam legē de temporali

furioso

furioso loqui, motus illis verbis, *quia rectè ab initio iudex addictus*
26 *est*, quippe, † quæ non videntur
posse ad eum referri, qui dilucida
non habet interualla, quem certũ
est, non posse ab initio rectè dari
iudicem, *l. cum prætor 12. §. natura, ff. de iudic.* ideoque necessario videntur accipienda de eo, qui furorem interpollatum habet, quemq; rectè iudicem addici constat *ex l. cum furiosus 39. ff. eod.*

Sed est verius, quod Græci interpretes in Basilicis tradiderunt,
ita demum iudicem esse mutandũ,
si furor sit continuus, non si sit interpollatus, & de illo non etiam de
27 hoc, † *l. iudex datus*, esse accipiendam: nam interpollatus furor son-
28 ticus morbus non est, † *vti constat ex l. vlt. §. 1. ff. de Aedil. edict.* vbi
Venuleius, *quoties morbus sonticus nominatur*, inquit, *cum significari Cassius ait, qui noceat; Nocere autẽ intelligi, qui perpetuus est, non, quo tempore finiatur*, & paulo post, *sontes enim nocentes dicuntur*. Et sane
morbus sonticus, *de quo mentio fit*
29 † *in d. l. iudex datus 46. ff. de iudic. d. l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis caut. l. ob quæ vitia 4. § illud, & d. l. vlt. §. 1. ff. de Aedil. edict. l. morbus sonticus 113. ff. de verb. sign. l. quæsitum 60. ff. de re iud. & à Gell. lib. 16. cap. 4. & lib. 20. cap. 1.* is tantum
propriè dicitur, qui vehementiorẽ
30 vim habet grauiter nocendi, † *vt scribit Caro. Sigo. d. lib. 1. de indic. cap. 28.* Vnde Gell. d. lib. 20. cap. 1. *Cætero qui morbum vehementiorem*, inquit, *vim grauiter nocendi habentem legum istarum* (de 12. tab. legibus loquitur) *scriptores alio in loco non per se morbum, sed morbum sonticum appellant:* Dicitur enim sonticus à nocendo, &, quod noceat,
31 † *d. l. morbus sonticus 113. ff. de verbor. signi. d. l. vlt. §. 1. ff. de Aedil. edi.*

idest agendæ rei sit impedimento, *d. l. quæsitum 60. ff. de re iud.* nec nocere, idest, impedire intelligitur, nisi, qui continuò nocet, vt rectè Cas-
32 sius dicere solebat, † *d. l. vlt. §. 1.*

Nec est contraria, *l. iudex datus*, quoniam illa verba, *quia rectè ab initio iudex addictus est*, non eum habent sensum, quasi iudex datus, qui furere cœpit, ideo permaneat in officio, quia, & ab initio rectè iudex dari potuisset, tametsi furiosus esset, Quomodo putat Cuiacius, quia, cum Paulus de eo loquatur, qui furere cœpit postea, quam iudex datus est, dixisset, ideo permanere in officio, quia rectè ab initio adstictus esset, non (quomodo legitur) addictus est: sed hoc significant, iudicem, qui postea, quam datus est, furere cœpit, non desinere esse iudicem, quia, cum rectè datus sit ab initio, vtpote sanæ mentis homo, non debet superueniens furor
33 iudicandi munus abrogare, † *vt rectè declarant Duar. ad tit. ff. de iud. cap. de ijs, qui iud. dar. poss. & idemmet Cuiac. sibi contrarius in d. l. cum furiosus 39. ff. de iud. in 3. lib. quæst. Papin. & Don. d. lib. 17. comm. c. 26.* quomodo nec abrogat magistratũ, nec matrimonium ritè contractum
34 dirimit, † *l. patre furioso 8. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris.*

Non solum autem propter sonticum morbum iudicandi necessitas remitti, iudexque mutari solet, sed etiam propter aliam quamlibet occupationem, quę non patiatur eum operam dare iudicio, vt, si necessaria profectio, vel rei suæ fa-
35 miliaris periculum incidat, † *l. si longius 18. in princ. ff. de iud. l. penult. in prin. ff. de vac. mun.* nam ex ijs causis, & alijs similibus iudex excusandus, & mutandus est, ac in eius lo-
36 cum alius subrogandus, † *l. proponebatur 76. ff. de indic. l. pen. C. de ped. iud.*

iudi. latè Cuiac. lib.5.obs.cap.33.& Don.d.lib.17.comm. cap.26.

Planè interdum non est ob ex-
cusationem in alium transferẽdum
iudicium: nam, si post causam actã
velit iudex priuilegio, quod habuit
ante, quam susciperet iudicium, se
excusare, non est audiendus, quia
semel agnoscendo iudicium cense-
37 tur excusationi renuntiasse, † *l.pen. §.vlt.ff.de vac. mun.* Sed etsi postea
iusta causa incidat, propter quam
iudex debeat ad tempus excusari,
non debet in alium transferri iudi-
cium, si cum captione id futurum
sit alterutrius: Tolerabilius enim
est, interdum iudicem, qui semel
cognouerat, tantisper expectare,
quam iudici nouo rem rursus iudi-
38 candam committere, † *d.l.penul.§. vlt. ff.de vac. mun.* Et his quidem
ex causis iudex excusatur.

Mouetur autem ex causa suspi-
cionis: nam, & si suspectus iudex
dari possit, *vt diximus in 6.cap.q.6. num.1.* potest tamen, vt suspectus a
39 partibus allegari, † *l.apertissimi 14. C.de iud. & ibi Ang.nu.1. Cast.nu.1. Ias. nu.1. Bald. in l.vlt.num.5.C.eod. Imol. in l.quia poterat 4. nu. 4. ff.ad Treb. Ias.in l.si vni 36. nu.10. ff.de re iud. Duar.ad tit. ff.de iud. cap.de ijs, qui iud.dar.poss.* &, si ab arbitris
40 de more electis, † *d.l.apertissimi, & cap.secũdo requiris 41.§.Tertio cap. cum speciali 61.in prin.de appel.cap. suspicionis 39.de offic.& pot.iud.del. cap.licet 10.de for.compet. & tradũt Ang.in d.l.apertissimi,num. 1. & ibi Ias.nu.16. Cam.Plaut. in d.rub.ff.de offic.eius,lib.1.cap.15.nu.24. Duar. ad d.tit.ff. de iudi.cap.de ijs,qui iud. dar.poss. & ad l.solet 16.ff.de iurisd. & Cuiac.lib.9.obs.cap.23.* iusta pro-
nuntietur suspicionis causa, à iudi-
41 cando repelli, † *cap.causam,quæ inter 17.cap.insinuante 25. de offic.& pot.iud.deleg. cap.index 5.eod.tit.in 6.glo.in cap.sciscitatus 14. in verb. infamem de rescript. Cam. Plaut.ad rub.ff.de offic.eius, lib.1. cap.15.nu. 20. Donell.lib.17.comm.cap.26.* Iu-
stæ autem suspicionis causæ sunt,
42 † veluti, si iudex vni ex litigatori-
43 bus successerit, † *l.Iulianus ait 17. ff.de iud.& scribit Duar. ad d.tit.ff. de indic. cap.de ijs, qui iud.dar.poss.*
Nec enim debet esse iudex in cau-
44 sa propria, † *l.vni. C. ne quis in sua caus.iud. vel iusd.* vel si pater in cau
sa filij, aut filius in causa patris iu-
dex datus sit: nã & si valeat datio,
vt ostendimus in 6. cap. q.6. num.4.
potest tamen vt suspectus recusari,
45 † *vt rectè scripserunt Duar.ad l.qui iurisdictioni 10.& ibi Ant.Gou.nu. 4.ff.de iurisd.Duar.ad tit.ff.de indi. cap.de ijs, qui ind.dar.poss. & ad d. tit.ff. de iurisd.cap.6. Donell.lib.17. comm.cap.25.* Simili modo, si iudex
sit dominus eius, qui delegationẽ
impetrauit, iusta dicetur suspicio-
46 nis causa, † *cap. causam, quæ inter 17.de offic.& pot.indic.del.* vel, si sit
47 inimicus, † *l. si pariter 9. ff.de liber. caus.cap.secundo requiris 41.§.Tertio de appell.* Idem est, & si fuerit al-
terius partis aduocatus, *secundum ea, quæ diximus in 3.cap.q.3.num.8.*
Sed etsi qua alia subsit iusta, & le-
gitima suspicionis causa (sunt enim
48 innumeræ, *quas † latè glo. in cap. causam,quæ inter 17 de offic.& pot. ind.deleg.in cap.accedens 2.in verb. subesse, vt lit. non contest. Ias. in d.l. apertissimi 14.num.7.C.de indic.& alij prosequuntur)* poterit iudex da
tus remoueri, quia ratio postulat,
vt lites sine suspicione procedant,
49 † *d.l. apertissimi, d.cap. secundo requiris.*

Planè hoc ita demum verum est,
si iudex arguatur suspectus ante li-
tis contestationem, alias non pote-
rit recusari, quia litem contestando
censentur partes in eũ consensisse,

ideoque

ideoque non possunt amplius eun-
50 dem recusare, † *d. l. apertissimi, & ibi not. Ang.nu 4. Castr.num.2.Ias. nu.11.Ant.Gon.ad l. & quia 6.nu.3. ff.de iurisd. Cuiac.lib.9. obs.cap.23. Don.lib.17.comm.cap.25.Hoto.lib.4. obs.cap.5.* Planè si causa de nouo su
peruenerit dubium non est, quin
etiam post litis contestationem iu-
51 dex recusari possit, † *d. l. Iulianus ait 27.ff. de iudic. cap.insinuante 25.& ibi glo.in verb. consenserit, de off.& pot.iud.deleg. & scribunt gl.in cap.si quis episcoporum, §.exceptio 3. q.6. Angel.in d.l.apertissimi,nu.4. & ibi Castr.nu.2.Ias.nu.12. Cuiac.d. lib.9. obs.cap.23.Don.d.li.17.comm.c. 25.*

Quarto soluitur in ordinarijs iu-
dicijs delegatio, si iudex datus eius
dem esse cœperit imperij, cuius est
is, qui dedit, aut etiam maioris,
puta factus sit prætor, aut consul
52 † *l.iudicium soluitur 58. ff.de iudic. & scribunt Duar. ad d.tit. ff.de iud. cap.de ijs,qui iud.dar.poss. Briss. lib. 5.de formul.fol 514. & Donell.d lib. 17.comm.cap.26.* ideo quia, nec minor in maiorem, nec par in parem imperium exercere potest, *l. ille à quo 13. §.tempestiuum, ff.ad Treb.l. nam magistratus 4. ff.de arbitr.* & consequenter non potest iubere iudicare, quia hoc modo exerceret imperium, *l.cum prætor 12. §.item hi, ff.de iud.* In hoc autem olim datio iudicis à mandato iurisdictionis differebat: nam hoc propter superueniens in personã mandatarij par, aut maius imperium, nec olim soluebatur, nec hodie dissoluitur, quia, qui mandat iurisdictionem, non exercet imperium, nec nolentem iudicare iubet, quomodo iubebat olim, qui dabat iudicem, sed contrahit cum volẽte, non minus, quam, cum procuratore, cui negotium gerendum committitur, quæ res, quoniam cum maioribus, & paribus fieri potest, efficit, vt etiam is, qui par, aut maius imperiũ habet, alterius iurisdictionem ex mandato susceptam exercere possit, *l. & si prætor 3.ff.de offic.eius, & latè diximus in 7.cap.q.1.nu.16.* Hinc fit, vt in extraordinarijs iudicijs, quibus vtimur, iudicis delegatio non finiatur ob superueniens in personam delegati par, aut maius imperium, nisi superueniat id ipsum quod cõpetit deleganti, puta, quia factus sit eius collega: nam tunc procedet dispositio, *d. l. iudicium soluitur*
53 *58.ff.de iudic.* aliàs non, † *vt in specie declarant ibi Bart.nu.4.Aug.nu. 3.Castr.nu.1. Ias.in l. & si prætor 3. nu.7.vers. 1.ff.de offic.eius.*

Quinto finitur in ordinarijs iudi
cijs datio iudicis pronuntiatione:
nam iudex posteaquam iudicauit,
ita censetur officio functus, vt desi-
54 nat esse iudex, † *l.iudex posteaquam 55.ff.de re iud. & scribunt Coras. in rub.ff.de offi.eius, nu.9. & in l.1.nu. 24. in l.more 5. num.5.ff. de iurisd. Ant.Gou. ad l.2.nu.10.ff.eod.Brisso. d.lib.5.de formul.fol.514.* Adeo, vt sententiam nec iniquam corrigere, nec æquam executioni mandare possit: nam ea res ad officium pertinet magistratus, qui eum dedit, quippe, qui iudicis à se dati sententiam, & corrigere, & executioni mandare debet, *vt diximus in 8. cap.quæst.14.nu.10.* quod procedit etiam hodie in extraordinarijs iudicijs, quibus vtimur: nam & si, qui dat iudicem ad vnam speciem, mandet iurisdictionem, in hoc tamen veteris dati iudicis naturam retinuit; Quamobrem nec suã sententiam executioni demãdare, nec eam corrigere poterit, *secundũ ea, quæ diximus in eod. 8.c.q.14.nu. 12. & in c.9.q.3.nu.20.* Et his quidem modis finitur mandata iurisdictio ex persona mandatarij.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Delegatio finitur transacto tempore præfinito.*
2 *Iurisdictio delegati potest prorogari de tempore ad tempus.*
3 *Declaratur l. si iudex 32. ff. de iud.*

An, & quando tempore finiatur mandata iurisdictio.

Quæstio Nona.



DEmum ex lege præscripta soluitur mandata iurisdictio transacto tempore, quod à magistratu præfinitum est: nam, cum eo modo finiatur datio iudicis etiam in extra
1 ordinarijs iudicijs, † *l. si iudex 32. ff. de iudic. cap. de causis 4. in princ. de off. & pot. iudic. deleg. & scribunt Cam. Plaut. ad rub. ff. de off. eius, lib. 2. cap. 15. num. 20. Duar. ad tit. ff. de iud. cap. de ijs, qui iud. dar. poss. Cuia. ad l. arbiter 33. aliàs 38. ff. de arb. in 1. lib. q. Papin. Donell. li. 17. comment. cap. 26.* Consequens est vt finiatur etiam mandata iurisdictio.

Planè, si consensu partium tempora prorogata sint (quod fieri posse dubium non est) magis est,
2 vt adhuc iurisdictio duret, † *l. 2. §. si & iudex, ff de indic. d. cap. de causis 4. in princ. de offic. & pot. iud. deleg. & scribunt Petr. Calef. in l. 1. nu. 64. & ibi Ludo. Burg. nu. 79. vers. & qua ratione, ff. de iudic. Cam. Plaut. d. lib. 1. cap. 15. nu. 20. Cuiac. ad d. l. arbiter 33. ff. de arbit. in 1. lib. q. Papin. Donell. d. lib. 17. comment. cap. 26.* nisi forte prorogatio legitimum excedat modum: nam tunc ea non obstante finietur tempore delega-
3 tio, † *d. l. si iudex 32. ff de ind.* quod videtur additum à Triboniano respiciente ad Iustiniani constitutionem, *in l. properandum 11. C. de iud.* qua certa tempora finiendę instantiæ præfinita sunt, *vt ibidem animaduertit glos. in verb. legitimum, & post eam Donell. d. lib. 17. commen. cap. 26.*

Et hæc est mea de tam solemni, & controuersa disputatione sententia, de cuius veritate, quid alij sentiant, videre cupio, dum tamen æqui sunt, non infesti iudices: nam aliorum, nec quæro, nec curo iudicium.

LAVS DEO.

FINIS.

E 3.

